Calial
de
Imper.

RESTAVRI CASTALDI

PERVSINI IVRECONSVLTI, AM-
pliſſimus Tractatus de Imperatore, Quo
omnia, quæ eius originem, ſtatum,
[illegible]ſdictionem, reſpiciunt.
[illegible]actenus ab aliis non
explicata) con-
tinentur.



*Ne quis impune hos libros, intra Decennium imprimere, uendere,
aut uenales tenere, audeat, P[illegible]i III. Pont. Max.
& aliorum Pri[illegible]ipum Decre-
to, cautum eſt.*

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO D.D. PETRO ALOISIO Farnesio, Marchioni Nouariæ, Castri Duci, Sanctaeq; R. E. Armorum Præfecto, ac Confalonerio generali Clariss.

RESTAVRVS Castaldus, Perusinus Iur. Consultus Salutem, & Felicitatem.

CVM superiore anno, Excellentissime Dux, CAROLVS V. Ro. Imp. semper Augustus potentissimo ex Africa Pirata, & Prædone, qui magnam eius partem occupauerat, expulso, eiectoq;, Tunete capto, eodemq; indigenæ Regi restituto, uniuersam Christianam Rempub. graui metu, ac periculo liberasset, Ex eaq; deinde rediens, cum uti religiosissimum, optimeq; de Christiano nomine meritum Principem decebat, totius ferè Italiæ, & Hispaniæ Regulis in hanc Vrbem, tanquam in Arcem, caputq; nostræ religionis, & fidei, Deo in primis acturus gratias cuius beneficio insignem, ac memorabilem uictoriam fuerat consecutus: Mox, ut Paulum III. Opt. ac Sapientissimum Pont. Illustrissimæ familiæ Farnesiæ, ac sanguinis tui Principem, pie officioseq; uti uerũ Christi Vicarium uneraretur, se contulisset. In ea omnium lætitia, & alacritate (quod certe pulcherrimũ fuit) cum idem Pont. Carolum, recenti Africæ triumpho, clarum, fortissimis circumseptum legionibus, ad se uenientem, magnifico, sumptuosoq; apparatu, lætissimo animo, faustisq; acclamationibus excepisset: occurrit, q; de Imperatore Io. Faber, præstãtissimus Doctor noster, in Inst. de iur. nat. gent. & ciu. testatur, Mirabile. s. esse, nos de Imperii, ac Imper. creatione, tam paucas leges habere, & cum CAROLVS præsens, magnitudine rerum gestarum, scientia rei militaris, summoq; consilio, ac prudentia, omnem ferè Clarissimorum Imper. laudem, & gloriam superauerit. Ita quod, ætas nostra priscorum memoriæ, & claritati nõ inuidebit: operæprecium me facturum putaui, si ea omnia, quæ eius originem, statum, iurisdictionẽ, facultatem, cæteraq; multa, quæ circa Imperii, & Imper. tractatũ, ut puto, excogitari possunt, id quod amplius a nostris scribentibus haud factum inuenimus, in unum speciali quodam ordine, in CXX. principales quæstiones, congererem, iuribus, ratio

nibus, & authoritatibus Doctorum nostrorum, ac diuinę legis determinandas, Ego igitur inter iuris professores minimus cogitans optima ratione a maioribus institutum, ut cuiuscunque argumenti opera ederentur, ea Principis alicuius nomini dicata, prodirent in publicum, nullum in locū mihi uisus sum, has quantulascunque meas lucubrationes posse tutius repōnere, imo nec decentius, q̄ si sinui tuo commendarentur, postq̄ alias primas, & secundas, cum legentis tantum disciplinam saperent, non potui: De Imperatore enim nunc tractaturus, quem te cōuenientiorem Patronum, defensoremque eligere ualuissem? quippe qui inter cætera familię tua ornamēta PAVLVM III. Pont. Max. Splēdidissimi Generis tui, ac felicitatis, præclarum Authorem habes, qui primus in nobilissimam domum tuam intulit Pontificatum, cuius propè diuina illa sapientiæ altitudo, & mentis prudentia, eundē cū Xpianissimo Gallorum Rege FRANCISCO I. nuper in tanta ipsorum discordia, tantis bellorum tumultibus, quibus tota flagrabat Italia, sub propriæ etiā uitæ discrimine, apud Niceam gloriosissime concordem fecit. Qui Illustri, & admirabili adolescenti, (omni studio, ad maiorum suorum gloriā contendenti) OCTAVIO filio tuo, Almæ Vrbis Præfecto, ob coniugem inclytam MARGARITAM, Socerum Imperatorem, præpositum uides, qui S. R. E. Armorum Dux Generalis, & Confalonerius es fortiss. qui Reuer. Illustriss. que Cardinalium ALEXANDRI de Farnesio Vicecācell. & GVIDONIS Ascanii Sfortiæ Camerarii, Sacrosancti eorum Senatus, spectatæ uirtutis, & probitatis præstantia, fulgentium Syderum, Pater, & Auunculus feliciss. existis, quorum simul obsequiis prima cuiusque ætate Bononiæ, Romæ, tuisque etiam, me publice profitentem. Idem Pont. Max. Perusia, patria mea, euocās, primo ascribere dignatus est; Qui sororē tuā CONSTANTIAM, antiqui moris lectissimam fœminam, & ætatis nostrę singulare specimen, & uirtutum exemplar, in Illustrissima Sfortia familia Mediolani Ducū, qui semper IMPERIO a dextris intrepide astitere, claræ memoriæ BOSIO II. nuptui colocasti, eiusdemque filium SFORTIAM nepotem tuum, ornatissimum iuuenem, ingenti omnium cum expectatione apud ipsum Cæsarem charissimum obtines. His propterea motus, nec non particulari quadam mea in te, ex totius cordis inclinatione, qua generosam animi tui, magnitudinem, ac pietatē semper obseruaui, ob eamque tibi iam diu addictus, in tanto felicitatis tuæ

fastigio,

fastigio, cum tibi salutem aliquam dicere, ac congratulari decre uissem, hoc munusculo, quod inter legales nostras exercitatio nes Perusiæ, Romæ, Bononiæq; Gymnasiis, a publicis lectioni bus memet continue ferè detentum, in horas quodamodo præue niens, collegi, faciendum censui; At qualecunq; fuerit, non dubi to, quin satis forte laudabile futurū sit, Sacratissimo enim Prin cipi CAROLO Augusto, honor, & gloria, ꝙ eius inuicta uirtus in omnem terram uictoria resonans huic rei, hactenus in tenebris iacenti, occasionem præstiterit, quæ tante existimatio nis, & ponderis, unum contineat opus, quo, huiusce amplissimæ dignitatis, amplitudo, ac omnia, quæ ipsam Imperatoriam Ma iestatem comitantur, conscriberentur: Tibi gratiæ, & memoria, qui tanto Cæsari, amabili uinculo coniunctus, me inter tot utri usq; Clariss. familiæ uestræ Farnesię, ac Sfortię famulos humill. mancipium tuo nomini fideliter illud consecrans, habere digna tus es. Mihi uero, ꝙ semper, & unice optaui, pro aliquo reueren tiæ in te meæ, ac fidei testimonio, gaudium, & lætitia. Posteris quoq; forsitan, qui hucusq; tantæ materiam Maiestatis, sic ordi nate conscriptam, ad manus nunquam, ut credo, aut plene degu stare potuerūt, omni ex parte non inutile. Erunt forte, qui ele gantiorem dicendi figuram a nobis expectent, Sed hi uelim sci ant, hanc ab iis minime postulandam esse, qui didicerunt Bartho los, Baldos, Alexandros, huiusq; farinæ Authores, nocturna uer sare manu, uersare diurna. Ratus enim sum semper Iureconsulti interpretis professionem esse, non quomodo, ut Diuus Hierony mus inquit, ipse disertus appareat; Sed quomodo eum, qui lectu rus est sic faciat intelligere, quomodo ipse intellexit, qui scripsit. Nos enim non florentis facūdiæ hominibus, sed iurisperitis scri bimus, qui sua habent uocabula, & peculiaribus utuntur nomini bus, licet aliquibus barbara, & inepta uideantur. Tu uero Dux præclarissime exiguum hunc laborum meorum fructum ea fron tis, & uultus hilaritate suscipe, qua me in dies soles humanissi me complecti, & fouere, cæteri namq;, & si tibi Aurum, Argentū, & lapides pretiosos, alii Bissum, Purpuram, & Coccum offerūt, ac Hyacinthum; mecum satis bene erit, si obtulerim pelles, aut Caprarum pilos. In templo enim Dei, ut idem Diuus testatur, unusquisq; offert quod potest. Reliquum est, ne amplius in com moda publica peccem, si longo sermone morer, tua tēpora Prin ceps, ut te ipsum incolumē, beneq; ualentem pro publica salrem utilitate, ac Christiana, cuius curam, & uexillum potenter geris,

Religione inuictum serues, & spectatis undiq;, quae etiam Principes homines obsident impedimentis, eadem prudentissime superare possis, Aeternamq; tibi post mundi hanc felicitatem promereri. Vale excellentissime Domine Restaurumq; tuum humilem seruū sacrae Maiestatis CAROLI. V. Rom. Imp. Augusti pedibus (si quando dabitur) omni cum reuerentia commendare, meiq; in eius Caesarei iuris libros ardentis animi fidem facere nō dedigneris, & immortali me beneficio afficies, si tua opera in fortunatissimo eius conspectu, libellus hic meus perueniet. Nam sicut illius causa haec scripsi, sic satis magnum meorum studiorum fructum percipiam, si eum finem labor meus sortitus fuerit, quem initio operis mihi proposueram, & pro qua soles, me protegas benignitate.

SVPER TRACTATV DE IMPERATORE, RESTAVRI Castaldi Perusini. V. I. D. Clarissimi.

INDEX PRINCIPALIVM QVAESTIONVM.

Trigesimatertia,

Trigesimatertia, Cuius æris, uel metalli corona Imp. coronet.

Trigesimaquarta, In quo loco mundi Imperator coronetur.

Trigesimaquinta, An Imperator alibi, q̃ Romæ possit coronari pro Ro. Imperio.

Trigesimasexta, An Imperator iuret, & cui, & quid, quale ue sit eius iuramentum, & an alii Barones iurent Papæ, & qui ipsi Imperatori. & q. lxxiiii. nu. ii. & v. vii. & viii.

Trigesimaseptima, An sæpe Imp. pro Ro. Imp. possit coronari.

Trigesimaoctaua, An Imperator iurando tangat scripturam.

Trigesimanona, An Imperator possit sæpius inungi.

Quadragesima, Cur in creatione Imperatoris, eius nomen non mutetur, prout Papæ.

Quadragesimaprima, Cur potissime Cæsar, & Augustus dicitur.

Quadragesimasecunda, Cur aliis titulis inferioribus, post Imperiale em, se nominet Imperator. Et quibus.

Quadragesimatertia, An Imperator, sicut Papa, se appellet seruum seruorum Dei.

Quadragesimaquarta, De effectu coronationis Imperatoris.

Quadragesimaquinta, An ante coronationẽ uocetur Imperator.

Quadragesimasexta, An ante coronationem ualeant gesta per Imperatorem electum tantum.

XLVII. An Impera. utatur sigillo, uel bulla aurea, uel quo signo.

Quadragesimaoctaua, An Imp. coronari possit p Procuratorẽ.

Quadragesimanona, An p nuncium Imperator coronari possit.

Sexagesimaprima,

Sexagesimaprima, An hi, quos mittit Imperator Pontifici, appel lentur legati, prout econtra.

Sexagesimasecunda, An sicuti Imperator creatus solet mittere nuncios suos, & Legatos ipsi Papæ, ita & econtra.

Sexagesimatertia, An Imperator appellet aliquem dominum uel quo titulo honoret.

Sexagesimaquarta, Quid debeat deosculari Imperator Papæ, uel alii ipsi Imperatori, in signũ reuerentię, & quõ salutetur.

Sexagesimaquinta, Quibus assurgat Imperator.

Sexagesimasexta, Quibus incedendo Imperator præcedat.

Sexagesimaseptima, An Imperator sit perpetuus .i. donec uiuit.

Sexagesimaoctaua, An Imperator coronet Reges.

Sexagesimanona, An plures possint esse Imperatores eodẽ tpe.

Septuagesima, Quid si de duobus facta est electio ad culmen Imperiale in discordia, & quilibet administret, an quilibet eo rum possit concedere priuilegia, quę ad Imperatorẽ spectãt.

Septuagesimaprima, Quæ sint insignia inter cætera principali ter ipsius Imperatoris.

Septuagesimasecunda, An Imperium debeat durare usq; ad fi nem seculi.

Septuagesimatertia, Cuius ætatis debeat esse Imperator cum eligitur.

Septuagesimaquarta, An Imperatori iuramentum fidelitatis, & obedientiæ præstent alii Duces, & Principes, &.q.xxxvi.

Septuagesimaquinta, An Imperator possit esse, qui non sit Chri stianus.

Nonagesima,

RESTAVRI CASTALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI CLArissimi, Solennis, & Amplissimus Tractatus de Imperatore.

¶PRIMA QVAESTIO.

1 *Vnde, seu cur dicatur Imperator.*
2 *Quis primo dicebatur Imperator apud Romanos.*
3 *Imperator est etiam, ꝙ non imperet.*
4 *Imperium etiam dicitur in spiritualibus.*
5 *Imperium late dicitur potestas iudicis.*

IMPERATOR Dici uidetur, ab imperando, seu ab actu Imperandi, secundum glo.i. in rub. proœ. digestorum. Sed quia hac etymologia attenta, quilibet Paterfamilias, Abbas, & alii similes, qui imperant, Imperatores dici possent, Bar. ibi. ii. col. de
1 clarauit, † ꝙ quędam nomina uerbalia quã doque designãt aliquam dignitatem, uel exercitium, ad quam, uel ad quod non sufficit solus actus exercentis, sed habent ab alio dependere, & tunc illud solum exercitiũ talis nominis uerbalis, non habet inducere illum effectum, patet in Doctore, qui licet dicatur, a docendo, tamen ut sit doctor, & eam dignitatem habeat, oportet ex quodam medio, optimorum doctorum, aspirante consensu, ad insignia doctoratus peruenire, iuxta. l. medicos. cum. l. seq. C. de professo. & medi. lib. x. Vnde, si non habet istud præambulum, non dicitur doctor. Sic Imperator in proposito habet dignitatem, quæ non dependet ex solo nomine, sed ex quibusdam præambulis, ut electione, coronatione, cum aliis solennitatibus, & debitis obseruantiis, de quibus infra uidebimus, post. c. uenerabilem. extra de elec. cum concord. At Pater, Dominus, uel Abbas, nõ dicitur Imperator, quia ex solo nomine dependet, a se ipso, prout latius declarat Bart. d. loco, cum quo, & Portius in proœ. insti. penul. col. ad fi. & seq. in prin. & Abb. in. c. i. de iudiciis. col. pen. & seq. Sed cauendum est, quia quo ad Abbatem, uidetur contra tex. in. c. nouit. de his, quę fiunt a præla. & Archi. in. c. alienationes. xii. q. ii. quia. s. Abbas non ex se solo est, sed ex canonica electione. Vnde dici potest,

ꝙ nota,& qualitas,quæ ei adiicitur.s.quia appellatur Imperator Romanorum (ut & infra uidebimus) tollat omnem dubitatio⸗nē,prout uidetur sentire excellens doctor Io. faber in.d.proœ. insti. pen. col. in prin. in uerbo Iesu Christi.ad fi. Bal.in proœ. ff.ii.col.dicit,ꝙ Imperator dicitur ab Imperando, quia aliis Imperat,& sibi a nemine Imperatur, refert Fely. in. d. c. nouit. iii. col. in prin. Ias. in.l.s.C. de sum. trinit.i.col. ad fi. & glo. in rub.ff. ante proœ.dicit,ꝙ Imperator dicitur,quia Imperat sub⸗

2 ditis.†Verum est ꝙ primo apud Romanos Imperator appellabatur,qui exercitui,belloq; præfectus erat,Cicero in oratione pro l. manilia enumerat, quæ in summo Imperatore requiruntur, nec quisq̄ a Senatu Imperator appellabatur, nisi saltē mille ex⸗ternorum hostium occidisset, ut in Philippicis Cicero indicat, postmodum occisio.x. millium requirebatur, ut per Appianum Alex. lib.ii. de bellis ciuilibus.& facit tex in.c. legimus. xciii. dist. ibi, quomodo si exercitus sibi Imperatorem faciat,& quod legitur.i.Reg.cap.xviii.B. ibi percussit Saul mille,& Dauid. x. millia. Iratus est Saul nimis, & dixit,dederunt.x.millia,& mihi mille. Quid ei superest,nisi solum regnum? &c.xxi. D. Inde postea fuit hic magistratus,& nomen Imperatoris in eum transla⸗tum,qui Romani Imperii Gubernacula tenet, & regit, & in supremam dignitatem hodie capitur,ut tradunt Moder. licet prædicta in iure canonico,& diuino non allegent,in rub.ff.proœmii v.col.& Episcopus Gurgēs. in libello de Coronatione char.xx. ii. col.in.§. cum hactenus.Bal.ubi infra in fine huius.q. Sciendū

3 tamen est,†ꝙ licet Imperator dictam etymologiam habere ui⸗deatur, Si tamen non Imperaret,nihilominus Imperator esset sicuti & dicimus,ꝙ Pontifex dicitur,quia pontem facit in fide, & Ecclesia ad uehendos subditos,exemplo uitæ,& uerbo doctrinę, ut est præsens sanctissimus Pont. Max. P A V L V S. III. Princeps pacis, pater futuri seculi,ęrarium sapiētię locupletissimum. c. inter. de of. ord. & tamen si id alius non faciat,Pontifex ta⸗men est,& ei ut Papæ obtemperandum,ut tradunt omnes in.l.ii. §.appellata.ff.si cer. pet. & in.l.i.in princ.ff. de acqui. poss. post Petr.de Ancha. in.c.i.i. not.de const. in.vi. Ang. Aret. in inst. de testam.ii. col. Abb. in.c.i.pen. col. de iudi.ubi Moder.col.fi. in prin.eam rationem tenent,cur tunc ab etymologia uocabuli argumentum non teneat(ultra rationem Abbat.)ibi dicentis id esse,quia nomen in prædictis non assumatur ab essentiali natu⸗ra sua,Sed ab eo quod desideratur,& ab accidenti,uel(quod ra⸗tionabiliter

tionabiliter debet esse in nominato)quia.s.in plus se habeat ety mologia, q̃ uocabulum,merito tunc ab etymologia nominis ar gruere non licet,per ea,quæ tradit Vgo.iii.dist. in.c. priuilegia. quem ibi Moder.referunt in proœmio decretalium.In qua.q.& materia uideñ. sunt etiam, quę nouissime scribunt Moder.Me diolañ.in.l. tabernę.ff. de uerb. sign. & in.l. cui præcipua.ff. eo. in glo.iii. Alias tamen Cyn.in.d. rub.ff. exponit Imperat .i. Im perare potest,non autem ab actu,qui nec in homine semper esse potest.l. seruitutes.ff. de seruitu. ti. generali,la .iiii. uers. nemo .n. tam perpetuo, tãq̃ cõtinue ire potest.Soluentes oppositioñe de patre,& Domino,ut per Bar. ubi supra. cum quo est commu-
4 nis,ut per Moder.ibi. vi. col.uers. ex quibus infert Bar. ¶ †Et notañ. est,q; licet Imperium de temporali dici soleat, Sacerdo-tii tamen Imperium etiam appellatur,ut est tex. & ibi Abb. not. in.c.per uenerabilem.in.iiii. col.in prin. extra qui filii sint legiti mi.post tex. ibi Imperio sacerdotis, & est .s. Imperator in spiri-tualibus,ut in.d.c.pen. col.& Ecclesiæ etiam Imperium dici,pro bat,& tenet Isidorus Mediol.in opere de Imperio militantis Ec clesiæ,in prin.i.q.ubi argueñ.ad partes, probat Imperii nomen, conuenire Ecclesiæ,per rationes Philosophicas,& sacræ scriptu
5 ræ auctoritates Esai. ix. Timo.vi.i. Petri ultimo. † Alias la-te etiam aliorum iudicum Imperium pro potestate dicitur,ut in l. Imperium.ff. de iurisdi.l.i.ff. de offi. præfec. aug.l. fi.ff. de of fi. proconś. l. cum prętor.§. item. ff. de iudi.l. ii.ff. de adoptio ni. Hodie tamen Imperator,est nomen suppremæ potentiæ.not. Bald.cons.cclxxvii. pridie,in fi. iii. uolum. & supra dixi: ac ex perientia constat.

¶SECVNDA QVAESTIO.

De titulis, seu epithetis Imperatoris ex toto corpore iuris.

SECVNDO Quæro de titulis ipsius Imperatoris, seu epithetis,eius omnibus,& quidem,in iure Imperator, etiam Pontifex alias uidetur appellari,ut est tex.in.c. de capitulis. x. dist.ubi Leo.iiii.scribens Loth.Aug. dicit de capitulis,uel pręceptis Imperialibus uestris,uestrorumq; etiam Pontificum præ decessorum irrefragabiliter custodiendis,& conseruandis quan to ualuimus,& ualemus(Christo propitio) & nunc,& in æuum nos conseruaturos modis omnibus profitemur. Vnde constat ibi Imperatores Pontifices etiam appellari, & notat per illum

tex. Card.in clem.i.§.ii.de iureiuran. Sed hoc uidetur locum habere iure antiquo, non hodie, prout aduertit glo.in.d.c. de capitulis.& est tex. expressus in.c. cleros.xxi. dist.§. Pontifex.ubi declaratur not.ꝙ & Reges Pontifices erant, Quia maiorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset sacerdos, et Pontifex, unde & Pontifices, Romani Imperatores appellabātur, ut late etiam de ratione dicemus infra.q.iiii.nu.ii. in fi. Sed hodie is Pontifex est, qui summus Sacerdos est, & qui per se omnes ecclesiasticos ordines disponit. Et pro hoc, ꝙ hodie post Christum Imperator non debeat appellari Pontifex, nec e contra, est tex. expressus in.c. cum ad uerum.xcvi.dist. ibi nec Imperator iura Pōtificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoris usurpauit, & notat glo. in.c.i. de constitut. in.vi. in glo.i. ꝙ solus Papa Romanus Pontifex appellatur, & facit.c.i.§. unde. in fi. de sac. un. extra, ibi, ut ostendatur quanta sit differētia inter auctoritatem Pōtificis, & Principis potestatem, &.c. duo.xcvi.dist. in prin. ibi auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. Et hoc propter seruandam humilitatem. Item propter discretionem dignitatum, Alias proprie Imperium etiam ecclesiæ est, & regnum, ut patet ex dictis in præced.q.in fi. & expresse declarat idem Isidor. in.d.lib.i. tit.ii. q.i. ad fi. Recte enim Imperator princeps appellatur. Imo proprie Imperator, & Princeps idē sunt, ut in insti.in proœ. in prin. ibi, princeps Romanus. & in.§.sed & quod principi.cum uers.seq. insti.de iure nat.gen.& ciuil. & tex.in proœ.insti.in prin.ibi, Imperatoriam Maiestatem, & ibi, princeps Romanus, cum glo. & tradit Bar. per illum tex. in rub.ff. in fin. uerbis. & idem probat tex.in.l.i.ff. de const. prin. & in clem.i.de iureiuran.in prin.ibi, Romanus princeps, cum glo. & ibi Card. & in.§.nos.c. ad apostolicæ.de re iud.in. vi. in prin. & .§. præter. & in .§. pen. Vnde princeps Cæsar dicitur.l. neratius.ff. de reg.iur.l.meuius.i prin. de leg.ii.iuncta.l.plane.i.§.i.de leg.i. & infra.q.xli.ubi uiden. & tex.i auct.ut præpon.nom.Imp.in prin.seu.§.i.ibi, Aeneas nobis Rex reipub. princeps. Ex quibus infertur clarissime, q̄ improprissime alii inferiores Domini hodie Principes appellentur. Princeps enim dicitur respectu cuius alii sunt participes, & ipse dicitur totum continens auctoritate, potestate, ordinatione, & mandato, quasi primum locum tenens. Bal.not.in proœ.ff.ii.col. & glo.in.c. fundamenta.de elect.in.vi. in uerbo princeps dicit .i. primum locum capiens, & de uariis eius importantiis, glo magistra in clem.i. de baptism. & .c. quanto.de offi. ord. ibi, curias

principum,

principum, & tamen unus tantum est Imperator, ut infra. q. lxix. Et alias uariis titulis, & nominibus decoratur Imperator, quandoq; Regalis potestas appellatur, ut in.c. solite. de maior. & obe. §. præterea. alias Regia maiestas, ut in tit. de pace tenen. & eius uiola. in usibus feudorum. in prin. ibi solium Regiæ maiestatis consce̅dimus, & parum post, ibi, regia auctoritate indicimus, & in. d. c. ad Apostolicæ. §. fi. ibi Imperatori, uel Regi, & facit primo Reg. ca. viii. B. hoc erit ius regis, qui Imperaturus est uobis, ut. d. c. duo. xcvi. dist. ibi auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas, & in. c. solite. de maior. & obe. ibi, pontificalis auctoritas, & regalis potestas, et bo. tex. in. c. fundamenta. de electio. in vi. §. ut ergo. ibi. nullus Imperator, seu Rex Romanorum, et tex. in l. bene a zenone. C. de quadrien. præscript. ibi, Regale culmen, loquens de se ipso Imperator. et Bal. in. d. rub. ff. ii. col. dicit, q; Imperator Cæsar dicitur Rex, quia alios regit, et a nemine regitur, allegat. l. fi. C. de. ll. ubi sępe Imperialis maiestas Regia appellatur. et in. c. inter dilectos. de fide instr. uers. iii. quia ibi regalibus, et ibi regale, et ibi, unde Imperatoris. et bo. tex. in tit. quæ sint rega. ibi, regalis numinis expeditione in usib. feud. unde regiam urbem suam appellat. l. i. ante fi. §. Romam. C. de uet. iure enucl. §. fi. in fi. insti. de satisdati. et alibi sæpe. Et id de maiestate notādum est, quia maiestas Dei propria uidetur. l. non distinguimus. §. sacerdotio. ff. de arbit. et in. l. unica. C. nulli licere in fren. lib. xi. ibi Imperatorium, et ibi Regium regiis regia, et rub. et nig. C. ut nemo priua. ibi regię maiestatis, et in subscriptiōe. l. liquet. in fi. C. de sum. trin. ubi Papa scribens Imperatori, dicit, Deus regnū uestrum custodiat, et in. c. acta. in tit. de pace constantiæ in usib. feud. dicitur regnante Federico Romanorum Imperatore, et non dicit Imperante, et Sceptrum Cæsaris, Sceptrum regale appellatur, in. c. inter dilectos. de fide instru. §. iii. et tex. et ibi Iacob. aluar. in tit. si de inuestitura inter dominum. col. ii. et Cœlestæ oraculum eius rescriptum appellatur. l. in criminalibus. C. de iurisd. om. iud. alias Princeps Romanus, ut in proœ. inst. in prin. Alias. n. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, in prin. de pace constantiæ in usib. feud. Quandoq; dicit Imperator nostram excellentiam, ut in eod. tit. c. nos. post medium. Alias eius beneficium diuina indulgentia appellarur. l. fi. ff. de const. prin. Alias Imperator, et Princeps Magnificus appellatur. l. i. C. de ueter. li. xii. c. uenerabilem. de electio. extra ibi in personam Magnifici Caroli. Aliquando

Dominus.l. deprecatio.ad .l. rhodi. in rub. ante rub.ff. de oper. noui.& in .i. rub.C. Aliquando nobilissimus .l. quæris .ff. de natal.rest.& per illum tex. & q; est Deus in terris,no.Ang.conf. xvii. pro decisione. in prin. Bal. conf. cclxxviii. quæritur si rex.iii. col.Nobilissimorum Cæsarum. in inscriptione.l. bono- rũ.C.qui admitti. Aliquãdo Sacratissimus.ut in.i. rub.C.& Sa cratissimus Dominus noster.in auct. iusiurandum,quod presta- tur ab his.in prin. Quandoq; Imperator Romanus Augustus.c. ego.lxiii. dist.et in.l. bene a Zenone.C. de quadrien. præscrip. Aliquando Maiestas Imperialis,Quãdoq; Clementia.d.l. bene a Zenone. Aliquando Culmen iudiciale.l.fi. in prin.C. de iudi. Quandoq; Augusta fortuna,ut ibidem. Aliquando Augustalis Maiestas.l.fi.C.ubi,et apud quem.et de Maiestate,toto tit.ff.et C.ad.l.Iul.Maiestatis,et instit.de public. iudic.§.publica.el.ii. Sacratissimus. in.l.pen.in fi.C. de his quib. ut indig. et in.l.fi. §. sed quia.C. com.de leg.Quãdoq; Religiosissimus.l. unum ex familia.§. fi.ff. de lega.ii. et in proœ. insti. in fine prin. Alias Deus in terris.l.lege Imperiali.C.de nupt.l. iubemus.la.i.C.de sacrosanct. eccles. Alex. in.c. ante omnia .iiii. not.xi. dist. ali- bi Sanctissimus.l. cum sillcianum.C.de his quib.ut indig.& ibi Paul. de cast.not.& .l. titia scio .§. lucius.ff. de leg.ii. Pius,Fe- lix,Inclytus, Victor, Triumphator, Augustus Cęsar, ut in ru bri. ante proœ. inst.& in inscriptione.ii. tituli in.C.& in inscri- ptione.iii. & in .c. Victor. xcvii. distin.Et Pios Imperatores, dictos ab Antonino Pio, ait alias Iustinianus in .§. facimus. in aucten. ut liber.de cætero. Alias Sacratissimus Princeps per petuus,ut in.i. rub.C. Aliquando diuus.l.fi.C. de eden. Alberi. in diction. in uerbo diui. post sanctum Thomam.ii.ii. in tract. de sacrilegio.quasi.f.Diuinus,& Dei minister,,uel, ut dixi infra col.seq. uers. & titulus Diui. Sic puto, q; possit dici potentissi- mus Princeps,sicut Papa se appellat potentissimum Sacerdotẽ. in.c. nulli fas.xxv.q.i. præcipue, quia proprie potestas uidetur referri ad Imperatorem.ut in.d.c. cum ad uerum.&.§.unde.&.d. c. duo. Communiter nuncupatur Serenissimus, ad quod facit c.salonitane.lxiii.dist.l. Imperialis.§.similes .C. de nupt.ibi,se- renissimo Principi.in.l.ii. C. de aluuion. ibi,nostræ serenitatis largitate defensi,in.l. deuotum.C. de metat.lib. xii. in prin.ibi, serenitas nostra commisit,& in .l. fi. in prin. C. de his quib. ut indig. & in.l.ii.C. de iure domi. imp. & in .l. comperit. C. de præscrip.xxx. an.in prin. licet in .d.l. bene. Vxor sua etiam ap- pelletur

pelletur sereniſſima, & in.l. unica.in fi.C. ut nemo lice. in emp. lib.x. Et ipſe Sacratiſſimus. ſed in.c.i.de pace conſt.in princ. & in inſcriptiõe.d.l.bene a zenone. Sereniſſima Auguſta uocatur, ubi Bal.in.ii.lect.poſt medium notat, ſolum Imperatorem dici Sereniſſimum:& Auguſtam ſereniſſimam; & Reges etiam, qui non recognoſcũt Imperatorem, Sacratiſſima noſtra pietas.in.d. l. comperit. Imperialis Clementia, immenſa Serenitas, mãſueta, & in auct.ut diuinæ iuſſiones.in prin. ibi, noſtræ ſerenitatis, & idem in aucten. ut cum de appel. in princ. & in.l.cum multa.C. de bo. quæ lib. ibi, a ſereniſſimo Principe.&.l. humanum.C.de ll. &.l.i. de ſilentia.lib.xii.ibi, noſtra ſerenitas, & in.l. vi.C. de curſ. public.lib.xii.l. curſum.C. eod. Alias Illuſtriſſimus. in.c. ſolite.de maior.& ob. & in inſcriptione, & nigro, dicit de Excellentia, ſublimitate, & celſitudine Imperiali; et de celſitudine, et Maieſtate Imperiali, eſt tex.in.l.fi.C.de conſul.lib.xii. et de celſitudine in.§. filios.inſti. quib.mod.ius pa. po. ſol. Aliquando Glorioſiſſimus, et Clementiſſimus, ut in inſcriptione.l.inter claras.in prin.et in clem.i. in.§.pen. de iureiurand. appellatur Princeps catholicus, & in.l. liquet.ad fi. ibi Chriſtianiſſimi; & Pii. Quod notandum eſt, Quia Rex Franciæ talem titulum, ſolus uendicaſſe uidetur, ut per Io.Feraldũ in tract.de iurib.& priuil. Regni Franc.ii.iure. colum.i.iiii. uolu. tract.ſ. de Chriſtianiſſimo. & idem in.l. inter claras.in prin.C. de ſum.trin. ubi Papa appellat Iuſtinianum Impe. Chriſtianiſſimum principum. Et hodie etiam Eccleſia in feria.vi. In paraſceue dicit, oremus, & pro Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro. Alibi ſummus ſuperior. Bal. in.l. pen. in princ.C. de bo. quæ lib. Alias appellatur Vicarius Dei in terris, Moder. Taurin.in rub.ff.de iuriſ. om.iud. nu.vii.in temporalibus.ſ. Bal.in.l.i.C.de iure aureo.annu.& in auct. habita.C. ne filius pro pa.iii.col.uerſ.vi.not.& ibi eſt bo. tex. ibi Deo, & nobis miniſtris eius, & ſimilitudinem Dei gerit in regno. & in Exodo iudices multitudinis Dii uocabantur, & diui Imperatores, ut per diuum Thom. in lib. de regim. princi. ii.c.ix. Franciſcus de Parma in tract. de priuileg. fiſci.i.q. col. pen. in fine, & ſeq. in princ. caſu.cxxxvi. et.cxxxix. et quæ infra.q. cx.caſu.cclxvi. ſed uere hoc Papę conuenit proprie, et quæ infra.q. xl. ad finem. Item Imperator dicitur officialis, ſeu Vicarius in temporalibus Rom. Eccleſiæ. Card. Iacob. in lib. de Concilio, nuper impreſſo, lib. ult. arti.viii.fac.cclxxviii. col.i. quia et Imperium tenet ab Eccleſia, ut infra late.q.l.

& Bal. alias in.c.i. de pace constan. in princ. col. ii. in uerbo debitam fidem. dicit, quod sicut Deus est Princeps in cœlis, sic Imperator Vicarius suus, & eum dominatorem in fide, ac ueritate constituit in terris, & iustitia. p .l. ii. §. si quid igitur. C. de uet. iure enucl. & in auct. de consul. col. fin. & quæ infra. q. l. ad fin. & esse Vicarium Dei, & ministrum, & ideo gladium habere tradit Io. ugo in lib. quem Quadruuiũ Ecclesiæ inscribit. char. xxxiii. post cap. xiii. ad Rom. & .c. Rex. xxiii. q. v. & quod talis factus est ex donatione Constãtini. Et Abb. in proœ. decr. in uer. Rex. dicit, quod quilibet Rex in regno suo, est hæres Christi, & propter hoc debet esse pacificus, cui addi potest illud, si terrã, hoc est corpus suum, bene rexerit, & legẽ Dei dilexerit, iuxta illud Psal. Reges terrę. &c. Et pax multa diligentibus legem tuam domine. Aliquando. Præcipuus princeps secularis. c. ad apostolicæ. in prin. de re iud. in. vi. Imperialis Clementia, Mansueta Serenitas, & sic Mansuetus, & Clemens, ut in titulo de pace. constan. in prin. & ibi Bal. not. Aliquando Romanus Princeps, clem. i. in prin. de iureiuran. Alias Dñs Imperator, in. c. in Christi nomine. in tit. de pace constan. hodie Cæsarea Maiestas nuncupatur, & Augustus, ut infra dicam in. q. xli. Alias Inclytissimus Dominus Romanorum Imperator, in tit. de pace constan. c. signum. Alias pręcipit ipse, ut in instrumentis dicatur Imperii Iustiniani Sacratissimi Augusti Imperatoris, in. §. si qua in aucten. ut prępon. nom. Imp. Alias simpliciter Dominus Imperator talis, ut in. l. deprecatio. ff. ad. l. rhodi. de iactu. & in. c. acta. & seq. in tit. de pace constan. in usib. feud. & in. iii consti. Cod. in rub. Alias Beatitudinem sui Imperii, & Gloriam suam. in. l. humanum. C. de. ll. in fi. Alias Imperator de lege sua dicit, Oraculo p̃sentis ędicti, in l. digna uox. C. de. ll. & nostra Maiestate. in .l. i. C. de silentia. lib. xii. Et titulus diui decerni solebat optimis principibus, ut sæpe in iure diui Imperatores appellantur, ut supra dictum est, & tradit Egnatius in uita Antonini Pii, uel quia Cęsares, ex antiquorũ more, post mortẽ inter Diuos referebantur, uel quia a Deo Imperium constitutum est, ut utrunq; tangit Alcia. in l. ad instructiones. in uerbo diuinę. C. de sacro sanct. eccles. alias Sacrum oraculum pro auctoritate eius. ut in. §. illud proprium. inst. de adopt. iuncto. §. i. eod. tit. nostra Tranquilitas. l. i. C. quando libell. prin. dat. Alias diuinum Oraculum, in l. iubemus. C. de emancipatione liber. Cœleste oraculum, in. l. iubemus. la. i. C. de sac. san. eccle. Sacrum oraculum, in. l. & si.

C. si contra ius, uel util. pub. Cœleste oraculum, in .l. in consiliariis.C. de assessor. Alias de se ipso dicit. Constitutio Domini .N. Imperatoris, in rubro, & nigro .c.i. const. feud. in usib. feud. Et quod supra dictum est. Imperatorem ministrum Dei esse non mirum uidetur. Quia omnes iudices, contra hos, qui male operantur, tales dicuntur, & ultores iræ suę dicit tex. in .c. non solum. xxiii.q.v. in.c. nec his .§. cum itaq; .xxv.q.i. Alias Imperator ponit se inter eruditos, dicendo nos eruditi. ut in .§. fi. inst. de adoptio. Alias cũ salutatur ab his, qui eam facultatẽ habent, acclamãdo dicitur Auguste. N. deus te nobis cõseruet. nostra salus, nr̃a salus, ut in.l.i.C. de ueter.lib.xii. Alias de se ipso dicit, Magnificentia mea, ut ibidem, licet hodie talis titulus, fere cuilibet priuato, usurpatus sit. Quandoq; dicit Imperator Sacros uultus. inhiantibus forte populis inferimus .i. ostendimus, ut ueniant uidere, ut in.l.fi. tit.fin. in tribus libris.C. pub. letitiæ &c. Alias sacri Affatus pro suis rescriptis, & priuilegiis. l. Sacri Affatus.C. de diuer. rescript. Alias Præcepta sua, Consulta Cœlestia, in .l. nequis. in fi. C. de offic. rect. prouin. & utrunq; Sacros Affatus, & Sacri nostri Oraculi, in.l.fi.C. de defen.ciuit. Alias nostræ Maiestatis Oraculum.l. siquis ex grege. C. de cohortali. & princip. cornicul. Alias statuta Cœlestia .l. quicunq; chartas, responsa Cœlestia, in.l. nullum.C. eod.lib.xii. diuina Indulgentia, in.l.fi.ff. de const.prin. diuina Beneficia, in l. Sacrilegii.C. de diuer. rescrip. Imperatoriam Maiestatem, in insti. in prin. Maiestatem regiam, ut supra late diximus. & in tit. de pace tenenda. & ibi in prin. not. Iac. aluar.ii.col. post mediũ. Imperatoriam Celsitudinem, in.§. filiusfamilias. inst. quib. mo. ius pa.po. sol. Alias dixit eidem quidam legatarius. rogo Domine Imperator audias me patienter.l. proxime.ff. de his, quæ in testam. delentur. Nostra Serenitas, in .l.iiii. C. de op. pub. Nostrũ Numen, in.l.si qui.C. eo. Diuus Imperator, & Serenissimus Reginę Maritus, in.l.pen.C. de dona. inter uir. & ux. Cęsar noster, in.l. cum de ætate.C. de probat. Alias Optimus, Maximusq; Princeps noster, ut de Papa hodie dicimus, in .l. iurisperitos. in prin.ff. de excus. tut. & Optimi Imperatores nostri, in .l. Cicero. in fi.ff. de pœnis. Serenitas nostra, in.l.iii.C. de spec.lib. xi. Optimi Principis constitutio, in.l. & ideo.ff. de .ll. & .l. qui solidum.§.i. de leg.ii. ibi. Optimus, Maximusq; Princeps noster Augustus.§. fin.l.ii.ff. de orig. iur.l. unum .§. pen.ff. de leg.ii. Optim. Imp.nr̃. ¶ Quid alias, optimus maximus significaret,

declarat.l. non tantum.& .l.qui uti.& .l. illa uerba.ff. de uerb. signif.&.l.pen.ff.de euictio.& in inst.quib. non est permiss.fac. test.post prin. Antiquis olim Iouis etiam epitheton fuit:optimi, quod Cicero interpretatur Beneficentissimi: ut Moder. Mediolan.referunt in.l.bonorũ appellatio.ff.de uerb.signif.in glo. i. Bar. in .l.i.ff. de adult. dicit, q̃ quilibet Imperator uocatur Diuus Augustus:& Imperator, Dominus noster, in aucten. ut neq; mil.neq; fœderat. Alias Diuus magnus .N.l. fi. ff. de priuil.ueteran. Quandoq; Nostrum Numen, uocat Imperator.in .l. unica.ante fi.C. de sent. præf.præto. Quandoq; salus nostra .l. i.C. de ueter.lib.xii. Quandoq; seculi nostri Beatitudinem, dicit.l.ii.in prin.C.de temp.appel. Nr̃i numinis,in.c.i.ad mediũ. de prohi. feud. alie. per Loth. Alias felicissimum nostræ pietatis Imperium.l. neminem.in prin.C. de decurion.lib.x. Nostra Beniuolentia,in.§. extraneis.instit.de hæred. qualitat. post medium .l. pen.§. nos itaq; .C. de necess. seru. hær. inst. felicissime consultus.iii.const.C. ante fi. Consultissimus Princeps. Diuus N.l. si hæreditas .C. de test. manum .l. fi. §.ii.C. eod. Excell. Regis,in.c.ii.de supplen.negl. prælat.in.vi. ante fi.c.fundamenta.§. proinde.ante fi. de elect. in.vi. Diui magni Antonini,in.l. rescriptis .ff. de diuers. & temp. præscrip. Sacratissimus Princeps noster.in.l.pen.ff.ad tertul. Princeps Prouidentissimus,& uere Religiosissimus,in.l.unum.§.fi.in fi. de leg.ii. Cæsar autẽ, & Augustus, an & quid differant.dixi infra.q.xli. Alias Card. Iacob. in tractatu suo de Concilio,nuper impresso lib.i. artic. xii.fac.xxix. col.ii.D.dicit Regibus dari titulum Illustrissimo, Serenissimo, Excellentissimo, Inuictissimo: sed q̃ proprie eis cõuenit,Illustris.Excelsus, Victoriosus, Inclytus, Sublimis, Inuincibilis, Excellens, Magnificus, aut Triumphalis. Alios autem, Serenissimus,Inuictissimus,Excellentissimus, Inclytissimus, Victoriosissimus, Christianissimus, Illustrissimus(quæ sunt superlatiua)cõuenire Imperatori. Alias Magnus Antoninus, in.l. si absenti.ff.de leg.& quæ late dixi infra.q.lix.& per Ant. ficul.in tracta. de pote. Reg.q.xxi. in fine. Tyberius autem Cæsar contumeliæ ascribebat tales titulos: modestiæ causa, ut Eras. tradit in.vi.lib. Apopht.ii. Apopht. & seq.

¶TERTIA QVAESTIO.

In quo gradu dignitatis sit Imperator.

Tertio

TERTIO Quæro in quo gradu dignitatis sit Imperator cum multi gradus sint dignitatum. ut per glo. in auct. ut ab Illustribus & in proœ. inst. in .§. cumque hoc. in .l. præcipimus. C. de appell. in .l. qui indignus. ff. de Senator. & p scrib. late in rub. & in .l. i. in prin. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. alias ponit se in numero Senatorum. l. ius Senatorum. C. de dignit. lib. xii. prout alias Papa est de numero Cardinalium: ut post Archid. tradit Mart. laud. in tract. de Cardinal. col. iii. in princ. Hadrianus Papa dignitatē patriciatus Carolo Regi Romæ concessit, inter alia, in ecclesia Lateranēsi. c. Hadrianus. lxiii. dist. dicit, ibi, glo. ut puniret crimina, uel, q eft Aduocatus Romæ. c. uenerabilem. de elect. tu dic, qui essent patricii, ut infra. q. lxxxiiii. in princ. communis sententia est, q limitatiue, & circumscriptiue in nullo gradu dignitatis sit, nec ordine etiam, nec in gradu superillustri, quia ipse sic super omnes gradus, & super omnes dignitates, fons dignitatum, a quo omnes alii gradus profluunt, & deriuant, ut per Alex. Ias. & alios in .l. i. post Bal. Ang. Fulg. Cyn. Ioan. And. & Abb. & nouissime Card. Iacobatius in dicto suo tractatu de Concilio nuper impresso, lib. i. arti. xii. fac. xxviii. C. Vnde cum sit in apice dignitatis, & in culmine, gradum aliquem circumscriptum non habet, cum sit supra omnes gradus. c. in apibus. vii. q. i. c. cuncta per mundum. ix. q. iii. c. proposuit. de concessio. præben. cum similibus. Licet mihi legenti præterito āno in hac alma Vrbe. d. l. i. aliter uisum fuerit, & adhuc uideatur, ut. s. licet in supremo gradu omnium sit. In aliquo tamen certo gradu sit, tum inter cætera, ob tex. qui in terminis hanc rationem probare uidetur in .l. ubi autem non apparet. in fi. prin. ff. de uerb. oblig. & per. c. Valentinianus. in fi. lxiii. dist. ubi expresse Imperator ponit se in ordine dum dicit secundum ordinem meum. & in .c. q graue. de fals. ibi, Reges, Principes, & alios cuiuscunque gradus, & per. c. i. xxiii. dist. & per l. ii. C. de spor. in prin. bene inducendo, tum ex auctoritate Aristotelis, quem etiam in iure nostro licet allegare .l. septimo mense. ff. de statu hominum. l. si pater. ff. de sol. Bar. & alii in .l. i. ff. si cer. peta. Dicit enim Aristo. x. metaph. vii. tex. supra, & infra, ubi loquitur de prædicamentis, q in quolibet genere datur unum primum, & illud debet esse perfectissimum reperibile, illius generis, a quo postea alii perfectionem trahant, & hac ratione, ibi Auerro. cōmen. vii. circa fi. posuit Deum esse in genere substantiæ, quoniam perfectissima substantia, licet Theologi de Deo

non teneant id, Sed alias sic. Item ex Aristo. d. loco illud de quo aliquid dici potest in quid, est in genere, uel in ordine. Sed de Imperatore dici potest aliquid in quid, quia est homo, est Imperator, ergo est in ordine, & per alia, quæ latius publice dixi in. d. l. i. quæ quandoq; forte palam fient, respondendo omnibus contrariis, & tentando, q; forte dicatur proprie, in gradu superillustri, prout ibi latius dixi, quę hic referre non curo, quoniam uetitari pro communibus conclusionibus insistere intendam, non disputatioibus, quę in gymnasiis, & cathedris relinqui debēt. & Illustrissimū Imperatorem appellat Bar. in tract. suo de regim. prin. ii. q. iii. col. i. in fi. & seq. post prin. licet scribentes dicto loco id negent communiter, & Mart. laud. in tract. de prin. not. clxvii. Papa, uel Imperator. ¶ Et ad fundamentum quod potissimum uidetur doctorum tenētium cōtrarium, respondetur uno modo, etiam clarissime, q; non est inconueniens, q; is a quo omnes ordines processerunt, sit in aliquo dictorum ordinum, patet in Deo ipso, a quo, & Angeli, & homines processerunt, & tamen posuit se in ordine hominum, ut de se patet, & est clarissimum, & Ecclesia cantat Deus homo factus est, & iterum in Antiphona, Mirabile misterium declaratur hodie, innouantur naturæ, Deus homo factus est, Id quod fuit permansit, & q; non erat assumpsit &c. & ita alias Excellens D. meus D. Vincentius Herculanus de Perusia, super. d. l. i. respondebat.

¶ QVARTA QVAESTIO.

1 *Vnde iurisdictionem, & originem Imperator sumpserit.*
2 *Populus Romanus in Imperatorem transtulit potestatem.*
3 *Imperator Romanus primitus per uiolentiam quæsiuit Imperium.*
4 *Imperium a Fortuna uidetur processisse.*
5 *Imperium hodie dependet ab Ecclesia communis sententia.*
6 *Imperator an sit Vicarius Papæ.*

1 QVARTO Quæro t originem suam Imperator, seu iurisdictionē, unde sumpserit: not. quęstio est, & difficultatem, seu dubietatem facit, quia quædam iura probare uidentur, Imperium sumpsisse uires a Populo Romano, dicente tex. in. l. i. ff. de const. prin. q; Populus Romanus ipsi Imperatori, & in ipsum omne Imperium, omnemq; suam potestatem concessit. idem in. §. sed & quod principi. insti. de iure nat. & in. l. i. §. cum

enim

enim antiqua lex.C.de uete.iure enucle.l.i.ff.ad leg.iul. de ambitu.& præmittunt Pau. de cast. Alex. & alii in .l.i.in prin.ff.de offi.eius. & tex.in.l.ii.§.nouissime.ff.de orig.iur.ibi,euenit,ut necesse esset reipublicæ per unum consuli. Igitur constituto principe datum est ei ius &c. Idem Cor. noster Perusinus per.d.§.cũ enim.in consi.i.post prin.ii. col.lib.iii. † Et primus Imperator in quem Populus Ro. transtulit Imperium, fuit Octauius Augustus,secundum Pau.de cast.in.l.non ambigitur.ff.de.ll. quod per historias probari potest,Moder.referũt in rub.procc.ff. col. vii.Idem post Orosium cap.xviii.lib.vi.in.l.ii.ff.de orig. iur.vi. char.ii.colũ. & dicunt fuisse Anno Vrbis DCCXXVI. & fuisse Secundum Imperatorem,idem ꝙ a Populo Ro.habuit immediate.Bar.in.l.more.ff.de iurisdi.om.iudi.i.oppo.Bald.in.l.i. in ii.col.in prin.C.de summa trini.& idem Bald. in.l.Imperium. iii.col.in prin.ff.de iurisd.om.iud.iii.q ꝙ merum Imperium in principe seculari est absoluta potestas Imperatori concessa, per l.regiam &c.cum quo Mart.laud.simpliciter in tract. de princi. no.clxxxix.in Papa.Alia uero iura dicũt Imperium a Deo processisse,ut in.§.i.in aucten. de instru. caut.& fide.ibi,quia igitur Imperium propterea Deus de Cœlo constituit &c. & in.l.i.in fi. C. de sum. trinit.ibi,quæ ex cœlesti arbitrio sumpserimus, & in. §.si uero etiam.in auct.ut defunct.funera.ibi,omnibus gentibus quarum nobis principatum,alium quidem ab initio dedit Deus, alium uero adiecit,& in auct. de non alien.§. finimus igitur.ibi, Imperator cui plurima dedit Deus habere,& multorum Dominus esse,& in tit. de pace tenen. & eius uiol. in prin. ibi, quoniã diuina præordinãte clemẽtia soliũ Regiæ Maiestatis conscendimus in usibus feud. & ideo Papa dicit in .c. si Imperator .xcvi. dist. ꝙ Imperator catholicus priuilegia suæ potestatis in administrandis.ll. publice diuinitus consecutus est,& ibi glo.not.ꝙ Imperium a solo Deo sit, allegañ. tex. in .c. quæsitum .xxiii.q. iiii.ibi, meminerint enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei ministerio dãtum,& tex.in.d.c.si Imperator.dicit a quo propriam consecutus potestatem,loquens de principe,& Deo,&.l.i. in prin.C. de ueter.iure enucl. ibi,Deo auctore nostrum gubernante Imperium,quod nobis a Cœlesti maiestate traditum est, & idem per.d.c. si Imperator.not.glo.in.c. duo.xcvi.dist.in glo. iii.c.qui resistit.xi.q.iii.ubi Augusti. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit,& in aucten. quomodo oporteat ep. in priu.

B

legitur, maxima quidem in omnibus sunt dona Dei a superna collata clementia, Sacerdotium, & Imperium, & illud quidẽ diuinis ministrans, hoc humanis, uno eodemq; principio utraq; excedentia humanam exornant uitam not. in .c. constitutiones. x. dist. per.d. tex. & ad idem, ꝙ Imperium a Deo sit, adducunt quidam quod habetur Luc.ii.c. in euangelio in prin. ibi, exiit Aedictũ a Cęsare Augusto, ut describeretur uniuersus Orbis, & sic ꝙ etiam Christus, ut populus recognouit Imperatorem, ut Dominum, & tex. in.c. solite. de maior. & ob. in .§. praeterea. ubi Pontifex scribens Constantino Imperatori, dicit Deum fecisse duo luminaria in firmamento Coeli, luminare maius, ut praeesset diei, luminare minus, ut praeesset nocti utrunq; magnum, sed alterum maius, ut diei praeesset. Ad firmamenta igitur Coeli, hoc est uniuersalis Ecclesiae, fecit duo magna luminaria, idest, duas instituit dignitates, quae sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas, ut originaliter de dicta creatiõe apparet in libro uitae Gene.i.cap. & in.c. cum a duorum. xcvi. dist. & Psal.c.xxxv. & quod in Passione Christi legitur. Io.xix.cap. non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi datum esset desuper, & Apostolus ad Romanos. xiii. cap. in prin. non est enim potestas, nisi a Deo, siue iubente, siue sinente. ait tex. in.c. quid culpatur. ante finẽ. xxiii. q. i. Et omnis iurisdictio est a Deo, siue mediate, siue immediate. Hosti. Arch. Inno. Ant. & Abb. ubi Rot. Neap. in not. q. decis. cccxci. fuit. ii. col. ad fin. Quę autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit Põtifici, Dei ordinationi resistit. nam Princeps &c.c. dicat. in fi. xxiii. q. v. & in lib. Regum. xiii. cap. i. lib. qui non obediunt principi, morte moriantur, & Deuteronom. xvii. cap. registratum in.c. ii. de maior. & ob. & Matth. xxii. cap. quę sunt Caesaris Caesari &c. & alias tex. in. l. fi. in fi. C. de quadrien. praescrip. ibi, quo nutu diuino Imperiales suscepimus infulas, & in. §. olim. in auctẽ. de consulib. ꝙ Deus misit Imperatorem legem animatam in terris, & ibi, cui, & ipsas. ll. Deus subiecit, & in. l. fi. C. de praescrip. long. temp. ibi, diuino quodam motu, & l. i. §. sed siquid. C. de ueter. iure enucl. ibi, diuino nostro ore, & in auctẽ. ut non luxurietur. in prin. ibi, ut crediti subiecti. s. nobis a Domino Deo bene uiuant, & in auctẽ. de quęstore. i prin. ibi Dei auxilio, ut subiecti ab eius clementia nobis traditi illesi seruentur, & in auctẽ. constit. quae de dignit. in prin. ibi a Deo traditae nobis reipublicae. & in auctẽ. de armis. in prin. ibi subiectos omnes, Quorum regimen nobis credidit Deus, & in auctẽn.

cten. de priuil. dotis. in prin. & clare in aucten. ut diff. iud. in prin. ibi, ex quo nos Deus Romano præposuit Imperio, & i. i, commisse nobis a Deo reipublicæ. &. l. ii. §. sed quia. C. de ueter. iure enucl. ibi Imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, & not. tex. in. §. arripiat. in aucten. ut om. ob. iud. ibi, post supernum honorem, secundo loco sunt posita cum glo. i. a superno Deo collatę, & ad fi. ibi solummodo Deo, & Imperatore sequente Deum hæc gubernare mediocriter. & mansue e ualent, &. §. fi. in aucten. de trient. & semiss. ibi semper aliquid adiicit Deus nostris sceptris, & late etiam quædam congerit glo. Bal. in tit. de pace constan. & in .c. priuilegia. in uerbo concessimus. post prin. in usib. feud. & in. l. ii. C. de offi. præf. præt. afr. in princ. ibi, per ipsum enim iura Imperii suscepimus, & quæ supra in .ii. q. diximus, &. c. Constantinus. xcvi. dist. ibi, Deo uiuo, qui nos regnare præcepit, &. §. finimus. in auct. de non alienand. ibi Imperator cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum esse. Et Io. ugou. in lib. quem quadruuium Ecclesiæ inscribit, char. ix. ſm paruam impressionem meam, hodie est. in .vi. uol. Tract. tenet unũ principiũ fuisse Sacerdotii, & Imperii p glo. in. d. c. cõstitutiones. quia in ueteri testaméto Primogenito utrũq; competebat, sed ꝙ Israel transtulit Imperium in Tribum Iuda a Ruben primogenito, ut Geñ. xlix. & Sacerdotium ad Tribum Leui. ut. i. Reg. ii. de Tribu Iuda ortus est Christus. d. cap. xlix. qui fuit Sacerdos magnus. ut Hebr. v. post Diluuium autem ait, ꝙ a Noe, & filiis traxit originem Sacerdotium, & Imperium s. Sem, & Iaphet, ponderando ea, quæ habentur Gen. ix. ad fi. Et quia ante legem Sacerdotium, & Imperium primogenito competebat, & ab eadem origine processerant, Ideo, inquit, Reges Rom. & Reges, & Pontifices dicebantur, quia maiorũ hęc erat cõsuetudo, ut Rex esset, & Sacerdos, & Põtifex, & Rom. Impatores, Pontifices dicebãtur. c. cleros. xxi. dist. §. Põtifex, & supra diximus. ii. q. & Ant. de Rosell. disputat, & conatur defendere in tract. de potest. Papæ. iiii. uol. tractat. char. xxviii. col. iiii. ad finẽ. i. q. per ante ibi late deducta, Imperiũ a solo Deo immediate esse in Cæsarem. Licet ab ouo repetendo alii dicant Imperatores Romanos, per uiolentiam omnia primitus occupasse, ut dicit Innoc. in. c. ꝙ super his. in fi. extra de uoto. cuius dictum refert Abb. in. c. uenerabilem. extra de elect. vi. col. post medium uers. Et ꝙ hoc sit uerum Alb. in. l. i. C. de sum. trinit. & fide cath. & ibi Bal. post prin. & ante eos subtilis ultramontanus

Ioannes faber inst. de iure na. gen. & ciuil.in.§. sed quod prin cipi. in uers. Populus.post prin.dicit.imo, & si historias legas, reperies, ꝙ potestas Romanorum fuit per uiolentiam aquisita,& maxime tempore Iulii Cæsaris,& hi profecto qui literas huma nas callent,pro comperto habent,& Abb.in.d.loco refert,Inno. in.d.c.ꝙ super his.in fi. ualde debiliter excusare Imperatores, an cum bona conscientia tenerent Imperium. prout & latissime in sua disputatione solenni deducit clarissimus Iurisconsultus Dominus Ioannes igneus in sua not. disput. an Rex Franciæ, recognoscat Imperatorem.vi. col. ad fi.vii. fundamento. & .ix. & Moder. taurin. etiam de eo referunt in.l.i.ff. de offi. eius.nu. 369. licet subdant,ꝙ an bene loquatur non interponunt iudiciũ suum,& quia Imperium uidetur, ꝙ fuerit ante Papatum, ut per Io. And. in add.ad Specul. in tit. de iurisd. om. iud. in prin. in uerbo maxime,& sic ante Christum. Ideo uarię sunt opiniones de hac.q. Alibi dicitur,ꝙ a gladio,ut supra proxime dictum est, & glo.in.c.i. de pace iuram. fir. quæ est singul. secundũ Ang. in.l. deprecatio.ff. ad .l. rhod. de iac. & in disputatione sua re nouata guerra.post prin.Et alias in quodam libello Epi Zamo reñ. de origine, ac differentia principatus .i. parte. char.xiiii. & seq. deducitur principatus originem duobus modis fuisse,pri mo de iure naturali,uel gentiũ, secũdo iure ciuili,post Philos.v. Politic. ibidemq;, ꝙ Populus Rom. et eius Imperatores usur patiue habuerunt Dominium nationum orbis post Innoc.,ubi supra,et Grego.Oros. Eutrop.Policrat. Luciũ florum,Pomp. Iustinum, et Aug.iii. lib. de ciuitate Dei, Io. And. Io. de lign. 4 in procœ.decretal.et Old.cons.lxix.† Alibi dicitur,ꝙ a fortuna, glo.in.l. digna uox.C.de .ll. et.l. fi. in prin.C. de iudic. ibi, Au gustam fortunam, cum glo. et in .l.cum multa. ad fi.C. de bo. quę lib. ibi sicut Imperialis fortuna omnes supereminet alias,et §. hæc itaq;.in aucten. de consul. ibi fortunę fastigium. et.l.ii.§. sed quia.C.de ueter. iure enucl. ibi,Imperialem fortunam. et .§. fi. in aucten. de consul. ibi,Imperialis excipiatur fortuna. Bal. in tit. de pace constan.in.c. priuilegia.in glo.in uerbo concessi mus. post prin. unde uersus,Si fortuna uolet &c. Alibi, ꝙ pro priis uirtutibus acquisiuerunt Imperium.xxiiii.q.i.§.i. secundũ Abb. in.c.uenerabilem.vi.col. de electio. post medium, dicens exponendo propriis uirtutibus nõ Theologicis, Sed Politicis, post ibi not.quia Romani per uim, et oppressionem Imperium acquisiuerunt, licet .d.§.i.d. loco non inueniam, tu dic, ꝙ est.

xxviii.q.i.§. ex his.in fi. ibi, uirtutibus Romani promeruerunt Imperium.glo.fi. in.c. ego.lxiii. dist.& Bal.in.l.bene a zenone. i. lectura. in fi. C. de quadrien. præscrip. per illum tex. in fi. not. Imperium diuinitus constitutum, sicut apostolatus,& ꝙ a Deo processit, unde ꝙ Imperium, & ecclesia fraternizant, ut in auct.quomodo opor.ep. in prin.tñ ꝙ Inn. dixit nescire unde Imperiũ habuerit originẽ subdit Bal.potes dicere, ꝙ habuit originẽ ab Ense,pmissu diuino, quia uoluit Populo Ro. totũ orbem subiugari,deinde Populus Ro.cõstituit Imperatorẽ in quẽ transtulit omnẽ potestatẽ &c.& postea cõfirmatũ fuit uerbo diuino, dum dixit,Imago Dei,Deo reddatur,& Cæsaris Cęsari,& ꝙ est postea approbatũ ab Ecclesia.hęc ille. ¶ Sed breuiter circa hãc conclusionem considerandum est pro resolutione,ꝙ glo.in .d.auctẽn. quomodo opor. episc. in prin. timore dictorum contrariorum,in quibus alibi dicebatur Imperium a Populo Romano, & ab hominibus alibi a Deo prouenisse,dixit,ꝙ ab hominibus uenit,dispositione tamen Dei,sine quo factum est nihil,quod factũ est,ut in euangelio Io. legitur .i. cap. in prin. & .iiii. Esdrę .vi. cap. in prin. &,sic Populus Ro. primitus etiam de terra constituit Imperium,permissione,& dispositione Dei,& sic ipse auctoritate,populus ministerio,ut idem per glo.in.d. aucten. de instru. caut. & fide.§.i. in uerbo de cœlo. & Io. fabr. in .d. uers. populus.in prin. dicit,ꝙ processit a Deo permissiõe,& a populo dispositione. licet Moder. Mediolaneñ. in .l. bona ciuitatis .ff. de uerb. signif. simpliciter dicant principio rerum non diuina iussione,sed ex populi consensu Reges assumptos,quod,et post Romani Imperii occasum seruatum fuit, cum Carolus magnus a Populo Romano Augustus electus est,et a Pontifice Leone sacro oleo inunctus,quod ius populi,hodie Gregoriana.l. in septẽ germaniæ primates translatum est, sic et ꝙ Franci Chylperico electo,ꝙ regno idoneus non esset,Pipinum cõsilio substituerũt, et cũ Pipini Proles a maioribus degenerasset, rursus Odonem, mox eius fratrem Robertum,et deinde Roberti nepotem Hugonem euexerũt,qui uulgo Capetus dicebatur, unde oriundi sunt, qui etiam num Francorum rebus moderantur. Et quod de maximis hisce regibus,nimirum Romano, et Franco dictum est. Idẽ et in inferioribus obseruatum fuisse, qui historicos legerit, deprehendet,subdentes tamẽ ultimo censere diuina lege eum iustũ principem esse,qui ex populi consensu regnet, quod et Aristot. dicunt tradere,qui uero inuitis dominetur, eum tyrannum esse,

etiam si Cæsar sit a septem uiris electus, concludentes demum, ꝙ cum magna regna, non ex subditorum consensu, sed per uiolentiam primo constituta sint, merito Diuum Aug. lib. iiii. de ciuitate Dei dicere magna latrocinia esse, Adducto etiam Piratæ cuiusdam exemplo, qui comprehensus etiam ante Alex. magnū adductus cum interrogaretur, qua causa mare haberet infestum? quid tibi, inquit, ut orbem terrarum habeas infestum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro uocor, tu quia magna classe Imperator. hęc illi. Et ut supra de Chylperico, et Pipino, per Zachariam Pontif. iidem Moderni in. l. inter claras. C. de summa trinit. in glo. ii. colum. iii. in principio, scribunt, et dixi etiam infra quæstio. lxxxi. sed Bald. not. et plene in. l. prima. C. de sum. trini. et fide cath. i. col. et seq. in prin. dicit, et concludit Cæsareum Imperium, a Deo esse, per dictum. §. finimus igitur. in d. aucten. de non alien. tripliciter, permissiue, approbatiue, formaliter et effectiue. Permissiue, quia propter bonum uniuersale, et sub ratione finis, ut mundus optimis. ll. regatur, pro quo est bo. tex. in aucten. de instru. cauti. §. quia igitur. ibi, igitur Imperium de Cœlo Deus constituit, ut difficilibus imponat, quæ apud eum sunt bona, et. ll. aptet secundum naturæ uarietatem, Approbatiue, quia Christus approbauit Imperium dum dixit in euangelio Matthęi. xxii. cap. Imago Cæsaris reddatur Cæsari, nisi enim pro approbato habuisset, non debuisset restitui iniusto, et uiolento creditori, quia uiolentus possessor non fuisset defensus a Deo in propria possessione secundum Bal. subtiliter dicto loco, Formaliter et effectiue: Nam cum tota collectio Christianorum Imperium teneat, licet quædam regna de facto non obediant, non est putandum aliud (tradit Bal. ubi supra) nisi, ꝙ ipse Deus, et hoc disponat, quia est caput illius collectionis, et post Deum est supremus Imperator Apostolicus, qui hoc approbat, et in locis late supra allegatis, et nouissime in. c. uenerabilem. extra de election. et in clem. i. de iureiuran. et adeo, ꝙ tex. in extrauag. ad reprimen. dicit diuina præcepta, quibus iubetur, ꝙ omnis anima Romano principi sit subiecta, et Bar. ibi glossando declarat late, et not. i uerbo subiecta, ꝙ licet ad Rom. xiii. c. non dicatur Romanorum principi. Sed solum sublimioribus Pontificibus, de illo tamen intelligendū est, sub quo Christus uoluit nasci, & crucifigi, & ꝙ hoc Imperium Ecclesia approbat, sic Bar. in rub. ff. ad fi. in not. q. dicit, Imperium cum Ecclesia processisse a Deo, tanq̄ a causa efficienti per. §. i. in aucten.

quomo.

quomo. opor. ep. & ultra eum, ꝙ ideo alias exorditur Impera-tor in tit. de pace tenen. & eius uiol. in usib. feud. in prin. quo-niam diuina prçordinante clementia solium regiæ maiestatis cō scendimus dignum est, ut cuius prçcellimus munere illi omnino pareamus in opere. Quæ pulchra uerba ibi, dicit Bal. & not. sim pliciter Imperatorem habere Imperium a Deo, & Abb. in .c. no-uit. de iudic. in. v. col. ad fi. declarat not. iura, quæ dicunt Impe rium a Deo esse hodie. s. post Christum non imediate a Deo, sed per debitam, ac subalternatam emendationem a Vicario Christi Iesu, apud quem sunt iura Cœlestis, & terreni Imperii .c. omnes. xxii. dist. ibi, qui beato Petro æternæ uitæ clauigero terreni si-mul, & Cœlestis Imperii iura commisit, & ibi late per glo. unde Pontifex Imperatorem inungit, approbat, confirmat, reprobat, & deponit, causis exigentibus, ut in præallegato. c. uenerabilem. &. d. clem. i. de iureiuran. c. ad apostolicæ. de rescrip. in. vi. & in fra dicam, & ita uno modo declaretur, quod legitur in. d. c. xiii. ad Ro. & Fely. in. c. cum non liceat. de præscrip. extra, dicit Im-perium ante Papam fuisse, ante. s. Christum de Imperio Rom. Sed illud post Christum renouatum esse a Deo, & cōcludit post Alber. in. l. i. C. de sum. trinit. ꝙ Imperium habuit originem a uiolentia, tamen uoluntate, & permissione diuina, & dicit id se-qui Per. de monte in lib. de potestate Papæ, & concilii. iii. parte. & per Card. in. c. uenerabilem. vi. q. de electíon. Præpos. & D. Ant. de rosellis ubi ibi, & Dantem Florentinum in sua monar-chia. iii. lib. in prin. incip. conclusit ora Leonum. Abb. in. d. c. ue nerabilem. vi. col. ante fi. dicit tenendum cum Bal. in. d. l. cunctos populos. s. ꝙ Imperium est a Deo permissiue, & approbatiue, for maliter & effectiue, & quç Oldr. primo ponit de hoc, ꝙ Impator a Deo, sit cons. lxix. consueuit dubitari. in prin. Sed ibi tamen la-te postea per totum illud solenne consilium. in not. q. de qua etiā infra ponemus suo loco, An Imperator sit Dominus totius mū di, altius exordieñ. deducit latissime adduceñ. iuribus, & ratio-nibus primo iure ueteri diuino nō inueniri, ꝙ Imperium habeat potestatem, & ꝙ Imperator sit dominus, cum Imperium accepe-rit a tempore quo populus in eum transtulit potestatem, ut su-pra late primo diximus, & licet, quia communio pariebat discor diam. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ii. Gen. xiii. c. uolue-rit, & olim Deus, ꝙ quācunqꝫ terram calcauerit pes tuus, tua sit, Deuteron. xiii. c. & sic iure ueteris testamēti regna permissa fue rint, facit. l. ex hoc. ff. de iust. & iure. & ibi doctores. §. ius autem

gentium.inst.de iure nat.& apparet de illo iure, in Dauid, Saule, & Salomone, & pluribus aliis approbatis a Deo. extra de sacr. unctio.c.i.§.unde in ueteri.&.i.Reg.de Saule.xx.c.viii.q.i.Moyses, & ibi not. & in.d.§. unde enumerantur multi reges uncti de mandato domini, & Prouerb.viii.c. per me reges regnant, & in Psal. iudicium tuum regi da.respondet tamen Oldr.not.d.loco. ii. col.in prin. q id de regibus est, non de Imperatore, & q de eo non inuenies illo iure, quia illo tempore non fuit, sed post multo tempore, & idem addo per Petr. de monte in tract. suo de monarchia.ante fi.in.c. expeditis his.i.q.ii.col. sic nec de lege noua noui testaméti ait Oldr. aliquid inuenitur per quod uideatur omnino Imperium approbatum, licet de regibus sic.i. Petr. epistola.c.ii. ibi, Deum timete, Regem honorificate. & illud Pauli ad Rom. supra relatum.xiii.c. ibi, subditi estote omni potestati, siue regi &c. et.c. solite.de maior.et obed. et q inde per Christű omnes monarchiæ fuerunt destructæ, et reprobatæ, quia factum est regnum huius mundi Domini Dei nostri, et Christi filii eius, et regnat in secula, Apocalipf.xi.c. sibi enim data est omnis potestas in Cœlo, et in Terra. Matth. ult.c. ut impleretur illud Ezech.lxxxvii. faciam eos gentem unam, et erit rex unus omnibus Imperiis, et non erunt ultra duę gentes.unde q glo.Daniel. ii.c. dicit, q sicut a principio nihil fortius Imperio Romanorű, sic in fine nihil debilius inuenitur, et addo hic Bar. in tract. de regimine ciuit. col. fi. ubi dicit, q postq̄ Imperium Romanum fuit ab Italicis separatum, semper decreuit, in oculis nostris, q absq; Dei occulto iudicio factum non est, nec obstat secundum Oldr. dicto loco illud Matth.xxii. reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari.per quod aliqui dicebant Imperium approbatum a Christo, ut(dic tu)Bal. in.d.l.i.C.de sum.trinit.et in.d.l.bene a zenone.in fine.i. lecturæ.C. de quadrien. præscrip. Quia dicit Oldr. respondeo, q per id non iubet ei reddi omnia, sed quæ sua sunt, quia cum numisma sibi oblatum, Cæsaris imaginem haberet, et superscriptionem, Christus dixit reddite &c. imaginem enim suam sibi reddi iussit, ut.d.c.xxii. Matth. et forte, ut scandalum uitaret, sicut ea ratione ipse soluit tributum Matth.xvii. in fi. et.xxviii.q.i.c. iam nunc.uers. multa enim sunt facienda. et ita etiam, licet de Oldr. mentionem non faciat, dicto loco, respondet Abb. in.c. nouit. de iudic. extra.vi. col. in prin. et Petr. de monte in tract. de monarchia.ante fi.c. expeditis.i.q.iii. colum. in prin. Alio etiam modo ad illud dictum Euangelii, licet in

alio

alio proposito, respondet Aug. de Anco. in tract. de potes. Papę q.i. art.viii.uers. ad primum. Et ex prædictis concludit Oldr. in d.ii.col. satis colligi Imperatorem ipsum, dominium, & monarchiam per uiolentiam, & tyrannidem obtinuisse. Quia cum primo fuerint ex permissione diuina occupata, & distracta dominia per patres nostros, & reges instituti, & aliqui auctoritate Dei, ut supra dictum est, &.i. dist. iusgentium. &.d.l. ex hoc iure. cũ simil. non licuit Imperatori ea propriis dominis auferre, & sibi appropriare, prohibente hoc, lege naturali, & diuina, quod tibi non uis &c. Matth.vii.i.dist. ius humanum Exod.ii.c.iuncto .c. pœnale.xiiii.q.v. nec licuit trãsgredi terminos, quos posuerunt patres nostri, Prouerb.xxii.c.in fi. extra de sepult. qui terram diuiserant, ut Abbraam, & Loth. Genes.xiii. unde concludit late Oldr.in.d.consi.l.ix.ii. col. Imperatorem iniuste occupasse, & notorium esse, eum per uiolentiam obtinuisse, ut ibi, & in seq. late deducit, & patere asserit, & per consequens, ꝙ peccatum tale, non remittatur, nisi ablatum restituat, reg. peccatum. in .vi. xiiii.q.vi. cum res. Id quod etiam tetigit late allegañ. Io. igneus, supra allegatus in.d. sua disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem.vi. col.vii. fundamento. post Alb. in .d.l. i.C. de sum. trinit. & de hac uiolentia etiam tangit Pet. de monte in.d. tractatu de monarchia. ante fi.c. expeditis.i.q. ante uers. neqꝫ obstat. & in uersi. quicquid. De iure autem humano, licet multa iura supra allegata probent Imperium esse a Deo, sibi datum, inter cætera Oldr. in.d.not.q.iii.col. uidetur dicere non debere credi illis iuribus, cum ab ipsis Imperatoribus facta sint, & quorum repellerentur auctores, extra de hæret.c. fraternitatis. & de testibus.c. licet quidam. nec plus debet credi mortuę uoci, q̃ uiuæ. Sed uiuæ non crederetur in facto proprio.l. nullus. de testibus. ergo &c. eandem respõsionem Oldr. licet corrupte, de nume. consil. referunt in hac.q. Moder. Tauriñ.in.l. more .ii. col. in prin.ff. de iurisd.om.iud. & in.iiii.col. post prin. dicunt Imperium fuisse a Deo constitutum se non inuenire, nec per legem nouam, nec per legem ueterem. Sed, ꝙ forte debet intelligi permissiue, Quia non est potestas, nisi a Deo.d.c.(dic tu)xiii. ad Rom. & illud nõ haberes in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. in Pass. Domini Io.xix.c. & in.c. quæsitũ.xxiii.q.iiii. dicitur. me minerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei ministerio fuisse datos in huiusmodi uindices, idest, iudices. Quomodo

igitur reprehēdetur factum, quod auctore Deo uidetur esse con cessum? & facit, ꝙ a Deo sit illud ad Hebræos .v.c.B. nec quisq̄ sumit sibi honorem, sed qui uocatur a Deo tanq̄ Aaron, registratum in.c. qualiter.extra de elect. & in.§.illud.in aucten. con stitu. quæ de dignit.dicitur ab Imperio sequente Deum, & tex. not.in.§. si qua. in aucten. ut præpon. nom. Imp. ad fi. dicit loquente Imperatore, prima die in qua nos Deus Romanorum sup posuit rebus. & tex.in.c. Imperator.xcvi. dist. ibi a quo propriā consecutus est potestatem, & bon.tex. in.c.quo iure.viii.dist.ibi, iura humana per Imper. & Rectores seculi Deus distribuit hu mano generi, & nonnulla loca iurium, & diuinæ scripturę, ꝙ Im perium sit a Deo, citat ille Episcopus Gurgens. in tract. de coronā. char.vii.ii.col. & seq. sub.q. unde ortum sit, ut Imperatores &c. Idemq; char.xiiii. & seq.in.§. huic, ubi concludit Imperium licet à uiolentia primo cœperit, consilio tamen, ac nutu diuino, & prouidentia inualuisse unitatis ratione, post Diuum Thom.not. Hæc sunt, quæ aliquali obseruatione congessi, breui tamen tempore, & studio, Ex quibus tamen omnibus (supponendo me sem per determinationi Sanctæ Matris Ecclesiæ) bene, ac mature cō sideratis, uidetur resoluendum Imperium, si non imediate a Deo saltem per debitam, ac subalternatam emanationem hodie a Vicario Christi esse prouentum, et ita intelligatur Apostolus .d.c. xiii. & alia iura similia, & ita uidetur tenere Bar. in.d. extrauag. ad reprimēn. in uerbo totius orbis. post medium, & glo. in uerbo subiecta. & ita ipse met Oldr. declarat in cons.clxxx. Quæstio est.iii. col.uersi. nunc restat ad argumenta, quia omnis potē stas a Deo est, saltem permittente, ut supra late, & facit tex.in .l. fi.C.de offi.magistri militum.ibi, cum propria diuinitate Rom. Imperium sit nobis delatū, & bon.tex.in auct. quomodo oportet Epis.§.i.ibi, Sacerdotibus quibus nobis dona dabuntur a Deo, & ea quæ sunt firma habebimus, & quæ nondum hactenus uenerunt, acquirimus, & ꝙ Imperium sit a Deo, ut a causa prima, non per hoc tamen tollatur ordo, quem habet eius Vicarius in promotiōe Imperatoris ad Imperiū tanq̄ causa scda, & agens instru mentaliter secundum Oldr. not.d.iii.col. ad medium. & .d.c. uenerabilem. de elect. cum simil. Idem Abb.in.d.c.nouit.v. col.ante fi. de iud. & alii late ubi supra. & Ant.sicul. Excellens canonista, in tract. de potestate & Excellentia regia.i.q.in fi. concludit s. ꝙ aut consideramus causam imediatam, & primariam, & tunc Principes, & Reges sint de iure diuino, & procedant a Deo cum

ipse

ipse sit Rex Regum, aut cōsideramus causam mediatam, & tunc sint de iure gentium, & ita procedat .d.l. ex hoc iure gentium. cum concord. & dicit Pet. de Anch. in conf.cccxli. pro maiori concludere, ꝙ reges in regnis habent uetustissimum titulum a iure quodammodo naturali, & diuina quadam prouidentia, licet possit replicari, ꝙ Ant.sicul. ubi supra, in regibus loquatur. Qui ualde differunt ab Imperatoribus, ut ex supra allegatis post 5 Oldr.d.conf.lxix.i. et.ii. col.patet. † Hinc est, ꝙ communis sententia est Imperium dependere ab Ecclesia, et Papa Imperium recognoscere infra dicemus suo loco .l.q. unde Imperator dicitur Dei minister, et Dei seruus Bal. in aucten. habita .C. ne filius pro patre. et Dei Vicarius in temporalibus, Bal.in.l.i.C.de iure aureo. annul. et supra diximus .q.ii. et Bartho. in tracta. de regimine ciuit. col. pen. ad fi. dicit simpliciter Imperium a Deo de Cœlo constitutum, per dictum principum in auct. quomodo oporteat ep. et scriptum est, labiis regit Rex, et iterum cor Regis in manu Dei est, et ubi uoluerit inclinabit illud, Prouer. xxi. in prin.l. inter claras .C. de sum. trin.§. quamobrem, unde secundum Demosthenem Oratorem summum, est inuentio quędam, et donum Dei.l.ii.ff. de.ll. et tamen Princeps lex est.§. fi. in aucten. de consul. et.§. sed et quod principi.inst. de iure nat. l.fi.C.de.ll. ideo Diuus Aug. super Ioanne dicebat, ꝙ iura humana per Imperatores, et rectores seculi, Deus distribuit humano generi. Et expresse nouissime hodie Imperatorē habere Imperium mediate a diuina prouidentia.s. a Papa declaratur in terminis, et late extrauag. Bonif.viii. in tit. de maior. et obed.c.i. incip. unam sanctam, ubi unum caput solum, non duo esse Ecclesiæ deducit, Christum, et Christi Vicarium Petrum, et Petri successorem, cui fuit dictum pasce oues meas, meas generaliter, nō singulariter, has, uel illas, et sic uniuersas, et in eius potestate duos gladios spiritualem, et temporalem, ꝙ ibi not. euangelicis dictis probatur. Itemq; temporalem auctoritatem subiici spirituali potestati sic declarando illud ad Rom. de quo supra sæpe xiii. cap. non est potestas, nisi a Deo, subdens, tex.d. loco, non ergo secundum ordinem uniuersi omnia æque, ac immediate, sed infima per media ac inferiora per superiora ad ordinem deducunt, unde spiritualis pręcellit terrenam dignitatem, et spiritualis potestas terrenam habet instituere, et iudicare si bona non fuerit, et ꝙ hoc modo uerificatur uaticinium Hierem. de Ecclesia, et ecclesiastica potestate.i. cap. ecce constitui te hodie super

gentes, & regna. Isidor. in lib. de Imp. milit. eccles. dignit.i.q. in fi.lib.i.tit.i. & patet etiam, ut supra dictum est, quia Papa approbat, inungit, confirmat, deponit Imperatorem.d.c. uenerabilem. de elect.c.i. de iureiurand. in clem.c. ad apostolicæ. de re iud.in.vi.&.c.solitæ.de maior.ut infra dicā. ¶ Et ita, ut supra cōclusum est, hodie post Christum, Imperium mediate per Papam diuina prouidentia Imperatorem habere, per.d.extrauag.Bonif. viii. &.d.c. uenerabilem. sentiunt nouissime etiam Moder. hisp. in tract. solenni, & pulchro de ultimo fine iuris canonici, & ciuilis.i.char.iiii.col.in prin. in uers. an autem Imperator. dum simpliciter ad.d. extrauag. &.d.c. se remittunt, & idem dictus Episcopus in .d. lib.de origine princip. char.xxxix.in fi.§. cęterum. & ita tenendum uidetur. Quia hæc communis uidetur resolutio cū.s.catholica ecclesia (cui semper me remitto) & Alex.cons.xi. incip. alias consului.iii.col. post medium in uers.facit.in not.q. dicit, ꝙ Imperator iurisdictionem habuit a populo, & exercitu.c. legimus .xciiii. dist. sed est .xciii. post medium, ibi, quomodo si exercitus sibi Imperatorem faciat, & hodie dicit Alex. d. loco, habet iurisdictionem ab ecclesia, cuius est fidelis per .d. clem.i.quę incipit Romani.de iureiuran. idem ꝙ Imperium processerit a Deo, & ab ecclesia, Alex.in cons.xxiiii. ponderatis his. ad fi. lib.v. allegat Inno. & Bar. in locis de quibus etiam nos supra. Sic Imperium ab ecclesia procedere, & a summo Pontifice, cum maior sit Imperatore Papa, glo.& Moder.in.d.c.nouit pro communi.v. col. licet prout Card. ibi declarat (Fely. referente. ii.col.ad fi.) non possint in hac materiā fieri rationes demonstratiuæ, & faciunt, quæ infra dicemus in.q.l. & Bal. in.l. bene a zenone.in fi.i. lecturæ dixit, Imperium approbari ab ecclesia, & idem hodie habere Imperium iurisdictionem ab ecclesia per .d. clem.i. & Card. in clem. præsenti. de censibus .vii.q. Moderni taurin. sub dubio forte, tradunt in.l.i.ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. in prin.xii. char.ii. col. ante fi. nu. 370. & hodie, ut supra, Imperatorem habere Imperium a summo Pontifice esse communem opinionem Canonistarum, secundum Abb. in .c. si duobus. de appell. referunt, & tenent iidem Moder. in .l. more .ff. de iurisd.om. iud.ii.col.in prin. idem Abb. testatur de hac communi opi. Canonistarum.s. ꝙ Imperium immediate procedat a Papa, licet mediate a Deo in.c. uenerabilem .v. col. in princ. de elect. extra, post bonam glo. in clem. ad nostram. de hæret. & xxii. dist.c.i.&.ii.& .d. extrauag. Bonif.viii. unam sanctam. de

maior.

maior.& obed. et dicta per se in .d.c. nouit. Et addo Aug. de Anco. in tract. de potestate Papæ.q.vii. arti.ii. ubi notanter tenet et probat, una ratione, solam potestatem Papæ a Deo esse immediate, et nullam aliam, et singularius in.v.q.eod. arti. et notãter, dimissis opinionibus, dicit potestatẽ, iurisdictionis Tẽporalis, et Spiritualis triplicẽ esse, Immediatã, Deriuatã, et in Ministerium datam. Primo modo est solum in Papa, Secundo in omnibus Episcopis, et prælatis. Tertio modo tẽporalis potestas in Imperatoribus, Regibus, et Principibus secularibus, ut eis.s. sit in ministerium data, probans oĩa not. rationibus: Et Petr. de monte in tract. de monarchia.ante fi.c. expeditis.i.q. mouendo licet breuiter, hãc.q. no.unde Imperium habuerit originem, uel initium. Cõclusiue breuibus arguendo ad partes paucis se expediens, dicit, ꝙ quidam dicunt a Deo, quidam contra: Quia in ueteri testamento nullibi de Imperio constat, licet bene de regibus, nec in lege noua, licet de regibus sic, fiat mentio. Pet.ii.cap. Deum timete, Regem honorificate. Item subditi estote &c. et in c. solite. de maior.et obed.de iure humano uidemus, ut supra auctoritates.ll. tamen ipse concludit, ꝙ quicquid dixerint alii, sibi satis uerum uidetur, ꝙ Imperium Rom. et alia regna processerint diuina uoluntate, et permissione, post Alberi. de rosata in l. cunctos populos.C. de sum. trinit. licet dicat negari non posse quin initium habuerit a uiolẽtia, ut supra per nos tactum fuit. Vnde melius hæc.q. declaranda uidetur, ut supra.s. ꝙ hodie Imperium a Papa sit immediate, uoluntate, tamen Dei, ut ex supradictis late, et clare constat, et clarissime ex communi op. quæ est Imperium subesse ecclesiæ de qua infra uidebimus suo loco.q.l. ubi uideñ. omnino. Et ille Episcopus Gurgens. in libello suo de coronatione char.vi.ii. col. et seq. late disputat, licet sicce præcipue in allegatiõibus, & ponit, an Imperiũ sit immediate a Deo an uero a Pontifice &c. et post aliqua argumenta ad partes, concludit, quemadmodum omnis Imperii potestas a Deo peruenit, tanq̃ a primo auctore. Ita usum, et exercitationem Imperatoriæ iurisdictionis a Papa, ut Vicario Christi, et in quem omnis monarchia est transfusa deriuari, sicut peculium serui non est solũ a Domino principali, sed etiam a Vicario.l.diffinitio peculii.ff. de pecul. et post glo. in.c.synodo .lxiii.dist. licet olim primo per uiolentiam Rom. Imperium cœperit, consilio tamen, ac nutu diuino, subsequuto consensu eorum, Qui per tot annos sub Imperio fuerunt, et idem Episcopus scribit in eo. libello char.xvi.

in.§.cæterū, et infra dixi.q.lxix. nu.10. et idem Episcopus char. xxvi.i. col.sub.§.iam fide concludit Imperatoriam potestatem a Deo emanare, sed nihilominus etiam a Pōtifice deriuari, non ut est homo, sed ut Vicarius Christi. ¶ Prædictis ultimo addo, q̄ Petr. Beltrandus in tract. de origine iurisdictionum.i.q.ix.uol. tract. ponit etiam hanc .q. arguendo not. et late, pro et contra an.s. a Deo prouenerit, tandem resoluit quatuor supradicta Imperia sibiinuicem succedentia, non fuisse a principio legitime introducta, sed per uiolentiam usurpata. Et ideo Danieli ostensa in figura Bestiarum non hominū, quia non surrexerūt per uiam rationis, sed impetu sensualitatis, quo ad sui primam originem, Si autem processu temporis hęc regna redacta sunt ad statum legitimum, oportet, q̄ fuerit accidene consensu Populi expresso, uel interpretatiuo, Nisi in Regno Israel, q̄ fuit a Deo ut primo Reg.xvi. Et ad illud nō est potestas, nisi a Deo dicit intelligi mediate, ut ibi per eum post Canonist. Et Anton.de rosel. in tract. de Conciliis.iiii. uolum. tract. char.cxviii.§.i. et seq. late ponit etiam, quis, ex Imperiis Orbis quatuor, prius fuerit palmā solii iuste adeptus, et per.xvi.§§. arguit Romanum Imperium præcipue secundum multos, iniustum fuisse, et indebitum rapina, et ui, uariis rationibus, & auctoritatibus, ac iuribus utriusq; iuris humani, & diuini, demum cōcludit Dei iudicio, ac diuina uoluntate fuisse, deducendo eleganter per uarias rationes, & considerationes, ut ibi per eum, usq; ad.§.xxiiii. ubi deinde iterū in seq. §§.idem comprobat, usq; ad fi.char.tractatus prædicti. Quæ hodie tamen declaranda uidentur secūdum ea, quæ supra diximus, & declarauimus, & infra tetigimus, etiam idem.q.lxix. nume.9. Quibus addo etiam dominum Ioannem Lecirier in suo tracta. de primogenitura.lib.ii.q.xii.col.i.& seq.viii.uol.tracta.ubi de origine Imperii late scribens, cōcludit, ab initio omnia Imperia per uim usurpata ante aduentum Christi, nisi in regno Israelitico, Demum illud, nō est potestas nisi a Deo, uerum quo ad initium, non quantum ad acquisitionē, uel usum interpretatur, & transire uidetur cum Petro Bertrand. ut supra, post autem aduentum Christi secus. Notandum tamen est, q̄ Abb. alias not. dicit in.c. licet ex suscepto.de foro compe. † q̄ Imperator in exercitio istius gladii temporalis non dicitur indistincte habere iurisdictionem a Papa, neq; in hoc est eius Vicarius, cum non possit Papa eum reuocare ad libitum, ut.d.c.licet. q̄ posset si esset.l.iudiciū soluitur.ff.de iudi.c.super.q.de offi.deleg.glo.in cle.etsi. de rescrip.

ſcrip.Innocen.in.c.romana.de appellatio.in.vi. ut infra dixi.q. xxxvi. in fine.

QVINTA QVAESTIO.

1 *Quare Imperator ordinatus ſit.*
2 *Papa caput Eccleſiæ eſt, habens utrunque gladium.*
3 *Regi per unum tantum, melius, & commodius eſt.*
4 *Imperatori Eccleſia in temporalibus exercitium commiſit.*
5 *Caſus in quibus iudex eccleſiaſticus cum laicis, & rebus eorum cognoſcit.*
6 *Papa, Epiſcopus, Curatus, Imperator qui, & cur. in fine. q.*

1 QVINTO Quæro † quare Imperator ordinatus ſit: nã cum unum tantum caput debeat eſſe eccleſię non duo, alſ monſtrum eſſet, ut dicit tex. in. d. extrauag. Bonif. viii. unam ſanctam. in tit. de maio. & obe. c. quoniam. de offi. ordi. Rota in deciſ. cccclii. ex hoc. in fi. in nouis. Bar. not. in trac. de regimi. ciuit. i. q. in fi. & glo. in. c. ad apoſtolicæ. de re iudic. in. vi. in uerbo pri
2 uamus. in fi. per. c. in apibus. vii. q. i. cum ſimi. † Et Papa ſummus pontifex caput ſit eccleſię, & gladium etiam temporalem habeat, ut clariſſime, & ꝙ omnes ei ſubſint, declaratur in. d. extrauagan. unam ſanctam. Bonif. viii. & Alex. in. d. conſi. xxiiii. ad fi. v. lib. & latiſſime poſt glo. probat Abb. & alii in. c. nouit. de iudi. iiii. col. per. iii. col. ſeq. ubi Moder. v. col. dicunt, communem opi. eſſe Papam in temporalibus etiam iuriſdictionem habere, iure etiam diuino, & ore Chriſti, præcipue per illud, ecce duo gladii ſunt hic. ut Lu. xxii. ca. ut probatur etiam in. d. conſt. Boni. viii. unam ſanctam. Imo ibi ad fi. dicitur eſſe de neceſſitate ſalutis omni humanæ creaturæ ſubeſſe Romano Pontifici, idem Fely. pro communi in. d. c. nouit. ii. col. ad fi. & ſeq. dicens poſt Bal. in proœ. ff. ꝙ licet Legiſtæ teneant pro maxima, ꝙ Imperator non habeat ſuperiorem, Canoniſtæ tamen Papã ſuperiorem ponunt, & ꝙ ibi Andre. ſicul. xxv. col. & ſeq. per multa comprobat, ꝙ Papa Imperatore ſit ſuperior, licet ante ibi arguendo ſecus nixus fuerit demonſtrare in temporalibus, & pro communi opi. eſt bon. tex. in proœ. vi. in prin. ibi, totius orbis præcipuum obtinere uoluit magiſtratum, loquens de Pontifice eccleſ. & tex. in. c. i. xxii. diſt. ibi, qui beato Petro æternæ uitæ clauigero, terreni ſimul & cœleſti Imperii iura conceſſit, & ibi glo. notat, & late allegat ad id, Papam ſcilicet, utrunque gladium ſpiritualem, & temporalem habere, &

maiorem esse Imperatore.bo.text.& not.in.c.i.§. unde in ueteri. ad fi.extra de sacra unctio.ibi,Pontificis caput crismatæ consecratur,brachiũ uero principis oleo delinitur, ut ostendat quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis,& Principis potestatem,& infra uidebimus late.q.l.Si ergo caput est omnis,& totius iurisdictionis Papa Christi uicarius, ac Petri successor cur ordinatus Imper.Tex.in.§.i.in auc.de instru. cau.in prin.dicit. Igitur Imperium propterea Deus constituit de cœlo,ut difficilibus imponat,quæ apud eum sunt bona,& leges aptet,secundum naturæ uarietatem,& per eum Specul.in proœ.operis sui.vi.col. in prin.uers.quia Deus Imperium ad hoc.& Aug.in.c.quo iure. viii.dist.dicit,quia ipsa iura humana per Imperatores,& Rectores seculi Deus distribuit humano generi,in.§.fi.in auct. de consulibus.dicitur Imperatori Deus leges subiecit, legem animatã committens hominibus,eo,ꝙ Imperatoris quidem iugis indesinens consulatus, omnibus ciuitatibus, & populis, & gentibus, quia in singulis,quæ placent distribuẽti aduenit,& per.d.§.quia igitur notant Hispani instit. de actio.§.rursus.xvi.col.in princ. uersi.nam Ideo Deus constituit.Bal.in.l.i. in fi.i.col.C. de sum.
3 trinit.dicit, † Imperium a Deo propter bonum uniuersale, quia entia nolunt male disponi,nec bonum pluralitas principatuum, unus ergo princeps,ut ait Aristo.eo referente.xii.Metaph. ad fi. & Aug.de Anco.in trac.de pote.papæ.q.lxxi.arti.iiii.uersicu. respondeo.& not.Bal.in.c.i.§.præterea ducatus.in.i.not.de prohi. feud.alie.per Fede.in usib.feud.& sic sit permissum a Deo sub ratione finis,ut mundus optimis legibus regatur: Quia secundũ Phisicam regulam, cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonũ est, omnia enim rectificat finis &c. Et hanc rationem, quia commodius est regi per unum simpliciter per auctoritatem Aristo.d. loco.tenet Pet.de monte in trac.supra allegato.d.i.q.v.col.uersicu. permisit autẽ hoc.& late in Papa Io.Poggius in suo trac. de pote.Papæ, & Concilii.in .i.arg.pro potestatæ Papæ,& Mart.lau. in trac.de prin.in not.xcix.incip.princeps.dicit,principes a Deo optimo missos in terram,ut bonos præmient, & malos puniant. Addo ꝙ Bar.not.in trac.suo de regim. princip.ii.q. post Egidi. Rom.ordinis eremit.s.August.in lib.quem fecit de regim.principi.quem ait fuisse magnum Philosophum, & Theologiæ magistrum,refert tres modos regendi per Populum,secundo per paucos,puta Senatores,& Consules,tertio per unum,quod secundũ, Aristo.appellatur Regnum,secundum nos autem si est dominus

uniuersalis

uniuersalis appellatur Imperium, ut constat fecisse Romanos, in l.ii.ff.de origi.iur.§.ex actis.cum seq.multis.& per Bar.in.d.tra cta.i.q.& ꝙ de istis tribus modis regendi, optimus, & melior est aliis monarchia, seu regimen unius, probañ.secundum Egi.quatuor rationibus principaliter, de quibus ibi, pręcipue, quia ibi, & in eo reperit perfectissima unitas, & uirtus unita fortior est &c. Et licet idem Egi.contra, quędam adduxerit, ut per Bart.late in d.trac.ii.q.ii.col.& seq.tamen eis respondet, &.iii.col.d.ii.q.con cludit, expedire populo regi per Regem, cum bonus est, habens conditiones de quibus ibi, & infra dicemus etiam in sequẽ.q.vi. Et tunc optimum regnũ est regnum Regis, per rationes de quibus ibi, & licet in distinctione, quam postea ibi Bart. in triplici diuisione populorum.iii.col.& seq.facit, in.i.&.ii.gradu, contra Imperatorem concludere uideatur: quia uult, ꝙ si est populus in primo, uel in secundo gradu magnitudinis, ꝙ non expediat regi per Regem. Probans exemplo ciuitatis Rom. quae cum esset in primo gradu magnitudinis expulit Reges, ut in.l.ii.§.exactis. ff.de orig.iur.& per rationes de quibus ibi, in.i.&.ii.suo gradu, & ꝙ haec fuit ratio, quare Deo displicuit.i.Reg.viii.cap.ꝙ populus Regem petiit, tamen ratio Egi.perfectissimam unitatem optimum esse regimen unius Regis, non tollitur satis bene, & in populo maximo.iii.gradus magnitudine, qui aliis ciuitatibus, & prouinciis dominaretur, ipse Bart.met.d.ii.q.pen.col.tenuit, bonum esse regi per unum, in uersi.tertio uidendum est, & probatur per tex.in.d.l.ii.§.nouissime.ubi, rebus sic dictantibus, primo de Populo ad Senatum, demum, quia Senatus non poterat omnes Prouincias regere, proinde necesse fuit Reipublicae per unũ con suli: igitur constituto principe datum est ei ius, ut quod constituisset ratum esset. Et quãuis etiam quidam Episcopus Zamorẽ.in libello de origine princip.i.parte.char.xliii.& seq.conet tenere, & probare late, potius expedire quamlibet prouinciã suum habere Regem, nõ unum esse Monarcham, per naturalia exempla, per sacras literas, per politica documenta, imo, ꝙ pene sit impossibile unum tantum esse Monarcham, ob tot Orbis regiones. Praesertim diuersas, & contrarias sectas, ac credendi opiniones obtinentes, & defendentes, ut ibi late per eum. Tamen melius esse regi uno Principe, ꝙ̃ pluribus, defendit als & Aug.de An co.in lib.de pote.Papae.q.xxxv.articu.viii.praecipue per dictam rationem, ꝙ uirtus unita potentior, & fortior est, se ipsa dispersa, & idem tenet Mart.laud.in.d.trac.de princip.no.cxxxi. melius

est, & Moder. in trac. de beneficio. v. q. iiii. col. & seq. & idem latissime etiam post Philosophos late scribit, & tenet Ant. sicul. in trac. de potes. regia. q. lxxiiii. Et (pace Bar.) in. i. Regum. viii. ca. non displicuit Deo, q; populus Regem peteret, ea ratione, quia nollet eum habere Regem, & iudicem pro regimine ordinis, patet, quia & ante, & post Duces, semper Iudices, & Reges ei dedit Dominus, ut supra diximus, & infra dicemus. q. xx. Sed quia in d. cap. viii. populus iam senescente Samuele, abiiciebant Deum, ne regnaret super eos, ut in. d. c. viii. patet. B. ibi, non enim te abiecerunt. Sed me ne regnem super illos &c. & seruierunt Diis alienis &c. Nam nō ne ibi Deus dedit in ducem post Samuelem Saul? Quem in ducem, & principem super populum Israel unxit Samuel mandato domini. ut in. d. i. lib. Regum ca. ix. &. c. x. in princ. ubi Samuel ad Saul, Ecce inunxit te dominus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum &c. & hoc tibi signum, quia unxit te Dominus in principem &c. &. c. i. §. unde in ueteri. extra de sacra unctio. & ideo tradita per Bar. in. d. trac. de regimine princ. d. ii. q. i. col. & seq. post Egi. Ro. & Aristo. uidetur ad hanc nostram. q. dare rationem, cur, scilicet, Imperator ordinatus fuerit, per quatuor rationes, de quibus ibi, Concludens, scilicet, monarchiam, & regnum unius Regis optimum esse regendi modum, præcipue quia habet unitatem in se perfectissimā, quæ magis operatur, & potentior est, & quia ita docet experientia, item quia magis res ita imitatur naturam, Nam uidemus in homine unum caput solum, non plura, & ita determinari hæc ratio uidetur in. c. in apibus. vii. q. i. ubi apes, grues, & quæ ratione uera carent, unum sibi Regem constituūt, & hac ratione ibi tex. dicit, Imperator unus. facit. c. quoniam. de offi. ordi. cum simi. supra alleg. & facit, quod supra retulimus. iii. q. post Aristo. x. Metaph. vii. tex. supra, & infra, ubi de prædicamentis loquitur, scilicet, q; in quolibet genere datur unum primum, Sic non mirum si rationabile fuit in regēdo etiā, & in potestatibus temporalibus, & laicorum, effectu saltem, & exercitio, dari unum primum, quē Imperatorem dicimus nos, & Imperium, Aristot. uero Regnum, secundum Bar. in. d. trac. i. q. uersi. tertius regēdi modus. & olim etiam ipsis rebus sic dictantibus, propter difficultatem administrandi Rēpublicam uentum est a Populo ad Senatum, postea a Senatu ad Principem, qui unus Reipublicę consuleret: nimia ergo multitudo confusionem generans, causa fuit creandi Imperatorem. Senatoribus enim sæpe (ut naturaliter euenit) dissentientibus,

tibus, utilitas publica impediebatur, & non ita accurate prouinʼcias omnes, regere poterant. Ideo per unum Reipub. consuli neʼcesse fuit, cum melius uideatur regi per unum, & expeditius, ut est tex. in. d. l. ii. §. nouissime. ff. de orig. iur. & ibi glo. not. & Moʼder. vii. not. post Philos. iii. Politi. & xii. Metaph. supra citatum, & quæ Fely. late in. c. quæ in ecclesiarum. pen. col. de consti. uers. & ratio. c. esto. xcv. dist. ibi, unus dominus, unũ baptisma. & Apostolus ad Ephes. iiii. cap. in prin. unũ Caput, unus Spiritus, unus Dominus. cum simi. & alĩs unicam potestatem esse ad bene uiuendum necessariam, a qua omnes aliæ deriuentur, & per unum regi disputat, & rationibus defendit Ant. rosel. in trac. de pote. papæ. xviii. char. iiii. col. & seq. sub. §. perquiramus nunc. &. §. hanc sententiam. Idem (licet prædicta non alleget) ille Gurgen. Episcopus in libello de coronatione. char. xv. i. colũ. ad fi. & seq. sub. §. huic. ubi refert Arist. in ulti. transmu. Philoso. lib. dicere, secunʼdum naturam esse uniuersum Orbem ab uno teneri, magis, q̃ a pluribus, citareq; hos Homeri uersus. Res mala multiplici mundum ditione teneri. Esto unus princeps populus, cui pace regendos, Iustitiæq; dedit, magni regnator Olympi. Et hac ratione concludit, Dei prouidentia, Imperium inductum, licet a uiolenʼtia cęperit. Nec obstat, quod supra diximus, Papam supremum esse, & maiorem omnibus, iuribus supra alleg. late, quia pro resolutione considerandum est, ꝙ licet secundum communem sententiam, † Pontifex utrunq; gladium habet, spiritualem, & temporalem, secundum supra adducta abunde. Declaratur tamen id uerũ etiam in temporalibus, quantum ad iurisdictionem, habitum, & potentiam, Sed exercitium in temporalibus Ecclesia cõmisit Imperatori, ac exercitium gladii temporalis, ut concludit Abb. not. in. d. c. nouit. vi. colũ. post prin. uersi. ex quibus omnibus. ubi per multa ibi ante deducta, & allegata resoluit, Papam maiorem esʼse Imperatore, & ꝙ penes ipsum Papam sit suprema potestas, liʼcet non exerceat gladium temporalem, & est tex. no. in. c. cum ad uerum. xcvi. distin. ibi, ut christiani Imperatores pro æterna uita pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporaliũ tanʼtummodo rerum Imperialibus legibus uterentur: & Deo miliʼtans, minime se negotiis militaribus implicaret. Et ita etiam per illum tex. & c. quoniam. x. dist. tradit, & tenet dictus Ioã. Vgon. in. d. lib. Quadruuii. char. ix. i. col. & ꝙ hac ratione Christus diʼstinctas esse uoluit potestates. Hodie autem est confusio, quia laici uolunt disponere de spiritualibus, clerici de temporalibus,

4

exponendo se armis, & secularibus negotiis. Ideo Mundus est in malo statu, ut no. Domi. in. c. quoniam. x. dist. & Abb. in. l. bene a zenone. C. de quadr. præscrip. dicit, nouit ille, qui nihil ignorat, ꝙ Præsidentes Rom. Ecclesiæ sua astuta, & sagaci prudentia, secundum temporum uarietatem, sua uariarũt statuta, modo Imp. sublimando, modo deprimendo paulatim, sed ꝙ si quilibet esset contentus suis limitibus, & unus alium coadiuuaret. c. diiectus. de senten. excom. in. vi. sicut facere tenentur, putat, ꝙ pax esset in uniuerso orbe, o aurea uerba, & uera, ut ea refert etiam Card. Iacob. in trac. de Cõci. nuper impresso, lib. ult. ad fin. fac. dcclxxix. col. ii. artic. viii. licet & ibi ipse inuehat etiam hodie contra modicam reuerentiam laicorum in clericos, ut ibi, & dixi infra. q. c. ad fi. Sic in. c. sed nec. extra ne cle. uel mo. & Apost. ii. ad Thimo. ii. c. a. ac uicissim non ille rebus diuinis prouidere uideretur, qui esset secularibus negotiis implicatus. Idem ibi Fely. sentit colũ. iii. uersi. ꝙ laicus conuentus. & uersic. & nota, ꝙ licet Imperator habeat solum exercitium. idemq; ibi Moder. v. col. pro communi testantur, cum Abb. Et respondent not. ad id quod Fely. ibi. d. loco inferebat, ꝙ, scilicet, cum Imperator solo exercitio gladii temporalis maior uideatur Papa ipso, quo ad temporalia, qui habitum eius habet. per text. in. c. pastoralis. §. fi. de rescrip. ubi est, ꝙ potestas habitu, minor est exercitio, Quia, scilicet, illud uerum quando ille, qui habet exercitium, non recognosceret illum, qui habet illum habitũ. prout loquitur. d. §. fin. Secus in casu nostro in quo Imperator exercitium habuit ab ecclesia, & illã recognoscit, ut iuribus supra allega. in princi. huius. q. & tex. clarus in. c. Constantinus. ibi, Imperio Romanæ Ecclesiæ subiacent. & quæ infra dicemus latissime. l. q. Et ad supradicta facit. c. duo. xcvi. dist. in prin. ibi, duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus mũdus regitur, principaliter auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. &. c. solitę. de maio. & obediẽ. cum simi. Et pro dicta responsione Moder. ad dictam illationem Fely. adduco bo. text. in. c. solite. de maio. & obed. ibi, non negamus quin excellat Imperator illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia, a contrario sensu, & idem, ut supra, scilicet, exercitium gladii temporalis esse penes Imperatorem, licet habitu etiam penes Ecclesiam, & Ro. Pontificem, per illa uerba Lucæ. xxii. cap. ecce duo gladii. & expresse hodie in supra sæpe allegata extrauag. Bonif. viii. unã sanctam. tradit Alex. consi. xxiiii. ponderatis his. ad fi. v. lib. in no. q. Idem ꝙ Papa saltem habitu habet iurisdictionem in temporalibus,

bus, Imperator exercitium, & Dominium actu, Alex. sentit cons' iii. i. arg. lib. v. Fely. in. c. quæ in ecclesiarum. col. xii. de constitu. extra in prin. ubi post glo. ii. & doc. in. d. c. nouit. dicit, potestatē gladii temporalis originaliter fuisse apud Papam, & ꝙ ideo Iac. bu. dicebat in proœ. C. de donatione Constantini, ꝙ fuit quædā resignatio potius, q̄ donatio, Moder. Taurin. in. l. more. ii. col. in prin. de iurisd. om. iudi. & facit. c. per uenerabilem. extra qui filii
5 sint legi. &. d. c. nouit. de iudi. Idem Faber † Papam in temporali bus gladium habere (licet nō exerceat) tenet, & probat in. §. sed & quod principi. insti. de iure natu. in uerbo populus. ante medi um. Casus autem aĩs in quibus Ecclesia super laicos, & rebus eo rum cognoscit, late ponit do. Stepha. in trac. suo de pote. ecclesiæ super laicis. ix. uolu. tractatuum, ibi uidendum est. ¶ Ex quibus omnibus satis habes declaratam hanc. v. q. cur, scilicet, Imperator fuerit ordinatus, & rationes ad quod, scilicet, de ratione est tex. expressus not. cur, scilicet, unus suppremus superior sit necessari- us in proœ. clemen. §. i. ibi, quia ab adolescentia uiri procliui ad malum sensualitas hominem declinat, per quod morum subuer- sio in populo frequenter obrepit, necessaria est superioris aucto- ritas, ut tam per determinationis oppositione suffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obscura succi- dat, q̄ per cultoris prouidi sarculū extirpet uitia, & uirtutes inse rat, corrigat excessus, moresq; reformet. & ibi glo. i. ad medium not. ꝙ principis auctoritas necessaria est, propter illa duo princi pia, de quibus ibi, & tex. in. l. ii. §. siquid igitur. C. de uet. iure enu cle. ibi, quia ideo imperialem fortunā rebus humanis Deus præ- posuit, ut possit omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis, & regulis competentibus tradere, & etiam bona ratio sumit ex no. tex. in. c. princeps. xxiii. q. v. ibi, cæterum intra Ecclesiā potestates seculares necessariç nō essent, nec Prin cipes seculi, ut quod non præualent Sacerdotes efficere per do- ctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ tenorem, sæpe per regnum terrenum, Cœleste regnū proficit; ut qui intra Ecclesiam positi, contra fidem, & disciplinam agunt, rigore Prin cipum conterantur. Ipsamq; disciplinam, quam utilitas Ecclesiæ exercere non præualet, ceruicibus superborum, & potestas prin- cipalis imponat, cognoscant Principes seculi Deo se debere, esse reddituros rationem propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt &c. Et per illum tex. no. Abb. in. q. sua. i. incip. episco- pus. col. xvi. iii. dubio. post mediū. uersi. & bene facit. c. princeps.

Et Bal.ars in auc.habita.C.ne fil.pro patre.ix.col.ii.q. in not.q. dicit, uniuersitatem non debere esse sine capite, alioquin nõ esset formosa, sed monstruosa, & ut sit ordo, quia apes, & grues habẽt Regem, ut supra dixi, unde tenet uniuersitatẽ sine capite esse nõ posse actu, uel potẽtia saltem. Item Imperator post Papam repre sentat populum Christianum, ut dixi infra.q.l. in fi. Alias Ioan. Vgon.in.d.lib.qui Quadruuium inscribitur, in prolo. col.fi.ad
6 Maximil.Regẽ ait, † Papæ, Episcopo, Curato, idest, proprio Sa cerdoti, & Imperatori, Ecclesiam sponsam suam regendam Chri stum commisisse, tribus primis animas principaliter in spirituali bus, ultimo in temporalibus, & hos esse quatuor flumina de Pa radiso egredientia, & totam terram irrigantia, Gene.ii. quatuor animalia. Ezech.i. Apo.iiii.quatuor annulos. Exod.xxv.& xxx vi.dist.c.qui.§.ecce.& idem doctor char.x.d.lib.not. ait Papam loco Christi.c.ut nostrum.ut ecele.benefi. Episcopum loco.xii. Apo.xciii.dist.c.legimus.§.cæterum.Curatum, seu proprium Sa cerdotem, loco.lxxii.Discipulorum.xxi.dist.c.in nouo. Impera torem a Iaphet filio Noe.Gẽn.ix.& supra diximus.iiii.q.Homi nem uero seruum descendisse a Cham filio Noe.d.c.ix. &.xxxv. dist.c.sexto die.& per Pet.Beltran.in trac. de ori. & iurisd.ii.q. ix.uol.trac.quærit, an præter potestatem laicam, uel secularẽ sit, uel esse debet alia potestas iurisdictionis necessaria, uel expedi ens ad bonum regimen populi, tandem concludit, ꝙ sic, ex ordi natione Christi, & ad illud, ꝙ pluralitas principatuum nõ est bo na.xii.Metaph.in fi.respondet, id uerum cum unus non subest al teri. Sed Imperator subest Papę, ergo, & ad alia, ut ibidem not.

SEXTA QVEASTIO.

Qualis debeat esse Imperator, & latissime omnes eius partes, & qualitates, & quæ facere debet, & obseruare, ex toto corpore iuris.

SEXTO Quęro qualis debeat esse Imperator, & quales de beant esse eius partes, & qualitates. Bar.in.d.trac.de regimi. ciuit.d.ii.q.ii.col.post Egi.Rom.not.dicit, ꝙ in quolibet regen te tria requiruntur. Primo perfecta ratio. Secundo recta inten tio. Tertio perfecta stabilitas, proban. ex diffinitione iustitiæ.l. iustitia.ff.de iusti.& iur.& insti.eo.in prin. Item ꝙ secum debet habere multos consiliarios, & ualentes uiros.facit.l.quisquis. in prin.C.ad leg.iul.maiest.ibi, uirorum illustrium, qui consiliis, & consistorio nostro intersunt.l.iurisperitos.in prin.ff.de excu.tu.

l.ucrum.

l.uerum.§.ex facto.ff.de min.Io.Vgo.in.d.lib.Quadruuii.char.
vi.de quibus dixi infra.q.cvii.per totam.& in fi.& quales debe-
ant esse Iudices,quos Imperator constituat,late idem Ioã.d.lib.
char.xxxiiii.col.ii.§.debet.& char.pen.quales debent esse consi-
liarii,senes,scilicet,& maturi,ac uitæ immaculatæ, ponitq; Re-
ges ueteris Testamenti,ac alios,qui bonis Cõsiliariis creuerũt,
& amplificati sunt,& econtra,qui malis male finiere. Vnde legi-
tur Hester.i.cap.ꝙ iratus Rex Assuerus,& nimio furore succes-
sus,interrogauit Sapiẽtes,qui ex more regio semper ei aderant,
& illorum faciebat cuncta consilio,scientium leges,ac iura maio
rum,& quæ no.Marti.laud.in trac.de princi.not.cliiii.princeps.
&.l.humanum.C.de legi.Bal.in proœ.ff.ii.col. &.i.Deuteron.b.
ibi,non ualeo solus.&c. Quæ enim recte consilio geruntur,firmi
tate nituntur.l.dubium.C.de rep.Bal. in auc.habita.C. ne filius
pro patre.iii.col.iiii.not.Vnde in Eccles. legitur.c.xxxii.D.fili
sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. & Pro-
uerb.xv.ca.dissipantur cogitationes,ubi non est consilium,præ-
cipuum officium debet esse Charitas,ut dicat cum Petro animã
meam pono pro te domine, de qua late scribit.d. Io.Vgo. in.d.
lib.in prologo in proposito.Item debet esse Humanus.l.humani
tatis.C.de impub.in prin.& in auc.de restitu.fide.in princ. nihil
tam peculiare Imperialis maiestatis,q̃ humanitas.l.fi. in fi.C.de
don.inter uir.& uxo.l.fi.C.de testa.Bal.in tit.de pace constan.in
prin.ꝙ debet esse Clemens,& Mãsuetus,post text.ibi, & ꝙ Man
suetudo ex humanitate descendit.Itẽ legibus uiuere debet,quia
nihil tam proprium est Imperio.l.ex imperfecto.C.de testa.cum
simi.Item debet operam dare, ut pauperibus alimenta non desi-
nant,egenis prospicere,& ꝙ consuetæ elemosinæ,& salaria solita
Ecclesiis dari,perpetuo dentur,incõcusse,& indiminute.not.tex.
in.l.priuilegia.C.de sac.sanc.eccle.& Psal.lxxxi. Deus stetit. &
c.i.lxxxvii. dist.l.i.C.quomo.Imp.Marti.laud.in trac. de princ.
no.cxvi.princeps.Item debet amplecti simplicitatem legum ami
cam.§.cæterum.uersi.& hoc quidem.insti.de legiti.agna. succes.
Item hãc debet semper intentionem proponere,ut omne imperfe
ctum,aut confusum expurgetur,& perfectum ex imperfecto de-
clarare,ut in auc.de non alienã.in prin.Item semper omni studio
diei,noctuq; utile aliquid,& placens præbere,& non in uano ui-
gilias ducere.Solicitus,ut subiecti in omni quiete consistant.in
auc.ut iud.sine quoquo suffra.in prin.glo.in proœ.Decre.in uer
bo seruus. pro quo Miche.cap.ii.in lib. uitæ. ueh qui cogitatis

inutile, & operaturi malum in cubilibus uestris. Item debet esse Pius, & non Auarus, & Cōmunis omnibus, in auc. nullum credē tem agri. in pri. Vtilis subiectis, & pro eorum utilitate Laborās Remouere effusa, & immensa. in auc. de eccle. rerum alie. in prin. Fauere morientium dispositionibus, Reiiciendo nimiam subtili tatem. l. si quis. in fi. C. de insti. & in auc. de iure iur. in prin. Item ut subiecti bene uiuant. in auc. ut non lux. contra natu. in prin. fa cit. l. congruit. in prin. ff. de offi. præsi. Et ut subiecti illesi seruen tur, ei Curare iustitiam, & quod paulatim labitur Reparare. Inhi bere bella, & a calūnia subditos Custodire, in auc. ut nul. iud. in prin. & in auc. de quæsto. in prin. & de armis. in prin. & c. regum. xxiii. q. v. Cogitare semper ad ornatum Reipublicæ, & ad effe ctum deducere. in auc. constit. quæ de digni. in prin. uoluntarios labores Appetere, ut quietem aliis præbeat, in auc. ut diuinæ ius siones. in prin. glo. per illum tex. in procœ. decre. in uerbo seruus. in fi. Quod communiter omnibus prodest priuatæ suæ utilitati Præferre. Suum esse proprium, subiectorum commodum, Impe rialiter existimando. l. unica. §. penul. C. de cadu. tollen. Imperia lis beniuolentiæ proprium est commoda subiectorum inuestiga re, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi. Similiter Rei publicę bonum statum, ac dignitatem Imperii omnibus priuatis commodis Præponere. c. i. in prin. de prohi. feu. alien. per Loth. Corrigere, & Emēdare leges proprias, & se ipsum pro utilitate subiectorum. in auc. ut frat. filii. in prin. Facere debet pro utilita te subiectorum, quæ priuet omni difficultate, læsione, & contri tione. Item debet rebus communibus curam auidissime impende re, ut nihil a se inceptum imperfectum relinquatur. C. de emend. cod. in prin. Item debet esse decoratus legibus, & armis. insti. in procœ. in prin. Debet esse sapiens, prout Salomon Rex, & Iudex a Deo constitutus super populo suo petiit, & ex totis pręcordiis suis dominum deprecatus est, ut legitur Sapien. xviii. cap. in fi. & seq. & vi. B. ibi, ad uos ergo Reges sunt sermones mei, ut discatis sapientiam, & ne excedatis, & in Ecclesiasti. x. cap. A. Rex insipi ens perdet populum suum, Facere misericordiam, & iudiciū. Pro uerb. xxi. cap. in prin. Debet esse Nobilis, quia beata terra cuius Rex nobilis est, & Vesci tempore suo ad reficien. nō ad luxuriā, ut Ecclesiastes. x. cap. D. Als. v. signa notañ. nobilitatis ponunt Moder. in tra. de benef. iii. parte. q. vii. Non debet esse Tyrānus, non Grauator subditorū, sed Bonus, & Fidelis Christianus, Iu stus, non Pōposus, non Luxuriosus, non Auatus, nō Superbus.

Auaro

Auaro nihil scelestius, quid Superbis terra, & cinis, nihil iniqui us, q̃ amare pecuniam. Ecclesiasti.x.cap.B.& auaritia mater omnium malorum.c.his.xxiii.dist. Item Liberalis, & Generosus. Bal.in.l.etiam in legatis.in fi.C.ad leg.falci.&.l.i.§.fi.C. de cadu.tollen.& Magnanimus, Benignus.l.i.C.de thesau.lib.x.Radix omnium malorum, est cupiditas, ad Thimo.vi.& Ecclesia.x. a.in fi.ibi, auaro nihil scelestius.& Bal.dicit in.d.§.fi. q; Imperator debet Imperialiter, Magnifice, & Gloriose se habere, & omnem auaritiam excludere, & ibi do.Matth.de Vbal.not.ad infelicitatem sui temporis, in quo etiam beneficia ecclesiastica, absq; aliquo rubore publice, & quasi per subastationem erant facta uenalia, & alia debet seruare, & facere Imperator, de quibus per Bar.in.d.trac.de regimi.ciui.iii.col. Item debet facere Iudicium, & Iustitiam, liberare de manu calumniatium ui oppressos, Peregrinis, Pupillis, & Viduis præbere auxilium, Furta cohibere, Adulteria punire, Impios de terra perdere, Parricidas, & Periuros nõ sinere uiuere.&c.ut magistraliter, & ordinatim, hęc ultima ponit tex.in.c.regum.&.c.rex.xxiii.q.v. Et multa a quibus debet se abstinere, qui regit, colliguntur notanter.i.Reg.ca.viii. ibi, filios uestros tollet.&c. Omnia tendentia ad id, ut quicq̃ in præiudicium subditorum, uel bonorum eorum facere non debeant. Vnde als legitur.x.Deuter.ante fi.ibi, Dominus Deus, &c. Dominus dominantiũ, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera, facit iudicium pupillo, & uiduæ, amat peregrinum, & dat ei uictum, & uestitum, & uos ergo amate peregrinos.&c. Als latissime scribens ad Alexandrum tradit Aristo.in lib.illo aureo, quem secretum secretorum, seu de regimine Principum inscribunt, quæ Principem pro regimine, in cunctis suis operibus decet obseruare, & inquirere. in princ. ubi pręcipue de Regibus & modis eorũ, circa Largitatem, & Auaritiã, de intentione finali Regis, de Castitate, de Sapientia, de religione Regis, de Prudentia, de Ornamẽto, & de honorificis indumẽtis, & pulchro apparatu, ut als excellat i decore, de Facũdia, de Taciturnitate Regis, de Solatio musicali, de nimio Risu uitãdo, pro quo Ecclesiasti.xxi.cap.ante fi.ibi, fatuus in risu exultat uocem suam, uir autem sapiens uix tacite ridebit, & idem.xix.c. in fi. De misericordia Regis, de qua etiam supra diximus, quæ debeat thesaurizare, & prouidere si ueñiret tempus famis, & indigentiæ, ut non effundatur humanus sanguis, pro quo Prouerbi. vi.cap.ibi, sex sunt, quæ odit Dominus &c.ibi, manus effunden-

tes innoxium sanguinem. De fide seruanda, ne ue infringat fœdera confirmata, pro quo. l. conuentionum. in fi. ff. de pac. & ibi do cto. & l. inter claras. post prin. C. de sum. trinit. ibi, nihil est enim quod clarius præfulgeat in Principe, q̃ recta fides. De ordinatione Imperii, & propriæ familiæ, quædam specialia documēta, quo modo Rex debet ordinare studia, de custodia propriæ personæ Regis a mulieribus, ꝙ non cōfidat uni medico, quomodo se debeat regere per astronomiam, & ꝙ si fieri posset, non surgat, non sedeat, non comedat, nō bibat, nec penitus aliquid faciat sine consilio petiti in astrorum arte, licet cōtra Astrologos late inuehat diuinus Io. Picus (quem Fœnicem appellabant) in. xi. libris disputationum aduersus eos, pro quo facit, & ꝙ dicente Domino, ait Hiere. x. cap. iuxta uias gētium nolite discere, & a signis Cœli nolite metuere, quia populorum uanæ uoces sunt, licet Astronomi ad illum tex. respondeant, se defendentes. Demum Aristo. d. loco late, quę pro regimine sanitatis obseruare debeat Rex, ordinate pertractat, ubi uidendum est in præallegato libello Secreti secretorum, quem sub attestatione diuini iudicii, detegit Alexandro pro occulto. Et late alš, quæ qualitates debeant esse in Rege, licet nec supra, nec infra scripta alleget, Ant. sicul. in trac. de potestate, & excellentia regia. q. xx. & q. xxii. Debet insuper Imperator Sacrosanctam Rom. Ecclesiam, cuius caput est Christus Redemptor noster, ac Rom. Pontificem eiusdem Redemptoris Vicarium, feruore fidei, & clare deuotionis promptitudine uenerari, esse protector, procurator, & defensor eius, & S. R. E. in omnibus necessitatibus, & utilitatibus suis custodiendo, conseruando honores, possessiones, & iura eius, quantum diuino suffultus adiutorio potuerit, secundum scire, & posse suum, quia ita iurat, & promittit Pontifici tempore coronationis eius, ut patet in cle. i. in prin. & in uersi. ego enim Romanorum Rex, &c. tibi domino. lxxiii. dist. & continetur etiam in libro rituum Roma. quem librum Cæremoniarum appellant. c. ii. lib. i. sectio. v. ut & de (ante illum) lib. Pontificali, meminit. d. cle. i. ante. d. uers. ego. Et Iustinianus Imperator scribens Io. Papæ in. l. iiii. C. de sum. trini. & fide catho. dicit, Nos reddentes honorem Apostolicæ sedi, & uestræ Sanctitati, quod semper nobis in uoto fuit, & est, ut decet in patrem, honorantes uestram Beatitudinem. & in. d. cle. i. ad fi. dicitur, ꝙ Imperator debet esse aduocatus Ecclesiæ, & ibi Card. not. & quod infra uidebimus in iuramento, quod præstat Papæ, suo loco. q. xxxvi. Idem not. Bal. in. l. fi. C. de quadrien. præ

ſcrip.in.i.lectu.ante fi.poſt Inn.in.c.licet.de foro compe.& tex. in.c.uenerabilem.de elect.ad medium, ibi, Sedes apoſtolica aduocato, & defenſore carebit, & ibi Abb.no.v.col.in prin.no.glo. in.c.Adrianus lxiii.diſt.eſt enim ex donatione Conſtantini factus filius Eccleſiæ, ut infra.q.li.nu.16.c.conuenior.xxiii.q.viii. nihil enim ſibi honorificentius, Io.Vgo.in.d.lib.Quadruuii Eccleſiæ.char.xxxii.§.ex illa. Imperium enim per religionem conſeruatur, ut late ſcribit idem Io.d.lib.char.xlix.§.uiſo. ſecũdum paruam impreſſionem.facit.c.boni.xcvi.diſt.ibi, boni Principis eſt Sacerdotes honorare, ac tueri. Item debet bonus Imperator Eccleſias contritas, atq; cõcuſſas reſtaurare.d.c.boni.xcvi. diſt. facit tex.in auc.de quæſtore.in prin.ibi, & quod paulatim labitur, reparare. Debet etiam facere, ut Eccleſiã Dei plena quiete uigeat, & ſecura gaudeat libertate, & expurgare errores, & iniqua ſtatuta, quæ ipſemet dicit eſſe ad decus, & honorem Imperii, & laudem Ro.Pontificis, in.c.ad decus.de ſtatu.& conſue. in uſib. feud.in fi.tit.i.in prin.Item cordi debet habere honeſtatem Sacerdotum, nihilq; ſic ei debet eſſe ſtudioſum. in aucté.quomodo oporteat.in prin.Item omne, quod uult Eccleſia, quæ nihil præter bonum apetit, debet ſibi eodem cõcurſu, & eadem placere uoluntate, ut not.ſcribitur in.d.c.ad decus.in fi.& bo.tex.in.§.arripiat.in fi.in auc.ut omnes obe.iud.Debet curam habere diligentem per omnia superni numinis religionem tueri.l.i.C. nemi.lice.ſign.ſalu.Debet præſtare fructum ingenitæ beneuolentiæ pro uincialibus.l.milites.in fi.C.de quæſti.Sacratiſſima pietate uti. l.comperit.in princ.C.de præſcrip.xxx.anno. Verbis debet eſſe Manſuetus, & Clemens, ut in tit.de pace conſtan.in princ. & ibi Bal.late not.& ſupra dixi, & tex.in.l.fi.C.de offi.comi.rerum pri ua.Et uiſcera ſibi inatæ pietatis aperire, ut ipſe ait in.d.tit.de pace conſtan.poſt prin.& non debet multiplicare equos, & expenſas ultra q̃ expediat.Non reducere ſubditos in ſeruitutem, non habere plurimas uxores, nec luxurioſus eſſe, nec aliciatur animus eius ad argenti, & auri immenſa pondera, ideſt, non auarus, debet eſſe Fidelis, & Catholicus, & habere ſecum Euãgelia, & libros Domini, & legere illos omnibus diebus uitæ ſuæ, ut diſcat timere dominum Deum ſuum, & cuſtodire uerba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt, nec eleuare cor eius in ſuperbiã, ſuper fratres ſuos, neq; declinare in partem dextram, neque ſiniſtram, ut longo tempore regnet. Præcepit hæc omnia altiſſimus ore proprio Regi.Deutero.xvii.ante fi.Debet eſſe Fidelis, Pro

bus,& hæc,& similia sunt requirenda in Imperatore.c.i. de iure iur.in cle.§.nos ibi.de ipsius Fide , Probitate,& aliis,quæ in per sona Imperatoris sunt merito requirẽda, & ibi mores, statum,& conditionem plenius nouerant,& Ecclesiast.xxxii.scribitur,Re ctorem te posuerunt, noli extolli, esto in eis sicut unus ex illis. Debet esse Potens uirtute, dicente Ecclesiast.vii.cap.in prin.no li quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. Debet Protegere infirmitatem hominum, & pœnas mitigare.§. pe.in auc.ut nulli iudi. Debet Regere, non se extollere, sed esse inter rectos,quasi unus ex illis,& curam illorum habere, Eccle siast.ca.xxxii.in prin.Veritatem colere debet.l.unica.C.de dedi ti.lib.tollen.ibi,nos enim qui ueritatem colimus,Maiorum suo rum sequi uestigia.l.maximum uitium.C.de libe.præteri.§.nam hoc.Fautor libertatis.l.fi.C.de commu. seruo manumis.§.penu. Humaniorem sentẽtiam pro durioribus sequi.§.fi. in fi.ead.l.fi. Debet contẽdere,Superare alios Imperatores.§.fi. in prin.insti. de fideicom.hæredi.Attendere nouam humanitatis rationem su peruenientem.§.idemq;.insti.quib.ex cau.manu. non licet. Debet se gerere pro Repub.als esset Tyrãnus si priuatę suæ utilitati ne gotiatur,& prædo esset, ut multi Reges faciunt, ut nota. tradit Bald.in titu.de feu.march.post prin.Debet esse Beneuolus,Cle mens,imitari Deum,ignoscendo peccatis, subleuare imbecillita tem sexus.no.tex.in.l.imperialis.in pri.C.de nup. & insti.quib. alie.licet.in fi.prin.Dispensare fauorem,& gratiam,remittere de scriptam seueritatem,& studere pro propitia trãquillitate,pacis, & piis affectibus misericordiæ.tex.not.in tit.de pace constan.in prin.& ibi Bal.in glo.iii.in prin.notat Imperatorem pacem, cle mentiam,mansuetudinem,dispensationem,fauores,& gratias so lum subditis suis,& deuotis polliceri,non hostibus, neq; barba ris.&c.Nullum enim ex omnibus magis decet Principem,q̃ cle mentia,Seneca in lib.de clementia ad Neronem.Et Reges Isra el clementes sunt.iii.Reg.cap.xx.post medium.Cõseruare debet pacem,quia per eam conseruatur Imperium,ut de se patet, & scri bit idem Io.Vgo.in.d.lib.Quadruuii.char.xlix.& seq.§.non so lum.& late Anto.ficu.in trac.priuileg.pacis.in princi. & q; pax est tranquilla libertas,uel aliter,ut ibi post Archi.xxiii.q.i.noli. & exornat.cxix.priuilegiis pacis, nota dignis. De qualitatibus Regis,& q; debet esse Probus, Circumspectus, Nobilis,Deuo tus,Magnanimus,Fortis,Iustus,Seuerus,Grauis,Largus, Bene ficus,Liberalis,non Auarus.not. Anto.ficu. scribit in tracta.de pote.reg.q.xx.ubi late allegat.

SEPTIMA QVAESTIO.

1 *De qua natione debeat eligi Imperator, & quis sit uerus Imperator, & quomodo, & qualiter, & quo tempore inducta electio.*
2 *Regna, & Imperia olim principaliter quatuor.*
3 *Imperator, an quilibet eligi possit, etiam Seruus. & nu. seq.*
5 *Imperium fuit translatum a Graecis in Germanos, & cur, & in quem, & per quem Papam, & quomodo, & an immediate. & nu. seq. 14. & 20.*
6 *Imperii translatio in Germanos quo tempore fuerit facta. & nu. seq. & 21.*
7 *Carolus Magnus a quo fuit coronatus.*
8 *Rex Franciae potest eligi in Imperatorem.*
Rex Franciae praesens concurrit electioni praesentis Imperatoris, licet non obtinuerit.
9 *Imperator Romanorum cur dicatur, cum in Germania sit.*
Roma. Imperator dicebatur, etiam quòd Romanus non esset.
10 *Imperator de natione qualibet eligi potest, cum idoneus non reperitur in Germania.*
Electores, an unum ex se ipsis possint eligere in Imperatorem.
11 *Imperium quandoque fuit apud Francos. & nu. 16. & seq.*
12 *Carolus Magnus, an Gallus fuerit, an Germanus. & nu. 16. & 18.*
13 *Francia quaedam est in Alemania.*
15 *Otho primus Rex Saxoniae Imperator, & cur, & a quo Papa. & nu. 19.*
22 *Germani, & Theutonici, an idem sint.*
23 *Germani cur dicuntur.*
24 *Alemani, & Germani, an sint idem.*

1 SEPTIMO Quero † quis eligi possit in Imperatorē, quis ue debeat esse, & sit uerus Imperator, & de qua natione, & quomodo, & qualiter, & quo tempore inducta electio Imperii.
2 ¶ †Sciendum est, q̄ olim ante aduentum Christi, quatuor principalia Regna, siue Imperia fuerunt, seu Monarchiae, secundū q̄ doctores nostri dicunt, Orientale, seu Babilonicū, quod fuit sub Rege Nino, Meridionale, seu Macedonicum, quod fuit sub Rege Alexandro, Septentrionale, seu Aphricanum, quod fuit apud Carthaginenses. Item Occidentale, seu Romanum, quod fuit in Caesare, & Augusto, sic tradit Alberi. de rosa. in. l. ex hoc iure. in

prin.ff.de iusti.& iure.& ibi Pau.de ea.in repeti.in.v.col. uersi- cu.capio tertium.& refert,& tenet Anto.sicu.in trac. suo de po- testate,& excellentia regia.i.q.ii.col.in prin.& per Bar.in extra- uag.ad reprimen.in uerbo totius.ad medium.post Danie.cap.ii. & Io.and.in.c.fundamenta.§.ne autem.super uerbo monarchiã. de elec.in.vi.& Oldr.consi.lxix.ii.col.in princi.et cum Bar. pro no.Marti.laud.in.d suo trac.not.ccccxcvi.primo, et Iac. alua.in c.i.quis dicatur Dux.iiii.col.et uersi.quęro quot Imperia.et per Isido.in lib.de Imperii mili.eccle.digni.lib.i.i.q.tit.ii.in prin.et illo tempore credendum est.Primo ꝙ forte irent regna talia per successionem,quia id melius erat,secundum Egid.rom. in.d.suo trac.de regi.Princi.ut refert Bar.in suo de regi.ciuit.ii.q.penul. col.ante fi.uersi.et ideo in his permittitur, ꝙ uadant per succes- sionem,declarans id Bart.ibi,uerum in Regibus particularibus, sed in uniuersali Principe secus,quia melius est, ꝙ per electionẽ, ut ibi per eum,et infra dicemus,et regnum non uniuersale succes- sione deferri.text.ubi Io.an.notat in.c.grandi.de supplen.negli. pręin pri.in uerbo iure regni succederet,et.c.licet.in fi. extra de uoto.¶ Quicquid tamen sit in hoc,redeũdo ad rem nostram,Se cundo pro certo tenendum est, ꝙ non eligerentur dicti Impera- tores,seu Reges alterius nationis,ut colligitur ex præcepto Do mini Deutero.xvii.cap.ibi,Constitues eum Regem,quem domi nus Deus tuus elegerit,de numero fratrum tuorum, nec poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. facit.c.i.de elec.in cle.et.c.Deus qui. de uita,et hone. cleri.et.c. 3 cum singula.§.prohibemus.de præben.in.vi. † Sed tamẽ in Prin cipem,et Imperatorem uidetur, ꝙ quilibet possit eligi in quẽ eli gentes consenserunt,licet dignus Imperio, et de dignioribus sit eligendus,secundum Bal.not.in tit.de pace const. in usibus feu. in.c.priuilegia.ad fi.in glo.in uerbo concessimus. post medium. uersi.posset autem dici.et allegat bo.tex.in.l. bene a zenone.C. de quadri.præscrip.dic tu,in.§. quæ omnia.ibi, siue a nostra cle- mentia,siue ab his,qui postea digni fuerint nomine Imperiali, et facit tex.not.in.c.uenerabilem.ante fi.extra de elec.ibi,et in pre- iudicium Principum redundaret,si non nisi de domo Ducis præ fati uideretur aliquis ad Imperium assumendum,et tex. no.in.c. Moyses.viii.q.i.dicit,Moyses amicus Dei,cui facie ad faciẽ lo- cutus est Deus,posteris suis non reliquit dignitatem, sed extra- neus de alia Tribu eligitur Iosue,ut sciremus principatũ in po- pulo non sanguini deferendum esse, sed uitæ,et Io. Faber subti-

lis doctor

lis doctor ultramontanus, uidetur fuisse huius sententiæ, & sentire non esse uim in electo, sed in eligentibus, in rub. prin. instit. in uerbo Iesu Christi, dum dicit ibi, & ideo electus per Alemanos, uerus est Imperator Romanorum, & sic simpliciter dicit electus, quasi sentiat quicunque sit, & Dominus de uno limo fecit pauperes, & diuites. Gene. ii. cap. c. quo iure. viii. dist. & apud Deum non est acceptio personarum, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Actuum. x. cap. F. & als in c. illud. xl. distin. no. dicitur, non loci, non generis nobilitate, sed uirtute unusquisque gratiam comparat sibi, & probat ibi text. au
4 ctoritate, & exemplo ueteris Testamenti. † Et seruus potest creari Imperator, & quicunque, nihilque ei opponi potest, dummodo sit Catholicus, ut no. Bar. in. l. barbarius. in fi. ff. de offi. præto. Quid
5 dicen. an, scilicet, ex omni natione Imperator possit eligi? ¶ † Et quidem consideran. uidetur, quod cum iura testentur fuisse ex causa per ecclesiam translatum Imperium a Græcis in Germanos in personam Caroli Magni, qui fuit filius Pipini, quia Constantinus, & Leo eius filius Imperatores Constantinopolitani noluerunt patrocinari Ecclesiæ Rom. Cum opprimeretur ab Astulpho Rege Lombardorum per Stephanum, scilicet, Papam. II. natione Romanum. Et idem refert Io. Faber in rub. insti. in uerbo Iesu Christi, & Io. Vgon. in. d. lib. Quadruuii Ecclesiæ. char. xxix. col. ii. §. sed &. ut est tex. & glo. in. c. uenerabilem. de electi. extra post prin. in uers. uerum. in uerbo Germanos. & in uerbo transtulit. & Abb. ibi in prin. præmittit, dicēdo, quod postquam Roma, ubi erat Imperium, fuit tradita Ecclesiæ per Constantinum Imperatorē, Imperator iuit ad habitandum in Græcia, & ampliando, seu ædificando ciuitatem Constātinopolitanam, & quia Imperator, qui tunc ibi regnabat in Græcia, noluit Ecclesiæ præstare auxilium, ut supra, Papa illum priuauit, & transtulit Imperium in Germanos, & in. c. in die. de consec. distin. v. ibi, maxime a tempore quo Theutonicis commissum est regimen nostræ Ecclesiæ, not. idem glo. in. c. ego. in glo. fi. lxiii. distin. & in. c. in apibus. vii. q. i. & gl. in. c. si Imperator. xcvi. dist. in uerbo diuinitus. in fi. & idem per aliqua prædicta, quod a Græcis in Germanos uerum Imperiū transtulit Ecclesia. Alex. in. l. i. in prin. ff. de offi. eius. uers. nec prædictis obstat. c. solitæ. & ibi alii omnes, quorum aliqui moderniores, licet uim faciant, an Constantinus ipse fuerit tempore. d. c. solitę. uerus Imperator, ut ibi, post do. Deci. ii. col. Moder. Tauri. iiii. colū. Tamen omnes conueniunt, per dicta iura, & glo. fuisse

translatum Imperium a Græcis, & Card. in clem. i. de magist. in prin. vi. not. Et Io. Ferald. in trac. de iurib. & priuileg. regni Frã. i. iure. col. ii. v. uolu. trac. dicit, ex historiis elici tres Imperii tran slationes. Primã a Græcis Constantinop. in Germanos, seu Fran cos tempore Leonis Papæ. Secundam a Francis in Italos, & ꝙ primus illorum fuit Berengarius tempore Sergii Papæ, & impe rauerũt annis circiter Quinquagita. Tertiã ab Italicis in Theu tonicos, qui dicũt omnes nationes eis subesse. Hæc ille. Et ideo cum dicta iura dicant simpliciter Imperium in Germanos tran slatum uidetur, ꝙ ex sola natione Germanorum debeat eligi Im perator, prout ponderat Abb. in. d. c. uenerabilem. post alios, de elec. vi. col. post prin. Et licet dicat quosdam dicere noua inuesti gatione nulla iura probare, ꝙ ex sola natione Germanorum, de beat eligi Imperator, Sed bene, ꝙ Imperium in eos fuit transla tum actiue, scilicet, ꝙ fuerit data Principibus Alemaniæ pote stas eligendi Imperatorem, non tamen, ꝙ prohibeantur eligere de alia natione, licet ab olim non fuerit aliquis extra illam natio nem electus. Et ꝙ ita dicta iura supra allegata intelligebãt qui dam, & ꝙ Cardi. ibi sensit hanc opi. quam tamen Abb. ibi repro bat, per illum tex. & similes, dum dicũt, ꝙ Imperium fuit transla tum in Germanos in personam Caroli, & sic passiue Imperator, scilicet, Germanus eligitur, & ita tenet ipse dicens non esse inde cens, ut de certa gente, seu genere personarum debeat eligi Præsi dens. Quia sic als uidemus seruari quandoq; in dignitatibus ec clesiasticis, ut in. c. cum dilectus. de consue. &. c. abbate. de uerb. signifi. & dic tu, facit Deuteron. xvii. cap. ibi, nec poteris alterius gentis hominem Regem facere, licet (Bar. opponen. de illo tex. in d. suo trac. de regimi. ciui. col. fi. in prin. ꝙ contra eum uidetur fa ctum in iuribus supra alleg. in quibus dicitur ab Ecclesia a Græ cis in Germanos, idest, Theutonicos Imperium translatum,) re spondeat, ꝙ omnes Christiani dicuntur fratres nostri, & ita non est uentum contra auctoritatem Dei, unde in Paganum, & Infi delem, uel Saracenum non posset transferri, quia non esset frater noster, uel secundum August. ibi, non poteris, idest, non debebis, quia non ita fideliter alterius gentis Rex, regnũ conseruat, Ideo inferens, ꝙ Imperium Romanum postq̃ ab Italicis fuerit separa tum semper decreuit in oculis nostris, ut supra als tetigimus, & retulimus. Redeundo ad rem ex prædictis uidetur concluden dum, ꝙ ex alia natione, q̃ Germanorum, & Theutonicorum Im perator hodie eligi non possit, per supra allegata iura. & Abb. in

d. vi.

6 d.vi.col. † Et dicta translatio fuit, secundum glo.in.d.c.uenerabilem.in uerbo legitur in Cronicis.in fi. Anno Domini D C C
7 L X X V I. † Et q; dictus Carolus fuit coronatus a Leone Papa I I I. ut & supra tetigi.iiii.q.nu.4. Vel anno Dñi C C C L. secundum Lauden. Vel D C C L I I I. secundum Cardi. in cle. i.de iure iuran.in prin. vi.no.post Spec.histo.ubi ibi. Et gl.ét in d.clemen.i.de iure iuran.in prin.in uerbo transtulit.dicit, q; dicta translatio fuit facta anno Domini C C C L. secũdum Lauden.licet secundum Cardi.ibi, fuerit Anno D C C L I I I. ut in Specu.histo.lib.xxiiii.capi.lvi.notãs ultimo per illum tex.apud Theutonicos esse hodie regnum mũdi, & regnum Ro.Ecclesiæ, & per.d.c.in die.de consecrati.distin.v. Idem Io. Vgo.in.d.lib. Quadruuii.char.xxix.col.ii.§.sed &. Imperium, scilicet, Romanum hodie esse apud Germanos, & Theutonicos, & de dicta trãslatione, causa, & tẽpore, idem Firma.in trac. de gabel.i.par. col. ii.i.uol.tracta. Aluaro.in tit.quis dicatur Dux Comes, uel Marchio in usibus feu.dicit, fuisse Anno D C C L V I. & gl. & Hostien.in.d.c.uenerabilem.in uerbo transtulit.dicit.d.Carolũ coronatum a Leone. I I I. ut supra, elapsis.x.& quinq; annis, sed Ioan and.dicit, factam translationem anno Domini L X X I I I I. Aluaro.autem de translatione, ut supra, De coronatione uero a Leone.I I I I. anno Domini D C C I I. dicens, hanc esse ueritatem, ut patet ex Anna.Ro.Pont.meminit Imo.in.d.c. in.d.gl. licet Aluaro.non citet. Ob hanc uarietatem Platinam uidi, qui eleganter Pontificum facta, & uitas texit, is in uita Leonis.III. dicit, Pontifex Carolo optime de Ecclesia Dei merito aliquam gratiam relaturus, cum uideret Imperatores Constantinopolitanos egre id nomẽ tueri, & ob eam rem Vrbem, & Italiam ipsam, magnas calamitates passam, in Basilica Petri post solennia sacra Populi Ro.scito, ac precibus ipsum Carolum, magna uoce, Imperatorem decernit, ac Diademate donat, ter acclamante Populo Ro. Carolo Augusto a Deo coronato Magno, & Pacifico Imperatori, uita, & uictoria, & paulo post subiũgit, Pontifex item hominem inũxit. Et sic Platina uult translationem fuisse factã sub Leone.I I I. & eodem tempore inunctionem, & consecrationem, cui cõcordat Sabel. Aenead.viii.lib.viii.qui sic inquit, Leo Pontifex inter sacrorum solennia, scito rogatuq; Ro.Popu. qui officii causa circumstabat, in Vaticano templo Barionæ Rom. Imp. consecrauit, & inunxit. Consecratio illa facta est ad altare Basilicæ, ubi loci accepit Carolus Imperii insignia. Mox illis instru-

ctus ad Aram maximam Templi est inunctus, Anno cum Ca-
rol.in Galliis regnare cœperat Tertio & tricesimo, cũ Italia iam
Annos.ccc.&.xxx.sine Imperii nomine fuisset, Mansit mox idem
in cæteris, ut qui Augusti nomen legitime reciperent a Ro.Pon
ti.inungerentur, acclamatum, ut supra, fere per Platinam. Dein-
de subiungit, creditum iam inde Imperii arbitrium Apostolicæ
sedis esse, quoniam antea e Cœlo dari crederetur. Hæc Sabelli.
Sic uidetur translationem duntaxat factam sub Leone.III.quic
quid uelit glo.supra alleg.cum sequen. Nisi pro concordia dica
mus, ꝙ sub Stephano.II.Papa prima causa fuerit trãslationis in
Carolum, negligente Constantino, auxiliari Ecclesiæ ab Astul-
pho Longobardorum Rege uexatæ, Vnde Pipinus Caroli pater
ad patorcinium Ecclesiæ euocatus de Astulpho uictoriosissime
triumphauit, quo defuncto Astulpho, ei successit Desiderius no-
uas in dies Ecclesiæ plagas inferens, quare Adrianus Papa.I.ap
probante Concilio, decreuit, & statuit, ut Rex Pipini filius, opti
me de Ecclesia, & Italia meritus, Patriciatus Romani dignitate
fungeretur, creandiq; Ro.Pont.tunc temporis, ꝙ magnũ fuit,
potestas ei concessa est.de quo est tex.in.c. Adrianus.lxiii.dist.
& per Sabelli.Aenea.viii.lib.viii.x.pagina ad fi. Mortuo Con-
stantino Imperatore, sedente adhuc Adriano, qui quatuor &.xx.
annis, minus duobus mensibus, Pontificatum gesserat: successit
Leo, qui carbunculo periit, relicto Constanti.filio adhuc puero,
cui mater Hyrene Imperium moderata est, donec pubes fuit, eo
impie regente, luminibus priuatus sub matris manu in carcerem
detrusus est, conniuente populo, decedente Adriano, successit
Leo.III.& ubi hæc de Impe.Constantinopo.nunciata essent, ui-
dens se Caroli strenuitate restitutum in sedem Apostolicam Im-
perium quasi imperante destitutum in Carolum, acclamãte po-
pulo, transtulit, ut supra relatum est. Et ita uera, & realis Impe-
rii translatio sub Leone.III.fuit. Et gl.superius alleg.saluari po
test, considerata origine quando cœpit Carolus bene de Eccle-
sia mereri, ut supra diximus, facit tex.in.c.literis.de rescript.ubi
no.Abb.ꝙ actus debet denominari a principio, non a fine, licet
principium non sit necessitatiuum, sed exhortatiuũ solummodo,
& sic non tute uidetur dixisse Aug.de Anco.in trac.de pote.Pa-
pæ.q.xxxvii.artic.iiii.ubi dicebat tempore Adriani translatum
Imperium in Carolum per.d.c. Adrianus. quia aliud est Patricia
tus, de quo ibi, & aliud Imperium, et eo tempore erat adhuc Im-
perium apud Græcos, ut supra deduximus, et scribit etiã de prę-
dictis

dictis.d.Io.lecirier in trac.de primogenitura.xii.q.ii.lib.§.uiso.
¶ Insuper in prædictis,& seq. sciendum est, ꝙ licet simpliciter dicatur a Græcis in Germanos translatum Imperium.d.c.uenerabilem.in uerbo in Germanos.& ibi Bald.ii.col.&.c. in die. de consecra.dist.v. Tamen ꝙ prius a Græcis in Francos facta fuit, demum post in Germanos,contra Bald.in.d.c.uenerabilem.late deducit,texendo historiam,Idem Ioã.d.xii.q.§.super. & seq.§§.
Primo per tex.in.c.ego Lud.lxiii.distin.& ibi glo. &.xxviii.q.ii. §.ex his.Secundo,quia Carolus fuit Rex Franciæ, licet Germanus fuerit,& hac ratione, ut & supra diximus, uel infra, Reges Franciæ in Impe.eligi possunt,& Carolus fuit Rex Franciæ,qui fuit Imperator,ipse, & successores Reges Francorum per annos Centum & tres.& tex.in.d.uerbo in Germanos.habuit respectũ ad principiũ trãslationis,& finem,& ita ibi uidetur tenere Imol. ac si dixisset de Græcis translatum Imperium in Carolum Magnum, & successores suos Gallos, & ab eis in Germanos, & sic tantum ad probandam continuationem translationis. Secundo ex causa translationis,quia Galli, scilicet, fuerint benemeriti de Ecclesia,& sic non in tam Carol.ꝗ in gentem Gallicam, facta uidetur trãslatio. Tertio quia non sequitur Carol.fuit Germanus, ergo & alii successores Reges Fráciæ,& Lud.pius filius eius natus fuit in Gallia,ergo Gallus.l.qui ex uico.ff.ad municipa.l.ciues.C.de inco.lib.x. Quarto auctoritate Aeneæ Syluii ubi ibi. Quinto quia tunc in Germania plures in fide uacillarent,ꝙ dissuadet translationem eam factam eo tempore, respondendo ad d.c.uenerabilem.ut supra.Et sic mediate fuit translatum Imperium in Germanos,quia,scilicet, primo in Gallos ,quorum multi primo fuerunt Imperatores per Centum & tres annos, uel secundum alios.C. &.X. Nec sit bona interpretatio, ꝙ post mortem Caroli Imperium uenit in Germanos,quia est falsum , nam filius Caroli fuit Gallus,ut supra, Vnde forte,ideo Abb. in.d.c. uenerabilem.non stat in hac opi.sed tantum dicit,ꝙ Imperium datum fuit Germanis per illum tex.&.d.c.in die.ꝙ nõ negat.d.Io. d.xii.q.§.nec obstant.Sed ꝙ ita debent intelligi docto.nam non dicunt,ꝙ priusꝗ ad Germanos deuenerit, non fuerit possessum a Gallis,aut Francis, unde concludit primam translationem factam de Græcis in Francos,secundam de Francis in Germanos, & causa translationis fuit,ut Cardi.supra alleg. dicit, quia cum Ecclesia oppugnaretur a Berengario Tyranno, & impetraret auxilium ab Arnulpho Rege Franciæ,eo recusante,uocauit in sub-

sidium Othonem Ducem Saxoniæ, uel secundum alios Germaniæ Regem, & hac ratione fuit translatum Imperium in Germanos a Leone, VIII. uel secūdum alios a Io. XIII. Et ita uidetur sentire Platina in uita eiusdem, dicit tamen q illa tempora usq adeo confusa fuerūt, & perturbata, scriptorum negligētia, & incuria, ut uix possit certum sciri. Sed Aug. de anco. in tract. de potesta. Papæ. q. xxxvii. artic. iiii. dicit, hanc translationem fuisse factā, deficiēte genere Caroli, & sic tēpore Ludouici, uel Lotharii, eius pris in quibus defecit genus Caroli Magni in Corona Franciæ. Alii dicunt tempore Ludo. III. filii Arnulphi diuisum fuisse Imperium, & deinde confusum, imperante Conrado, & Berengario. Et sic utcunq sit translatum fuit Imperium in Germanos in personam Othonis Anno D.CCCCCXXXV. Et tūc temporis erat adhuc Imperium hæreditarium, usq ad tempora Gregorii. V. qui postea ædidit sanctionem de Imper. eligendo, & q Germanis huiusmodi electio spectaret, ut est legere apud Platinam in uita. d. Greg. V. & infra dixi seq. q. & hoc modo Imperium factum est electiuum, ut & scribit etiam idem Ioā. in. d. xii. q. §. neq obstant. supra alleg. Quæ omnia notanda sunt, & hic late placuit congerere, ut abūde uidere materiā possit unusquisq, qui alias hæc (in tenebris Iurisconsultis latētia) ignorabat, salua semper ueriori snīa, ex ueriorībus Historicis, & Auctoribus.

¶ Et licet. d. Ioan. lecirier in. d. xii. q. ii. lib. §. penul. nu. ii. dicat, forsan posse dubitari de hac trāslatiōe in Germanos, an ualuerit, qm̄, ut dicūt aliqui, Grego. V. hoc fecit, quia erat Saxo, & Germanis Principibus affinis, quibus procurantibus, ad dignitatem Pontifi. assumptus fuerat, ut per Platinam in uita Grego. V. in principio, & q caro, & sanguis reuelauit huic Grego. ut id faceret. Item quia Imperator, & alii Principes non possunt deponi, nisi ex magnis causis, ut infra. q. lxxxi. Quando autem interpellabatur Rex Franciæ de prēstando subsidio sedi Apostolicę, pro priis negotiis cōtra aduersarios suos detinebat, merito &c. arg. l. præses. C. de serui. & aqua. Item quia trāslatio, seu donatio Imperii in Carolum Magnum, fuit ob merita Francorum, ut supra, & donatio remuneratoria etiam ob ingratitudinem non reuocatur. l. si pater. §. i. ff. de donatio. cum uulg. quæ nota sunt. Tamen a communi de qua supra discedendum non ūr, & ille animi quadā spāli passione in Frācos (cū ipse sit Parisiensis Doctor) ea tangit. Ideo & ipse ultimo demum laudat, ut uia electionis seruet, quia sanctior, & iustior est. Itē quia res de facili redit ad suam naturam.

naturam. Prima autem natura fuit Imperii, ut eligeretur, ut per Pet. Bertrand. in tracta. de origi. iurisdi. c. i. ubi sic dicit, Modus perueniendi ad hæreditariam successionem non potest esse primus, qui enim succedit alii non est primus, quia ille alius præcedit. Igitur primus modus perueniendi debite ad auctoritatẽ regiminis, est per Dei electionem, uel hominum, facit. c. legimus. xciii. distin. Præposi. in. c. in synodo. lxiii. distin. & est tex. in. l. ii. §. nouissime. ff. de origi. iur. & quæ supra. q. iiii. uidimus. & tex. in d. c. uenerabilem. dicit, ꝙ de iure, & consuetudine Germani id habent, merito ita tenendũ omnino uidetur, non obst. quibuscũq;. Et ut uideri potest in Catalogo Imperatorũ a Carolo Magno citra, usq; in præsentẽ diem semper Imperatores fuerunt, uel Galli, uel Germani, nõ alterius nationis, ut in eo est uidere. XI. Gallorum ueri Imp. XXVII. Germanorum, & uera interpretatio summitur a practiça, & consuetudine, a qua non est discedẽdum, Bal. & Archi. ubi Deci. consi. xi. col. vi. & consi. cxxxi. in fi. l. anniculus. i. ff. de uerbo. signi. & l. si de interpretatione. ff. de legibus.

¶ Quocunq; tamen primo tempore fuerit, sat est, ꝙ tãdem cum in Germanos translatum fuerit, & Theutonicos. ut in dictis iuribus, ex eorum natione eligeñ. uidetur, secundum Abb. d. loco. Quid dicendum? Hodie in puncto iuris uerior uidetur sentẽtia Abb. per. d. iura in. d. c. uenerabilem. ibi, in Germanos. & in. d. c. in dieb. de consec. dist. v. ibi Theutonicis concessum est regnũ, & regimen nostræ Ecclesiæ. & text. clarus in cle. i. de iure iuran. in prin. ibi, Ecclesiæ, quæ a Græcis Imperium transtulit in Germanos. &c. Et Marti. laud. in trac. de Princi. not. clxxiiii. incip. licet simpliciter ponit, et notat, ꝙ licet de aliis nationibus, q̃ de 6 Alemania, non possit eligi Imperator, †tamen Reges Frãciæ possent eligi in Imperatores, quia Carolus tantæ familiæ Princeps fuit Alemaniæ, & sic eius posteri sunt Alemani, alleg. Bald. in. c. uenerabilem. de elec. et ego do bonum tex. in quo Papa fidem facit Regem Franciæ a Carolo Imperatore descẽdisse. in. c. nouit. §. non igitur. extra de iudi. Et temporibus nostris dum præsens Inuictissimus Caro. V. Ro. Imp. crearetur, præsens Rex Franciæ Franciscus, concurrebat electioni, licet non obtinuerit, ut patet ex his, quæ scribuntur post Platinam ad lib. eius de Vitis Pont. in uita Leonis. X. Idem eadem ratione not. Io. Ferald. cum Bal. in trac. de iuribus, & priuile. Regni Franc. in. iiii. uolu. Trac. xiii. iure. nu. 36. dicens, ꝙ licet Bald. nihil alleget, probatur tamen ratione, quia sufficit, ꝙ quis sit de familia, ut sit capax legati. l. pe-

to.de leg.i.cum simi.neq; prohibitio ligat illum, qui est de gene re,uel familia.ll.uulg.& idem Ioan.in.d.,ii q.§.super.in prin.licet Reges Franciæ a latere fœminino Caroli ueniant,ut idem in §.sed hic.&.§.sed in contrarium,seq. & in.d.§. super. tenendo, q; etiam per lineam fœmininam dicitur genus alicuius, ut ibi post Deci.in.c.nouit.de iudi. col.iii. & Augusti.de Anco. in.d.tract. suo de potestate Papæ.q.xxxvii.arti.iiii.ad fi. simpliciter sentire uidetur,licet aliter in.q. nec in dubium hoc,reuocet, q; eligatur de natione Germanorum,dum dicit,licet translatum sit Imperiũ
9 ad Germanos, † appellatur tamen Imperator Romanorum, non ratione electionis,uel nationis,sed propter dignitatẽ,ratione deriuationis,quia inde deriuatum est Imperium, & ratione confirmationis,& Coronationis,quia ibi debet confirmari,& coronari,unde als Bar.in extrauag.ad reprimẽ.in uerbo subiecta. dicit, Imperium Romanorum esse ab Ecclesia approbatum, sub quo Christus uoluit nasci,& Crucifigi. ¶ Pro opinione tamen contraria,q; de omni natione Imperator eligi possit, si uideatur electoribus,facit,quia & Papa, licet iura innuant ex Cardinalibus oportere eligi,ut dicit tex.in.c.oportebit.lxxix.distin.tamẽ electus etiam de non Collegio Cardinalium,uerus Papa est,ut probat text.in.c.licet.ibi,absq; ulla exceptione, & ibi Abb. not.iiii. not de elec.& late infra dicemus.ix.q. & saluabũtur dicta iura, quæ dicunt in Germanos translatum Imperium,scilicet,ut sedes apud eos sit Imperii,prout sedes Papæ Romæ,sicut infra de sede eius uidebimus.q.lxxvii. Prout & olim non omnes omnino de Rom.Vrbe Imperatores capiebantur,neq; de Remi, seu Romuli genere,sed de uariis nationibus,ut in historiis liquet,omnes tamen Romanorum appellatione notabantur, & Rom. Imperium, ut & als no.Euse. Cæsar.lib.viii.demonst.Euan.char.iiii.col.ii. Si teneamus dictam opinio.Abb.q;,scilicet, de natione Germanorum, seu Theutonicorum eligi debeat Imperator, & non de alia.Limitarem, nisi in ea forte habilis, & dignus non reperire-
10 tur,†quia tũc forte etiam de alia,eligere liceret,arg.c.ne per defectum.ad fi.de elec.extra,ibi, de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ,uel alterius,si digna nõ reperiretur in illa. &.c.cum inter canonicos.extra eod.tit.ibi,nec ad aliam ecclesiam debere fieri trãsitum,donec reperiretur idoneus in ecclesia. Saoñ. cum gl. & tex.not.in.c.i.xxiii.distin.uersi.eligatur.ibi,eligatur Põtifex de ipsius ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, uel si de ipsa non inuenitur, ex alia sumatur. & bonus text.in.c.abbas.xviii.q.ii.

ibi,

ibi,de ipsis si habent,sin autem de extraneis, & quæ late per glo. in.l.plane.ff.ꝙ cuiusque uniuersita. nomi. & in .l. in ecclesiis.C. de epis.& cleri.ubi si non reperitur idoneus in aliquo loco,eligitur de alio.Ideo dicit tex.no.in.l.ut gradatim.§.fi.ff.de mune.& hono.i.respon.ꝙ quotiens penuria est eorum, qui magistratum suscipiunt : Immunitas ad aliquid infringitur.&.l. honor.§.fin. ff.eod.ibi,ut si alii non erunt idonei,&.§.quanta. iuncto.§. si uero quædam necessitas.in aucte.quomodo opor.epi.&.l.iii.§.spurios.ff.de decu.cum simi.quæ nota sunt,& pręcipue glo.no.in.c. oportebat.lxxix.distin,quæ (dum ille tex.dicebat) oportere, ut in Apostolatus culmen, unus ex Cardinalibus presbyteris, aut diaconibus consecraretur,ipsa dicit,dummodo inter eos aliquis idoneus inueniatur.Bal.etiam in.d.c.uenerabilem.tenet,ꝙ actiue,& passiue,in Germanos electio translata fuit, adeo, ꝙ nullus alius potest eligi in Regem Rom. nisi Rex Franciæ, uel Alemanus,pro Cardi.tamen Zab.ibi,quem Abb.refert,qui tenebat nationem non considerari, cum agitur de pręficiendo Imperatore, facit tex.in.c.cum deputati.de iudiciis. ibi, dum quis laudabiliter exequitur officium supremi ordinis,ex superabūdanti, requiritur notio nationis.bonus text.in.c.ad decorem.de instit.extra, unde refert als Iustin. lib.xii.ꝙ cum Alex. Magni Parentes, et Amici,uiderent eum ad mortem, petierunt quem uellet Imperii hæredem,Alex.respondit Dignissimum, et sic non filiali amore, nec alio affectu,sed aptiorem.¶ Cogitandum relinquo, quia in huiusmodi tam magni ponderis quæstionibus,non audeo sic firmare,sufficit uiam in eis aperuisse aliis. Electores autem,unum ex se ipsis possunt eligere, ut infra dixi.q.xii. in fi. Dixit tamen no.gl.in.c.licet.viii.q.i.ꝙ ubi quis eligit de proprio ordine,requiritur,ꝙ sit sufficiens,si autem extra, requiritur ꝙ sit melior, uel optimus,et idem glo.in.c.i.in uerbo gremio.xxiii. distin.ad medium.arg.l.diuus.ff.de tut.et cura.datis ab his. Ad unum circa prædicta aduertendum est,quia dum supra simpliciter iura,et scribentes supponunt,a Græcis in Germanos Imperium translatum esse in personā Caroli Magni.&c. † Quia Imperium uide-
11 tur quandoꝗ fuisse apud Francos.per tex.cum glo.in.c.ego Ludouicus.lxiii.distin.ibi,nullus ex regno nostro,aut Frācus,aut Longobardus &c.glo.dicit,nota Imperium prius Frācorum fuisse,sed postea Theutonici uirtutibus promeruerūt &c. et Abb. in.d.c.uenerabilem.d.vi.col.post prin.in glo.in uerbo trāstulit. refert,quosdam dicere illum Carolum fuisse Gallicum,nō Ger-

manum, Unde, ꝙ dicunt Imperium primo fuisse translatum in Francos, postea in Germanos, de quo dicit uiden. tex. in. d. c. ego
12 Ludouicus. lxiii. distin. † uel, dicit Abb. fuit Germanus, uel supposito, ꝙ fuerit Francus, tamen in personam suam fuit translatū Imperium in Germanos, & sic post ipsius mortem, Imperium ueniret in Germanos. Quia certū est, ꝙ Germanis fuit datum Imperium, ut ibi. &. d. c. in die de consecra. distin. v. Et addo glo. in tit. de pace tenen. & eius uiola. in. §. iniuria. in uerbo legitime. in usib. feu. quæ dicit. Primo Carolum fuisse Imperatorem, non Romanorum, uel ꝙ non fuit Imperator, sed Rex Francorum, & Longobardorum, uel ita stetit Rex per multos annos, postea habuit Roma. Imperium, & ꝙ non fuit ille, qui fuit Pipini filius, sed pater. Posset dici quo ad. d. c. ego. ꝙ nihil faciat, quia non dicit in Francos Imperium translatum, sed Francos, & Longobardos esse de regno Imperatoris. Et si teneatur illa opinio, ꝙ Rex Fran-
13 ciæ nō subsit Imperio, de qua infra suo loco, dici potest, † loqui de quadam Francia, quæ est in Alemania, ut declarat dñs Ioan. fab. in rub. insti. in uerbo francus. illum text. ibi in Insti. ita declarando contra Imperiales, ne ex eo arguerent, Regnum Franciæ esse subiectum Imperio, & sic contra Aret. in. §. ius autem. in fi. insti. de patr. pote. Et dicit de tali Francia, quæ est in Alemania, loqui tex. in. c. i. extra de sponsa. ibi, de Francia quidam, nobilem mulierem de Saxonia. l. Saxonum duxit in uxorem, pro qua expositione, sunt late infra in hac. q. post nu. 21. & addo, quod in c. in synodo. lxiii. distin. dicitur, ꝙ Carolus fuit uictoriosissimus Rex Francorum, & Longobardorum, de quo & ibi loquitur Leo Papa, & Leonem Papam coronasse Carolum, de quo in. d. c. uenerabilem. ibi, glo. ponit. Sed forte ibi alius Carolus est, qui fuit tempore Adriani, ut in princi. illius. c. patet, quia tempore illius Leonis Papæ ibi fuit Otto primus Theutonicorum Rex, ut ibi tex. ponit, cogitabis. Augu. de Anco. in lib. de pote. Papæ. q. xxx-
14 vii. arti. iiii. tenet, ut supra. † scilicet, ab Ecclesia Rom. Imperium in personam Magni Caroli, a Græcis in Germanos translatum, quia cum opprimeretur per Longobardos tempore Adriani, & Leonis successoris eius, cui per eos, & Romanos iniquos, eruti fuerunt oculi, & lingua abscisa, diuina tamen uirtute postmodū restituta, Aduocatus fuit Carolus Magnus Rex Francorum, dicit ille, qui cum magno exercitu, Papiam uenit, & ipsam obsedit, & capto Desiderio Rege, ac Longobardis prostratis, de seruitute ipsorum, Ecclesiam liberauit: Unde ob tale beneficium dicit,
ꝙ Papa

ꝙ Papa Adrianus, Carolo Imperium cõtulit, ut in.c. Adrianus.
15 lxiii.dist. Cui addo & quæ in.c.hortatu.xxiii.q.viii. † & ꝙ postmodum tempore Leonis successoris eius, iam Imperio de genere Caroli deficiente, & scisso in multas partes, cum quidam Berégarius Tyrannice Italiam inuasisset, Ecclesia uocauit Ottonem primum Regem Saxoniæ, qui dictum Berengarium eiecit de regno, & cum assensu Ecclesiæ totam Italiam sibi subiugauit. Ex quo beneficio Ecclesiæ collato præfatus Rex Otto a Leone summo Pontifice, cum toto Clero, & Populo Christiano Imperator est cõstitutus, forma, & modo, quo Carolus Magnus per Adrianum constitutus fuerat, sicut patere dicit in.d.c.in synodo.lxiii. distin. & ꝙ ex tunc Imperium dicitur ad Germanos translatum sic notan. ille declarat.d.c.uenerabilem.de elec. dum dicit Rom. Imperium in personam Magnifici Caroli a Græcis translatũ in
16 Germanos, quia dicit ipse in princ.d.iiii.arti. † ꝙ licet Carolus Magnus, fuerit primus Imperator, postq̃ a Græcis trãslatum est Imperium, fuit tamen Rex Francorum, & ꝙ eius tempore Imperium nõ erat diuisum, sed ꝙ ipse imperabat Germanis, & Frãchis, sic refert Augu.d.loco, licet aliud nõ alleget, nisi.d.c. in synodo. ad prędicta omnia. Et addo, ꝙ idem, scilicet, Carolum Magnum Regem Franciæ fuisse, Cardi.ponit in nota.q. in.d. clemen.uni
17 ca.de iure iur.in prin.ii.col.iiii.oppo. † Et Imperium quandoq; Francorum fuisse, probare uidetur text. in.d.c. ego Ludouicus. lxxiii.distin.post prin.ut supra retulimus, sed clarius in fi.ibi, ad nos, uel ad nostros successores, Reges Francorum.&c ubi gl.ut
18 supra, notabat Imperium, scilicet Frãcorum prius fuisse, † sed ꝙ postea Theutonici ipsum promeruerunt uirtutibus. Et Marti. Laud.in not.dicto, in.d.tract.suo de princi.no.clxxiiii.licet, dicit, Carolum tantæ familiæ Principem, Regem Frãciæ, fuisse de Alemania, & sic, ꝙ & eius posteri sunt de Alemania. post Bal.in c.uenerabilem.de elec.& idem Marti.in.d.tract.nota.cccxxxv.
19 primus, dicit † Otthonem fuisse Primum Imperatorem Alemanorum.alleg.lxiii.dist.in synodo.& not.in.c.laudabilis.de elec. & idem Marti.not.lxxxvi.Imperator.in fi. notat, prius Imperiũ fuisse Francorum, q̃ Alemanorum, & Iaco.Alua.in tit.quis dica
20 tur Dux in usi.feud.iiii.col.& seq. late idem ponens, † ꝙ Imperator uerus hodie, sit Roma.non Cõstantinopolitanus, quia ab
21 eo fuit translatum Imperium, refert, † ꝙ fuit factum a Stephano Papa, cum ille nollet uel non posset Ecclesiæ oppressæ ab Astulpho Rege Lombardorum patrocinari, in personam scilicet,

dicti Caroli Magni satis iuuenis. Et q; fuit hæc trāslatio Anno Domini DCCLVI. Coronatio tamen sua, fuit a Leone papa. IIII. Anno DCCCII. quicquid dixerit glo. dicit ipse, in d.c. uenerabilem. quæ circa designationem temporum errasse uidetur, secūdum eum ibi, ex Annalibus Summorum Pontificum, & Cronicis, & Episcopus Gurgē. in. d. opusculo de coron. char. xii. ii. col. & seq. §. sed fac. refert hæc uerba ex diuo Thoma in libro de regi. Princi. Imperium transfertur a Græcis ad Francos, deinde per Adrianum Papam ad Germanos, apud quos per Grego. V. similiter genere Theutonicum, instituta est electio Imperialis, &c. ut infra dixi etiam sequē. q. Et Anto. Rosel. in trac. de Concil. ult. char. col. ii. §. elucidauit. iiii. uol. Idē tradit post quædam argumenta contra, Imperium scilicet, olim fuisse apud Constantinum, & successores Græcos Cæsares, usq; ad quendam successorem alium Constantinum, & Leonem eius filium, iuribus de quibus ibi, deinceps uero non, &. §. sequē. narrat historiam de Astulpho, & Stephano Papa. II. & Carolo, & anno, secūdum Gofre. uel secundum alios DCCXLV. & hanc esse summam ueritatem, & hodie Germanicos legitime electos, ueros esse Imperatores, non Græcos amplius, & sic Theutonicos. d. c. in dic. de consecra. distin. v. & col. fi. Idem Ant. not. quatuor modis respōdet ad. c. solitę. de maio. & obe. ubi Papa uidetur Grecum, in Imperatorem enunciare, ut & infra tetigi. q. lxix. nu. 8. Idem Io. Berta, in trac. de episco. v. uol. Tract. char. lxxvii. col. ii. lxxiii. q. Cauendum tamē est, quia, quicquid prædictus Episcopus dicat, d. loco, post diuum Thomam, Imperium a Græcis ad Francos, deinde ad Germanos translatum. Idem Episcopus sibi contrarius, & pace sua, parum memor, in eo. libello. char. xxv. i. colum. & seq. & præceden. sub. §. iam fide, deducit in primis inscitiam glo. in Historiis, quę ex nominum propinquitate, pro Frāconia Franciam, pro Francis Gallos crediderunt, quos diuersos esse deducit: nam post diuum Hiero. ad Iouianum, dicit, Francos Germaniæ populos, inter Sueuos, & Saxones, regionem fortem magis, & bellicosam, q̄ latam, tenere, quæ nota ad dicta supra nu. i3. post Fab. & de eorum per Germaniam peruagatione historiatim scribit, & qualiter in locum Caroli Martelli, ex his Francis oriundi Pipinus filius in opes, dignitatemq; successit, & Zachariæ Pontificis auctoritate, in locum Chylderici Galliarū Regis, (quem gl. ait in. d. c. uenerabilem, per incuriam, Ludouicum nominare) fuisse suffectum, Qui Chyldericus ob inertiā, & q; raro in conspectum

ſpectum ſuorum prodibat, regno deturbatus in monaſterium ob truſus eſt. per. c. alius. xv. q. vi. Demum, ꝙ Stephano Pontifice au ctore, in Carolum Pipini filium a Græcis Principibus Imperiũ eſt tranſlatum. ut in. d. c. uenerabilem. cum concor. ubi dicta uer ba, Apoſtolica ſedes Imperiũ, in perſonam Magnifici Caroli a Græcis tranſtulit in Germanos, & in cle. unica. de iure iur. dicẽs non negare quoſdam ex Gallorum Regibus, olim imperaſſe, ſed Imperium a Græcis in Gallos aliquando tráſlatum, id pernegat, & ꝙ primus Germanorum Carolus, cognomento Magnus, ſum mum principatũ eſt adeptus, Deinde Anno ſalutis M. I I. Gre go. V. de eligẽdo Imperatore ſanctionem tuliſſe, Ottone. V. qui tunc Imperium tenebat non refragante, ut, ſcilicet, ſolis Germa nis liceret Principem deligere, ut ſupra diximus, & infra ſeq. q. Qui Cęſar, & Rom. Rex appellatus, tũc Imperator & Auguſtus haberetur, cum Romani Pontificis auctoritas acceſſiſſet, & hãc eſſe ueram hiſtoriam, cuius ignara glo. minus accurate legẽs, er rauit, aliter declarãdo, & quę ſupra dixi in. q. iiii. nu. 4. poſt Alci.
22 in. l. bona ciuitatis. ff. de uerbo. ſignifi. † Et circa prædicta, nota Germanos, & Theutonicos idem eſſe, ut patet in iuribus ſupra allegatis, quorũ multa de Germanis dicunt, & tex. in. d. c. in dic. Theutonicos appellat. & Bar. in. d. trac. de regi. ciui. col. fi. in pri. dicit, Germanos, ideſt, Theutonicos, & expreſſe not. Abb. in. d. c. uenerabilem. iii. col. poſt prin. poſt glo. ibi, in uerbo in Germa nos. & alleg. ad eandem expoſitionẽ, gl. expreſſam in. c. i. xxxiiii. diſtinctio. & de Theutonica terra meminit text. in titu. de cap.
23 Conra. §. ſimiliter. & dicit Abb. d. loco, † ꝙ dicuntur Germani, quia ſunt uerum germen, & uiri nobiles. per. d. c. uenerabilẽ. uel ſm Io. an. a gigno gignis, propter fęcunditatem in generãdo, eſt enim patria multum generatiua. Aduertendum tñ eſt, dum ſupra
24 facta eſt mentio de Germanis, Theutonicis, & Alemanis, † quia Alemani, & Germani idem oĩo eſſe non vñr, ꝙ primo patet, quia his diuerſis titulis inſcribitur Imp, in rub inſt. & in. iii. conſti. C. & in rub. ff. Item qũo differant, & quæ ſint hæ Prouincię Germa niæ, & Alemanę inouiſſime a penetralibus, declarãt Mod. Tau. in rub. ff. col. xi. & ſeq. ubi uidẽdum omnino, quia dicunt Alema norum nomen a Geographis pene omnibus ſupprimi, & Germa nię fines dubio. Sed bene concurrere uidentur Theutonicos, & Germanos. Idẽ eſſe cum Abb. & etymologia, ubi ſupra. Sed hęc ad Iur. conſul. parũ ſpectãt, unde peritioribus relinquo, ut And. Alcia. & Epiſ. Gurgeñ. & ſimilibus.

OCTAVA QVAESTIO.

1 *Qui sint illi, qui eligant Imperatorem, & ubi, qualiter, quomodo, & quando, & de iuribus, & priuilegiis eorum, late. Et an officium transmittant ad hæredes, & quos, & eis uacantibus, quis eligit, & multa in materia notanda.*
2 *Imperium non defertur successione hodie, & quid olim. & nu. seq.*
4 *Regimen per electionem, an sit magis diuinum. & nu. 20.*
5 *Electio spectat hodie septem Principibus Alemaniæ. & nu. 10.*
6 *Rex Bohemiæ, an sit proprie, & originaliter de electoribus Imperii. & nu. 12* *Electores Imperii sunt digniores aliis Principibus.*
7 *Palatinus, Dux Saxoniæ, Brandeburgensis, qui sint.*
8 *Ordinatio Electorum Imperii cur, & quo tempore facta. & nu. 11.*
9 *Forma, & modus electionis, & in quo loco.*
13 *An iure aliquo expresse probetur de dictis septem Electoribus Imperii.*
14 *Electoribus Imperii quis dedit potestatem eligendi. & nu. seq. multis.*
17 *Adrianus Papa cogitauit immutare electionem Imperatoris. & nu. seq.*
18 *Electores, an debeant esse de Alemania, & cur. & nu. seq.*
21 *Hæreditas cur non in dignitatibus.*
22 *Bulla Caroli. IIII. Rom. Imp. tota super electione Imp. & de Electoribus, & iuribus eorum, & officiis, & ubi, quomodo, qualiter, & quando. In. lx. cap. summata ordinate. Not. & pulchre, & an transeat ad hæredes, & quos, & quis eligat Electores, si uacant.*

1 OCTAVO Quæro † qui sint illi, qui eligant Imperatorem, et ubi, quomodo, et qualiter, et quando, et de iuribus,
2 et priuilegiis eorum, &c. et quidem quicquid olim esset, † hodie Imperium successione nō defertur, sed electione, ut probat text. in sæpe alleg. c. uenerabilem. ad fi. ibi, uideretur Imperium non ex electione, sed ex successione deberi, et in præiudicium Principum redundaret, licet olim secus, ut in c. in synodo. lxiii. distin. l. certa forma. C. ut in posses. cum simi. ut per Pet. de Mōte in. d. trac. d. loco. ii. q. et late Imperatores successione successos olim, nouissime scribit, et probat, etiam iuribus contra Oldra. Io. Lecirier in trac. de primogenitura. ii. lib. q. xii. col. i. viii. uolu. Tract.
3 † Et uario modo olim fuerunt electi Imperatores, quādoq; a Populo, siue Senatu, siue ab Exercitu, quandoq; de genere, quādoq; uero non, ut no. refert (licet aliud non alleget) et deducit nomina, Aug.

na, Aug. de Anco. d. lib. suo. q. xxxvii. articu. v. Sed hodie secus, quia electione, non successione, ut est expressum in. d. c. uenerabilem. facit. c. accepimus. extra de pac. cum simi. & tradit Bal. in ti. de pace constan. in. c. priuilegia. ad fi. in uerbo concessimus. in prin. i. q. in usibus feud. Io. an. in. c. grandi. de supplen. negli. præla. in. vi. in uerbo iure regni, & Pet. in. d. ii. q. & merito fuit inductum, quia, ut Bar. ait not. in. d. suo tracta. de regi. ciuit. ii. q pen.
4 col. ad fi. † Regimen, quod est per electionem, est magis diuinũ, q̃ illud, quod est per successionẽ, unde in rebus ecclesiasticis successio ita detestatur. d. c. accepimus. & extra de fil. presbyte. c. ad extirpandum. &. c. ex transmissa. cum simili. & in Imperatore est tex. in. d. c. uenerabilem. & in clemen. i. de iure iur. post princ. ibi, & a qua ad certos eorum Principes, ius, & potestas eligendi Regem in Imperatorem postmodum promouẽ. peruenit, & infra dixi ad fi. huius. q. Quibus addo Io. lecirier in tract. de primogen. q. xiiii. ii. lib. col. iiii. viii. uolu. Tract. & seq. col. ubi late post Io. Budrianum in Aristo. iii. Polit. q. xxiii. disputat ad utranq;, quatuor mediis, quæ comprobat, iuribus, & rationibus, demum concludit, melius esse Principem assumi per electionem, q̃ successione. Item ꝙ per accidens quandoq; contra, secundum illum, ipse tamen denuo plene instat utrinq;, inclinans, tandem ipse, melius esse, ꝙ per successionem, postremo quærit tunc, cur secus sit in Papatu, & spiritualibus, post Augu. de Anco. in tract. de pote. Papæ. q. ii. artic. iii. Id tamen uerum uidetur melius esse regi bono Rege, q̃ bona lege, Anto. sicu. in tract. de pote. reg. q. lxvii. l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confu. Bal. in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Bar. & Pau. in. d. l. pręsenti. facit quod no. glo. singu. in. l. antepe. post tex. ff. de tute. & in. c. ad apostolicæ. ante fi. de re iudi. in. vi. ibi, illi, aut ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectat electio, eligant libere successorem, & als text. in. c. legimus. xciii. distin. dicit, ꝙ exercitus facit Imperatorem, & sic ex electione. & glo. pen. in. c. ad apostolicæ. de re iudi. in. vi. de quo. c. legimus. qualiter prius a Senatu, Populoque Roma. data cura Prouincię moderãdę alicui, mox ex bene gestis, hi ab uniuerso exercitu Imperatores nominabantur, scribit ex historia Romana ille Gurgeñ. in. d. libello de coron. char. xx. ii. col. & seq. in. §. cum hactenus. & ibidem qualiter postea successione Imperium delatũ,
5 demũ electione ex historia Romana, deducendo gradatim, † Hodie clarum uidetur electionem spectare septem Principibus Alemaniæ, quorũ tres sunt Prælati, reliqui Laici, idest, Archiepisco

pus Maguntinus, Coloniensis, & Treuerensis Praelati, Quatuor laici, scilicet, Palatinus Comes Rheni, Dux Saxoniae, Marchio Brandeburgensis, & Rex Boemiae, olim Dux, secundum glo. no. pen. in. d. c. ad apostolicae. in uerbo illi autem. cum qua simpliciter transit Abb. in. d. c. uenerabilem. post prin. & eam tenet, & ait sing. Alex. & Ias. in. l. licet. de leg. i. in prin. i. not. Licet cauẽdum
6 sit, quia. d. glo. pen. subdit, quosdam dicere, † q̃ Rex Boemiae de necessitate uocãdus non est, nisi cum alii discordãt, nec id ius habuit ex antiquo, sed q̃ hodie de facto tenet post Hosti. in. d. c. uenerabilem. idem dicit post Laud. ibi, Cardi. in. d. clemẽ. unica. de iure iur. in princi. vii. not. Et uersus sunt, quibus praelati Electores Imperatoris continentur, uidelicet.

Magna Maguntia, crassa Colonia, Treueris alma,
Atq; Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis,
Marchio Praepositus Camerae, Pincerna Boemus,
Romanum Regem statuendi, dant sibi legem. Vel
Hi faciunt Regem seruantes ordine legem.

Et hos septem Principes Alemaniae Electores Imperii, quatuor laicos, tres clericos simpliciter enumerat etiam Augu. de Anco. in tract. de pote. papae. q. xxv. arti. ii. uersi. respondeo. & Cardi. Iacoba. nouissime in suo tracta. de Concil. lib. i. fac. lvi. colũ. ii. post Hosti. Albe. Barba. & Paui. & q̃ Colonieñ. est Cãcellarius Italiae, Treuereñ. Galliae, Maguntineñ. Germaniae. Idem Io. Vgo. in lib. quem Quadruuiũ inscribit, ad Maximil. Regem. chat. vi. & seq. Et q̃ tres sunt praelati, quia funiculus triplex &c. Quatuor seculares, ut praestent auxilium, potentia seculari, contra rebelles, & contumaces, ut etiam tetigi infra. q. cvii. ad fi. Et dictos septem esse electores sacri Imperii etiã approbat Bulla Caro. iiii. Rom. Imp. de qua dixi infra ad fi. huius. q. & per consequens Regem Boemiae. & idem Pet. de Monte de dictis septem in. d. trac. de Monarchia. d. c. expeditis. q. ii. Subdens, q̃ quidam dicunt de Rege Boemiae, ut supra, scilicet, q̃ non sit uocandus, nisi quando illi sex discordant, post Hosti. & Archi. ubi ibi. Et idem nota. in tract. de Nume. & titu. Card. vi. chat. i. & ii. col. in. vi. uol. Tract. scilicet, q̃ fuit additus ob id, ad tolleñ. Electorum discordias, licet ibidem dicat per Grego. V. Electores institutos super quatuor Columnas, scilicet, quatuor Duces, quatuor Marchiones, quatuor Lãtgrauios, quatuor Burgauios, quatuor Comites, quatuor Liberos, quatuor Milites, quos ibi enumerat & tres Episcopos, tandem dicit in Chronicis Iacob. Berg. & Hertmãni, se-

ptem

ptem solum nominari Electores, de quibus supra, Ille in lib. sacrarum Caeremoniarum, Sectione. xiii. cap. iiii. lib. i. tradit hos septé Electores Rom. Imperii, digniores esse aliis Principibus, praeter Reges, ratione electionis, scilicet, tres Archiepiscopos, & tres Principes, & q septimus additus fuit Rex Boemiae. Declarando not. ut supra, q Colonieñ. scilicet, Archiepiscopus, Cancellariae Imperiali praeest per Italiam, Maguntius, ut Decanus Electorum per Germaniam, Treuerensis per Gallias, & singulis illorum sua Prouincia, & Dioecesi praecedit. secundum Caro. IIII.
7 Sanctionem, † Palatinus, qui inter laicos primũ locum obtinet, Archidapifer est Imperii, & ad eum pertinet deferre Aureũ Pomum ante Caesarem, Dux Saxoniae Archimarescallus est, & Ensem nudum ante Caesarem praefert, Brandeburgensis Camerarius Imperii censetur, & ante Caesarem Sceptrum Imperiale portat, & q quis ille Comes, hic Marchio dicatur, sunt tamẽ & Ducatus titulo omnes insigniti; nam Palatinus ex Ducibus Bauariae primus habetur, Brandeburgeñ. Pomaramiae, & Stetinẽsem Ducatus obtinet, sed q Comitatui, & Marchionatui fuit attributa eligendi potestas, hoc refert ille in. d. c. iiii. sub rub. de receptione alicuius Pricipis Electoris Imperii, licet nihil alleget, quae hic placuit inserere ad unguem, quia (ut ipse refert) non facile haec alibi leges, & ut omnes saltem notitiam Electorum Imperii habeant, praecipue cũ turpe sit Patritio, & Nobili uiro ignorare ius in quo uersatur. iuxta. l. ii. §. Seruius autẽ Sulpicius. ff. de orig. iur. l. professio. C. de mune. patri. lib. x. cum simi. & ad dictos septem Electores spectare electionem Imperatoris de consuetudine a iure approbata, cum glo. in. d. c. ad Apostolicae. tradit Iac. alua. in tit. quis dicatur Dux, in prin. v. col. & cum eo trãsit Io. Vgo. in lib. Quadruuii Ecclesiae. char. 29. §. sed &. col. i. & secunda, in princ. ponens & ipse Iacob. & Ioan. uersus, similes supra relatis in duobus ultimis, sed ante eos aliter, & post eos unum, uidelicet.

Maguntinensis, Treuerensis, & Colonensis
Quilibet Imperii fit. Cancellarium horum,
Et Palatinus Dapifer. &c. Et ultimo loco habet
Hi statuunt Dominum, cunctis per secula summum.

8 † Refertq; Iac. talem ordinationem Electorum fuisse factam ex causa, tempore Ottonis. III. ne Imperium iret per successionem,
9 sicut tunc iuerat per tres Ottones successiue. † Et q fuit facta
10 Anno Domini M. C. Item subdit, † q forma electionis est, q

prædicti Electores conueniunt in unum, more Collegiorum, in Mellareñ. Treuereñ. diocesis, ad statuendum diem electionis cõmuniter facieñ. per ipsos in oppido Frãchfort, & ꝙ ibi postea fit electio, sic scribit Alua. in d.v. col. notanter. Et cum. d. glo. in d.c. ad apostolicæ, scilicet, ꝙ electio Principis fit hodie per electionem Prælatorum, & Principum, tradit Bar. simpliciter, licet non exprimat quorum, in. d. tract. de regim. ciui. pen. col. ad fi. & ꝙ non per successionem. Idem cum. d. glo. ut, scilicet, per illos septem Electores eligatur, Port. in Institu. in procе. pen. col. ante fi. uersi. sed debet primo eligi. & Bart. simpliciter per not. in. d. c. ad apostolicæ. ꝙ ius eligendi habent Principes de Alemania, in l. fi. C. de legi. ad fi. Idem Bal. ꝙ hodie sint certi nobiles, qui autoritatem, & priuilegium ab Apostolica sede habēt, Principem eligēdi, & ꝙ illi eligũt, & ꝙ nullus alius debet electioni interesse, tradit in tit. de pace constan. in uerbo concessimus. ii. q. in usi. feud. ubi principaliter quærēs, quis eligat Principem. Primo arguit, ꝙ Senatus, Secundo ꝙ a Principibus, Populi suffragio, ultimo, ut supra cõcludit, per dictos nobiles. & alleg. l. iii. in Lombard. de Pontificibus. iiii. q. uers. sed hodie quidam Principes eligunt Imperatorem. Et addo, ꝙ idē Bal. in sua Margarita in uer-
11 bo annus. dicit, † ꝙ Anno Domini Millesimo, Ais ab incarnatione M. I I I I. institutũ id fuit, scilicet, ꝙ Officiales Imperatoris eligerent ipsum Imperatorem, & eligentes Alemani sunt hi, de quibus supra, ponendo etiam dictos uersus, & ꝙ ita ponit
12 Inno. in. d. c. uenerabilem. de elec. † Et dicit, ubi supra, Bal. ꝙ. d. Dux Boemiæ non est necessarius in electione, nisi quãdo alii discordant, & in partes æquales se diuidant, prout etiam tetigit d. glo. pen. in. d. c. ad apostolicæ. & cum Bal. etiam Firma. in suo reper. in uerbo electionarii. Et Io. Vgo. in. d. lib. char. xxix. col. i. §. sed &. uersi. & dicunt aliqui. Idem ꝙ per Grego. V. fuerũt dati. d. vi. Electores, ut in Platina in uita eiusdem, & Regem Boemiæ, supradicta ratione additum, & adesse cum alii discordant: olim autem primo non fuisse adiectum, neq; habere ab antiquo id ius, sed de facto tantum, cum. d. glo. de quo per Plati. d. loco, & Host. in. d. c. uenerabilem. col. i. refert Io. lecirier in lib. de primoge. q. xii. ii. lib. §. neq; obstant. ad fi. viii. uol. Tract. subdēs, ꝙ siue de iure, ex primordiali institutione, siue præscripta consuetudine, id fuerit, laudabile est. arg. l. si unus. §. principaliter. ff. de arbi. scilicet, quia in numero pari, rēs de facili sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem.

Idem

Idem Card. q. hodie per Principes Alemaniæ debet eligi Imperator. in. d. cle. i. in prin. de iure iur. i. no. & glo. ibi in prin. in uerbo ad certos. Remittit ad no. in. d. c. ad apostolicæ. in uerbo Iesu Christi. sic Bal. in. d glo. concesserimus. ad fi. in uersi. nomina electorum. & Bal. in rub. C. in fina. uerbis. Simpliciter dicit, Imperium esse per electionem Baronum, & Io. Fab. late enumerãs, ut supra, dictos septem, scilicet, tres Archiepiscopos, & quatuor Prin-
13 cipes seculares. in rub. prin. insti. † Sed ad unum ultra iam dicta aduertendum uidetur, scilicet, q. licet scribẽtes, ut supra, post gl. dicant de dictis septem Principibus Electoribus, non tamen in aliquo tex. id expressum uidetur de numero, nec etiam de quibus specialiter, sed solum dicunt, q. ab Ecclesia Imperium a Græcis in Germanos trãslatum fuit, & ab ea ad certos eorum Principes ius, & potestas eligendi Regem in Imperatorem peruenit, ut in d. clemen. i. de iure iur. post prin. ibi, & a qua ad certos, & sic non exprimit aliter quos, & quot, licet glo. ibi remittat se ad no. in. d. c. ad apostolicæ. sic tex. in. d. c. uenerabilem. ibi, illis Principibus ius eligendi Regem in Imperatorem, ad quos de iure nescit pertinere, & idem parum post in. §. obiectioni. ibi, quis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promouendum obtinẽt potestatem, & sic non exprimit quos, nec quot. Doctores tamen exprimunt de dictis septem, ut supra, iura tamen non exprimunt sic, nec. c. ad apostolicæ. in fine. de re iudi. in. vi. ibi, illi autem ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectat electio, eligant libere successorem, non tamen dicit qui, quotue sint, licet ibi bene gl. enumeret, ut supra. Bene uerum est, q. tex. in clemẽ. i. de iure iur. factum electionis referendo in. §. nos eodem. dicit simpliciter ex parte Principum, tam Ecclesiasticorum, q̃ Secularium, qui eundem elegerant, & in. c. uenerabilem. supra alleg. in prin. dicit, electioni se ingerens Principum derogauit dignitati, & sic ibi colligi potest, q. Principes eligunt, sic ante fi. ibi, libertas Principum
14 in electione periret. ¶ † Insuper aduertendum est, q. dictam potestatem dictis Electoribus dedit Ecclesia ipsa, Supponit simpliciter Augu. de Anco. in tract. de pote. Papæ. q. xxxv. arti. i. uersi. in contrarium. & ii. articu. & iii. in prin. & uersi. in cõtrarium, & iiii. Sed ultra eum hoc probat tex. in. d. c. uenerabilem. post prin. ibi, præsertim cum ad eos, & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, Quæ Rom. Imperium a Græcis, &c. & tex. in. d. clemen i. post prin. de iure iur. ibi, & a qua, scilicet ecclesia ad certos Germanorum Principes, ius, & potestas eligendi peruenit.

Idem Bal. dicit simpliciter, tales Electores auctoritate Apostoli ca electionem concessam habere, in. d. titu. de pace constan. in. d. uerbo concesserimus. i. q. ibi, Sed illi, qui ita eligunt &c. &. ii. q. ibi, uel ab eis sine populi &c. & in. d. q. uersicu. sed hodie quidam Principes eligunt Imperatorem, qui potestatem eligēdi ab Apostolica sede acceperunt. & Moder. Taurinen. in rub. procæ. ff. vii. col. post prin. referunt, Grego. Merulam antiquitatis uicecom.
15 lib. i. sic scribere. † Restitutus in Sacerdotium Greg. V. legem, Pontificia auctoritate, de Imperatore eligendo, atq; creando sanxit, & ꝙ ad nostra usq; tempora per Quadringentos, & amplius annos seruata est, ne in Imperium, prout in hæreditarium filii a parentibus excipiatur, aut qui opibus, & armis plus possit, illud usurpet, Sed paucorum Procerum suffragiis designatus, mox, auctore Pontifice, iustum, & legitimum Imperium possideat. Hæc ille. Addo idē de Greg. Mod. Medi. in. l. bona ciuitatis. ff. de uer. sig. & in. l. inter claras. in gl. ii. col. iii. in prin. C. de sum. trin. & fi. cath. & Epis. Gurg. in libel. de coro. Imp. char. xii. col. ii. & seq. §. sed fac. post diuū Tho. in lib. de reg. prin. ut & supra tetigi præce. q. nu. 21. Item considerādum, & notandū est, ꝙ licet dicta iura loquant̄, ut supra. s. ab Ecclesia Electores ptātē habuisse, dicunt tñ ad eos de iure, & antiqua cōsuetudine tale ius, & talē potestatem pertinere, ut in. d. clemē. i. in prin. & in. d. c. uenerabilem. post princ. ibi, ad quos de iure, ac antiqua consuetudine, & in. §. obiectioni. ibi, qui eligēdi de iure, ac consuetudine obtinent potestatem, unde ibi. iii. col. in princ. no. Abb. ꝙ consuetudo potest concurrere cum iure communi, & sic adiicere maius robur, & uinculum ad ipsum ius commune. c. sopitē. de cēsib. ad quod facit not. Bar. in. l. de quibus. ff. de legi. in. ii. lect. iiii. col. nu. 8. uersic. quandoq; redigitur in scriptis. & ibi dixi legēdo Romæ, & facit. c. si
16 gnificauit. de corpo. uitia. † Et reperio, ꝙ ars do. Anto. de rosel. in suo trac. de concil. char. fi. iii. col. in princ. Simpliciter dicit, ꝙ dicti Electores potestatem ab Ecclesia eligendi, susceperunt, scilicet, ab uniuersali collectione, per. d. c. uenerabilem. & dicit ipse, Intelligo modo ab Ecclesia, idest, ab uli electione fidelium, cum ecclesia. Quia sm ipsum, solus Papa nō disponeret, uel cōcederet alicui ius eligēdi Imperatorē secularem, & licet tex. in. d. c. uenerabilē. dicat, ꝙ Electores hāt a sede Aplica ius eligendi, sm eum intelligit̄ mediate, nō imediate: nā respectu illo, habito ꝙ sedes aplica transtulit Imperium in Germanos, per hoc id potest dici de Electoribus habere a sede Apostolica auctoritatē. & quę di-

ximus

ximus infra.q.xiii.in fi.& idem Anto.de rosel.in tracta.de pote. Papæ.i.q.princi.respondendo decimæ rationi, dicit, pariter Electores in consequentiam habere ab Ecclesia potestatem, non quod potestas illa sit principaliter in sacerdotio, comprobãdo eadem ratione, per no.in.d.c.ad apostolicæ.de re iud.de qua infra.d.q. xiii.in fi.quia, scilicet, Pontifex non posset eligere priuando Electores non negligentes.& diuus Tho.in lib.de regim. princ.secundum quod refert præfatus Episco.Gurgeñ.in.d.libello de corona.char.xiiii.i.col.sub.§.sed fac.hæc aĩs scribit, Imperium transfertur a Græcis ad Francos, deinde per Adrianũ Papam ad Germanos, apud quos per Grego.V.similiter genere Theutonicum instituta est electio Imperialis, ut, scilicet, per septem Principes Alemaniæ fieret, quæ usque ad ista tempora perseuerat, & tam diu durabit, quã diu Ecclesia Rom. (quę supremum gradum in principatu tenet) Christi fidelibus expedire iudicabit, Vnde subdit ille Episcopus, quod Platina in uita Adriani.V.dicit, Adrianus cogitauerat Constitutionem Grego.de Imperatore eligendo, nõ quidem omnino tollere, sed in meliorem formã immutare. Idem in eodem libello char.xxv.i.col.sub.§.iam fide, ut supra late dixi.q. præced.ad fi.& refert no.Augu.in.d.tract.q.xxxv. artic.ii. † quod

18 Electores, per quos Papa eligit Imperatorem, debet esse de Alemania, ex antiqua consuetudine Ecclesiæ, & Grego.V. tempore Ottonis Imperatoris, conuocatis, & requisitis Principibus Alemaniæ, septem Electores instituit, officiales ipsius Curiæ Imperialis supradictos. † Et causa quare solum de Alemania fuerint

19 assumpti, quod triplex communiter assignatur. Vna, quia de Alemania fuerunt illi Principes, qui liberauerũt Ecclesiam oppressam. Secunda fuit deuotio illius Populi, ad Sanctum Petrum, & Paulum. Tertia uoluntas Papæ Grego.V.qui de Theutonia fuit natus, & consanguineus Ottonis Imperatoris. Hæc ille, nihil tamẽ allegans. Bene uerum est, quod idem Augu.in.d.tract.xxxv.q.vii.artic.defendit, † quod melius esset si Imperium ordinaretur per hære

20 ditariam successionem, per tres principales rationes, respondendo contrariis quibusdam.& supra diximus.num.4.huius.q. Sed ego do bonum tex.in materia in contrarium in tit.de alie. feud. in usib.feud.ibi, in feudo Comitatus, uel Marchiæ, uel aliarum dignitatum non est successio, secundum rationabilem usum, sed hodie est usurpatũ. Item not.Io.an.in.c.ad apostolicæ.de re iud. lib.vi.super uers.illi autem.in gl.quod Papa non potest priuare Electores, uacante Imperio, & per se eligere, ut dixi infra.xiii.q.

21 ¶ ‡ Circa prędictos Electores, & electionis materiam, addo, ꝙ nuper uidi impressam Aureā Bullam Caroli. IIII. Rom. Imp. in libro quodam, qui inscribitur Fasciculus rerum. fol. lxiiii. & seq. contineẽtem uaria Capitula, Decreta, & Constitutiones perpetuo ualituras, ex certa scientia, & de Imperialis plenitudine potestatis, quæ quoniam ad manus multorum, ut puto, non peruenit adhuc, operæprecium duxi, publicæ utilitatis gratia, summatim per capita hic referre, & conclusiue, ut saltem, summaria aliqua notitia habeatur, latius postea ibi uidenda, casu eueniẽte.

Primo ergo d. Bulla, quæ Aurea inscribitur, disponit, qualis debeat esse conductus Electorum, & a quibus, eueniẽte casu electionis, Regis Rom. in Imp. promouẽdi, ut unusquisq; Princeps Elector, requisitus alterum Coelectorem, uel eius Nuncium per loca sua, & etiam ultra, teneatur si potest, conducere uersus Ciuitatem, in qua talis electio fuerit celebranda, sic & in redeundo absq; dolo, sub pœna periurii, ac perditionis, pro illa dũtaxat uice, suæ uocis.

Secundo, idem extendit, ad uniuersos alios Principes, feuda, a Sacro Rom. Imp. tenentibus, & alios quoscũq;, & de uictualiis dandis pro communi precio, & cursu, sub pœna priuationis omnium bonorum feudorum, & possessionum.

Tertio, contrauenientes conductui, uel turbantes euntem Electorem, punit, ut supra.

Quarto, primum caput extendit, etiam si inter Coelectores esset aliqua discordia, uel inimicitia.

Quinto, astringit prædictos in prædictis, iuramẽtis, & literis firmare, pœna arbitraria adiecta.

Sexto, ꝙ siquis Princeps, Elector, uel alius, cuiuscunq; conditionis, ea, quæ ibi disponitur, adimplere nolit, Elector consortio Electorum, & uoce, & alii, feudis priuentur perpetuo.

Septimo, particulariter designat, & specialiter, cuilibet Principi electori singulares cõductus, & conductores, pro regionũ, & locorum adiacentia, magis aptos, ut ibi plene, ordinateq; describitur, scilicet, qui conducant Regem Boemiæ, qui Archiepiscopum Colonieñ. Sacri Imperii per Italiam Archicancellariũ, qui Archiepiscopum Treuereñ. Sacri Imperii per Galliam, & Regnum Arelateñ. Archicancellariũ, qui Comitem Palatinũ Rheni, Sacri Imperii Archidapiferũ, qui Ducem Saxoniæ, Sacri Imperii Archimarescallum, qui Marchionem Brandeburgẽsem, de quibus ibi late, & sic sex ponit, non septem, nihil enim est de Ar-

chiepiscopo

chiepiscopo Mogunt.

Octauo, uult, quod tempestiua sit insinuatio, & requisitio, conductus, ut requisiti commode, & oportune se ualeant præparare.

Nono, declarat iam dicta circa materiam cõductus intelligi ut unusquisque ad eum requisitus, teneatur per suas dumtaxat terras, & territoria, & ultra quanto potest remotius, absque dolo sub pœnis supradictis.

Decimo ordinat, quod Archiepiscopus Moguntinen. pro tempore, intimet literis per suos Nuncios, patentibus, omnibus Coelectoribus, electionem eandem, cum die, & termino expresso conuenienti, quo peruenire possint, & quod infra tres Menses continuos, omnes adesse debeant in ciuitate Franchfort, super Moganum, uel per se, uel per Nuncios destinatos, cum omnimoda potestate, cum literis patentibus, & sigillatis, magno sigillo, remissiueque ponit ibi formam talium literarum, quas postea ponit fol. lix. colum. ii. Intimationis, scilicet, & Procuratorii, & infra cap. xlvi. & sequen.

Vndecimo, quod cum de obitu Imper. uel Regis Rom. in dioecesi Maguntina constiterit, ex tũc infra unum mensem, a die notitiæ obitus, cõtinue numerañ. singulis Principibus Electoribus obitum ipsum Archiepiscopus Maguntinus, literis declaret. Alias iidem Principes, motu proprio, etiam non uocati, infra tres Menses post id, in dictam Ciuitatem Franchfort, ueniant electuri, Regem Rom. in Imp. promoueñ.

Duodecimo, quod unusquisque Princeps elector, uel sui Nuncii, d. Ciuitatem Franchfort, cum. CC. Equitibus tãtum, tempore præfatæ electionis, debeat introire, In quorum numero. lx. tantũ armatos, uel pauciores, secum introducat, non plures.

Decimotertio, quod Elector non ueniens, per se, uel legitime per alium, aut recedens de loco, ea uice, uoce careat.

Decimoquarto, Iniungit Ciuibus de Franchfort, ut ipsos Electores in genere, & specie, ac suos, ab inuasiõe alterius, fideli studio, protegant, & defendant, in uirtute iuramenti, quod super Euangelia statuit, eos præstare, sub pœna periurii, ac iurium omnium, permittendo omnibus, si contrafecerint, propria authoritate, eos, ut Proditores, & Rebelles Imperii impune inuadere.

Decimoquinto, mandat eadem Aurea Bulla, Ciuibus prædictis, ut per omne tempus quo agitur de electione, neminẽ in præfatam Ciuitatem cuiuscũque status, intromittant, uel intrare permittant, Principibus electoribus, & eorum Nunciis, dumtaxat

exceptis,& ingressi expellantur.

Decimosexto,uult,q; ingressi Electores,seu Nũcii eorum.d. Ciuitatem Franchfordeñ. statim sequenti diluculo, in Ecclesia S.Bartholomæi Apostoli Missam Sancti Spiritus faciãt decantari,pro utili electione futura,Demum iurẽt in Euangelio Ioan. In principio erat uerbum.&c.data forma iuramenti,per Archiepiscopum Maguñ.ut ibi,eligere idoneum inquantum discretio,& sensus eius dirigunt, remoto precio, &c. pacto,stipendio, uel promisso.

Decimoseptimo,mãdat,Electores,seu Nuncios de.d.Ciuitate non discedere,nisi prius maior pars elegerit caput temporale Populo Christiano,Regem,scilicet,Rom.in Imp. promoueñ.q; si infra.xxx.dies a die iuramenti continuos non fecerint,sed distulerint Panem manducent & Aquam , nec ex ea exeant nisi elegerint, cum effectu,quæ notan.sunt infra ad.q.xii.

Decimooctauo,declarat,electionem factã ibi per eos,uel maiorem partem eorum haberi,& reputari debere, ac si foret facta, ab omnibus ipsis,nemine discrepante,concorditer quod nota ad q. supra.xi.

Decimonono,q; tardans aliquis de Electoribus,si postea ueniat,admittatur in eo statu,in quo electio consistebat.

Vigesimo,decernit,ob antiquam,approbatam, & laudabilem consuetudinem,statim facta electione,electum,electoribus omnibus approbare & confirmare omnia iura,& priuilegia,Demum, coronatũ ẽt innouare,primo Regali nomine, secũdo Imperiali.

Vigesimoprimo,q; in casu,in quo tres Pricipes electores præsentes,seu absentium Nuncii Principem electorem præsentem, uel absentem in Regem Rom.eligerẽt,uocem illius electi si præsens affuerit,aut Nũcii ipsius,si abierit, plenum habeat uigorẽ, & eligentium augeat numerum,partemq; maiorem decernit constituere,q; notañ.est ad.q.xii.infra in fi.

Vigesimosecundo,postea eadem Bulla Aurea eiusdem Caro. IIII.Rom.Imp.ad tolleñ.lites prioritatis, in sessione, inter Mogũtiñ.Colonieñ. necnõ Treuereñ. Archiepos,Electores Sacri Imperii in Curiis,decernit ordinẽ,& modum sedendi, & in quo loco,uel manu,perpetuo ualiturum,& obseruandum, qui ibi uidendus est.

Vigesimotertio,Insuper statuit,de Principibus Electoribus omnibus,quomodo,in qualibet sessione,tam in consilio,q̃ in curia,q̃ in mensa,& locis aliis quibuscunque,ubi Imp. uel Regem

Rom.

Rom. sedere contigerit, assidere, & in quo latere debeat, & infra cap. xlix. & seq. & lvi.

Vigesimoquarto, Et q uacante Imperio, Moguntiñ. Archiepiscopus, ut supra dictũ est, conuocat Coelectores, & ipse, & non alter, singulorum uota inquirit, ordine quo ibi, scilicet, ut prima uox sit Treuereñ Archiepiscopi, sicut semper obseruatum fuit, secunda uox Colonieñ. cui competit officium & dignitas Romanorum Regi, primum Diadema regium imponendi, tertia Regis Boemiæ, primi inter electores Laicos, quarta Comitis Palatini Rheni, quinta Ducis Saxoniæ, sexta Marchionis Brãdeburgeñ. quo facto, ipsi uice uersa Maguntineñ. perquirunt, ut det ipsis uotum suum.

Vigesimoquinto, Item q in celebratione Imperialis Curiæ, Brandeburgeñ. Marchio, aquam lauandis manibus, Regis, uel Imp. Rom. ministrat, Primumq; potum Rex Boemiæ, nisi libera uoluntate, ob sua priuilegia, non tenentur ministrare, Comes Palatinus cibum afferre tenetur, Dux Saxoniæ Marschalcatus officium exercet, ut solet, ab antiquo.

Vigesimosexto, Quòd quoties uacat Imperium, Comes Palatinus Rheni in partibus Rheni Sueuiæ, & in iure Franconio, ex priuilegio debet esse Prouisor Imperii cũ potestate iudicia exercendi, ad beneficia ecclesiastica præsentandi, recolligendi reddítus, & prouentus, inuestiẽdi de feudis, iuramenta fidelitatis pro Imperio recipiendi, Quæ omnia postea electus Rex Rom. innouat, & de nouo recipit iuramenta, feudis Principum, dumtaxat exceptis, & illis, quæ Vanlehen, uulgariter appellantur, quorum inuestituram, & collationem soli Imp. uel Regi Rom. specialiter reseruat, & dixi infra. q. cx. casu. cccxvii.

Non. tamẽ ipse Comes alienat, seu obligat res Imperiales, dicto tempore, Idemq; ius cõcedit Duci Saxoniæ, in illis locis ubi Saxonica iura seruantur, ut supra.

Vigesimoseptimo, q Imp. siue Rex Rom. super causis, pro quibus impetitus fuerit, habet (sicut consuetudine inductum fuit) respondere coram Comite Palatino Rheni Electore, scilicet, & Archidapifero, Illud tamen iudicium is, alibi exercere non potest, præterq̃ in Imperiali Curia, ubi Imp. seu Ro. Rex sit pñs.

Vigesimooctauo, Decernit eadẽ Bulla in. d. lib. fol lviii. q null lus alius Princeps præfertur, dictis Electoribus Ecclesiasticis, & Secularibus, in actibus ad curiam spectantibus, & signanter, q Rex Boemiæ quemcunq; alium Regem antecedat.

Vigesimonono, q cum Rex Boemiæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandeburgeñ. uirtute regni eorũ cum cæteris Principibus Ecclesiasticis, suis Coelectoribus in electione Regis Rom. in Imp. promoue. ius, uocem, & locum habeant, statuit perpetuo ualitura. l. q post mortem eorũ potestas, & uox electionis huiusmodi, ad filium primogenitum laicum legitimum transeat, uel illo non extante ad eiusdem primogeniti primogenitum laicum similem, & eis deficientibus, ad seniorem fratrem laicum, per ueram paternalem lineam descendẽtem, mox ad illius primogenitum laicum, & existentibus eorumdem hæredibus masculis primogenitis, defectum ætatis patientibus, frater senior eiusdem primogeniti tutor existat, & administrator, donec ætas legitima uenit, quam in Principe electore. xviii. annos completos taxat. Si uero aliquis locus Electorum omnino uacaret, tunc Imperator, seu Rex Rom. pro tempore de eo prouidet, tanq̃ de re ad se, & Imperium legitime deuoluta. Saluis semper priuilegiis, & iuribus, & consuetudinibus Regni Boemię, super electione Regis in casu uacatiõis per regnicolas, qui ius habent, inquit, eligendi Regem Boemiæ, &c. concessis ab Imperatoribus, & Regibus Romanorum, & quæ infra cap. lv.

Trigesimo, ponit immunitatem Regis Boemiæ, & Regnicolarum eius, præcipue de non trahendis subditis, uel causis extra regnũ eius, sub pęna nullitatis, & pditionis causarũ, ipso facto.

Quadragesimo, q quilibet Priceps Elector Secularis, uel Ecclesiasticus, omnes Mineras Auri Argenti, & cuiuslibet metalli etiam salis, tam inuentas, q̃ inueniendas, licite, & libere teneant, & habeant in terris, & pertinentiis eorũ, cum omnibus iuribus, nullo excepto, neq; nõ Iudæos habere Theloniá in præterito indulta percipere. Et nota, q hic est error in. x. cũ. stat tamẽ, ut constent remissiones supra, & infra ad hæc cap. q sub hoc nu. citant.

Quadragesimoprimo, q Rex Boemiæ in regno suo Monetas possit cudi facere, Auri, uel Argenti, quę placuerit. Quodq; liceat ei emere ab omnibus, Terras, Castra, & possessiones, uel in donationem, aut obligationẽ recipere, propria, scilicet, ut propria, & feuda, ut in feudum, saluo iure Imperii. Idemq; ius demũ extẽdit ad uniuersos Electores, tam Ecclesiasticos, q̃ Seculares, & legitimos hæredes ipsorum.

Quadragesimosecundo, extẽdit, quod supra dictum est. xxx. loco de immunitate Regis Boemię ad Ecclesias Moguntiñ. Treuereñ. & Colonieñ. appellationibus debitis in eodem iudicio,

non

non alibi, iustitia non denegata, quia tunc dumtaxat ad Imperialem curiã, & eius præsidẽtẽ. &c. & dixi infra. q. cx. casu. cccxviii.

Quadragesimotertio, statuit eadem Bulla Aurea Caro. IIII. Rom. Imp. ꝙ iidem Principes Electores de cætero per singulos annos semel transactis, a festo Resurrectionis Dominicæ, quatuor Septimanis continue numerandis, in aliqua Ciuitatum sacri Imperii personaliter congregentur, tractãtes communem salutem, & pacem, conuiuiis interim moderatis, ut ibi dicitur.

Quadragesimoquarto, reuocat oĩa priuilegia, & literas quibuscunq; concessas, seu concedeñ. quæ libertatibus, uel iuribus, Principum electorum Sacri Imperii ecclesiasticorum, uel secularium, in aliquo derogarent, etiam quibuscunq; clausulis derogatoriis derogatariarum suffultas.

Quadragesimoquinto, ponit de his, quibus, ut indignis, auferuntur bona feudalia. Itẽ & de cõspirationibus Psalburgeriis in partibus Alemañ. nũcupatis, hoc est, de deserentibus loca Prĩcipum, procurantibus se in aliis ciuitatibus recipi. Item de diffidationibus, quæ materiam nostram Electorum, uel electionis Sacri Imperii principaliter non concernunt, ideo non summo.

Quadragesimosexto, tradit insuper formam literarum intimationis pro electione Romanorum Regis fienda, cuilibet Electori, ut tetigi supra cap. x.

Quadragesimoseptimo, Item, & formam procuratorii mittendi per eum Principem electorem, qui Nuncium suum ad electionem faciendam duxerit destinandum, cum ipse personaliter non accederet, ut tetigi supra. d. cap. x.

Quadragesimooctauo, ponit de unione principatuum Electorum, & iuriũ eis cõnexorũ, quę pariter nihil ad nos pro nũc, hic.

Quadragesimonono, de ordine processionis, & deambulationis inter Archiepiscopos Electores, quoties insignia ante faciẽ Imp. portari contigerit, ultra iã dicta supra ca. xxii. & seq. infra.

Quinquagesimo, de ordine processionis Principum electorũ, & per quos insignia deportentur, ultra iam dicta supra cap. xxiii. scilicet, ut Dux Saxoniæ Ensem Imperialem deferat, Comes Palatinus Pomum, Marchio Brãdeburgeñ. Sceptrum, Rex Boemiæ Regem ipsum immediate, nullo interueniẽte, sequatur, & quæ infra cap. lvi.

Quinquagesimoprimo, de benedictionibus Archiepiscoporum, in præsentia Imperatoris.

Quinquagesimosecundo, punit conspirantes in necem Electo

rum, pœna læsæ maiestatis. &c.

Quinquagesimotertio, decernit alienationes postea factas nullius momenti esse, & alia in materia huiusmodi de uxoribus, & filiis, & reuelantibus.

Quinquagesimoquarto, ꝙ etiam post mortem nocentium, inquiri possit, & ꝙ serui in caput domini, torqueri possunt.

Quinquagesimoquinto, de integritate principatuum Electorum Secularium seruanda, & dimembratione non faciēda, & de Primogenitis succedentibus in principatu, nisi mentecaptus, fatuus, seu alterius famosi defectus, & notabilis existeret, quia tūc Secundogenitus, uel senior frater, seu consanguineus laicus proximior in recta linea paterno stipiti succedat, qui tamē apud alios fratres, & sorores se clementem, & pium exhibeat, interdicta tamen dimembratione. &c. quæ addenda sunt supra cap. xxix.

Quinquagesimosexto, de Curia Imperiali, & sessione solēni, ut Archicancellarius super Baculo Argenteo omnia Sigilla, & Typaria Imperialia, & Regalia portet; Seculares Prīcipes Sceptrum, Pomū, & Ensem, ut supra ca. l. Item primo Corona Aquisgrani, Secundo Mediolañ. quando iam est Coronatus Imperator, & gestabunt aliqui Principes inferiores, quos eliget Imperator, & ꝙ Imperatrix etiam subsequitur Imp. post Regem Boemiæ amicta Insigniis, associata Proceribus, suisq; comitata Virginibus.

Quinquagesimoseptimo, de officiis Principum Electorum in solennibus Curiis Imp. uel Reg. Rom.

Quinquagesimooctauo, de iuribus Officialium, dum Principes feuda ab Imp. recipiunt, & ꝙ Electores ad dandum, uel soluendum aliquid non tenentur alicui, cum ipsi feuda recipiunt, nisi sponte, Porro cæteri sic, quantitatis, ut ibi late.

Quinquagesimonono, Mandat, ꝙ cum Sacri Rom. Imp. celsitudo diuersarum nationum moribus, uita, & idiomate distinctarum linguis habeat gubernacula moderari, ut plures intelligāt, & intelligantur a pluribus, dum Cæsari assistunt, releuando, filii, & successores Electorum Secularium, quatuor, ultra Theutonicum idioma naturaliter indito, præsumptiue a. VII. ætatis Anno in Grammatica, Italica, ac Slauica linguis instruātur. Ita ut infra. XIIII. Annum ætatis, sint proportionabiliter eruditi.

Sexagesimo, Finis est Aureæ præfatæ Bullę Caro. IIII. Rom. Imp. In qua in. d. lib. Fasciculus rerum inscripto, prædicta de electione Rom. Regis in Imperatorem subinde promoueñ. aliorūq;

Principum

Principum Electorum, seu eligentium celsitudines commemorantur, a fol.liiii.usq; ad fol.lxii.quæ hic summatim per conclusiones breuiter, ut fieri potuit, transposui, ut magis omnibus innotesceret, quibus sic ad manus peregrinus ille hactenus liber non peruenit, quod nō ab re factum putaui, & eo curiosum lectorem pro latiori lectione relegamus prædictis non contentum.

Et dicit no. Bal. in tit. de feud. March. post prin. q; in dignitatibus non est hæres, no. ratione de qua ibi, & sicut radii Solis nō possunt ab eo separari, Ita nec iurisdictio a Repu. unde orta est, & cuius causa uigorem obtinet, & cum dignitas sit propriū munus, & decus totius uniuersitatis, non transmittitur. &c. licet hodie sit in contrarium usurpatum, ut uendantur dignitates, & iurisdictiones, ut hæreditarium pecus, & ouile, heu, ac ueh nobis miseris.

NONA QVAESTIO.

1 *Quis eligi possit in Imperatorem, idest, in quo gradu existens.*
2 *Priuatus etiam eligi potest in Imperatorem.*
3 *Papa potest eligi etiam non Cardinalis.*
4 *Christus elegit ignobiles.*
5 *Filius post patrem potest eligi in Imperatorem.*

1 NONO Quæro † quis eligi possit in Imperatorem, idest, in quo gradu existens, & quidem iura hoc expresse non uidentur determinare. Ideo Bal. in d. tit. de pace constan. in uerbo concesserimus. iii. q. dicere uidetur, q; quilibet possit in Principem eligi, in quem eligentes consenserint, licet prius uidēdum est, an electus Imperio sit dignus. per. l. fi. C. de quadri. præscrip. ibi, siue ab his, qui postea dignus sit nomine Imperiali, in. §. ꝗ omnia. Subdens, q; de dignioribus tamen est eligendus, nec dedignenē alii Milites, Comites, & Barones, qui non sedent in tam alto cubiculo, quia potentioribus pares esse non possumus. Et sic supponit Bal. non esse determinatum gradum in quo debeat esse eligendus Dux, Comes, uel Marchio, uel aliquo alio gradu constitutus, dumtamen dignus sit, facit. c. legimus. xciii. dist. ibi, Imperatorem faciat exercitus, & in. c. uenerabilem. supra alleg. §. obiectioni. presupponitur eligi posse Ducem, alsi uel Regem. Et in effectu quilibet Princeps uidet, q; possit eligi, etiam si nō sit Dux, ut est tex. no. in. d. c. uenerabilem. ad fi. de elec. ibi, & in præiudi-

cium Principum redundaret, si non nisi de domo ducis. &c. Referendo Principum ad eligendos secūdum unum intellectum, Imo
2 forte, † & quilibet priuatus posset eligi, si ita uideretur Electoribus, arg. eorum, quæ supra dicta fuerunt. vii q. pro opi. contra Abb. ibi. Item arg. c. Moyses. xi. q. i. ibi, ut sciremus principatū in populo sanguini non deferendū, sed uitæ. & quod legit Psal. cxii. ibi, Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem, Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Et ibi, Vir sum pauper, & tenuis, & Dauid pastor fuit, pascēs gregem, ut in historia Goliath nomine Philistæus. de Geth. i. Reg. cap. clxxi. Vnde ipse Dauid dicebat d. loco cap. xviii. D. ad Saul. Quis ego sim, aut quid est uita mea, aut cognatio patris mei, in Israel, ut fiam gener Regis, & tamen fuit per uiros Iuda unctus in regem, super domum Iuda, ut. ii. Reg. cap. ii. A. & B.
3 & alii similes. † Et simile uidemus in Papa, qui licet eligendus uideatur de collegio Cardinalium. c. oportebat. lxxix. distin. c. in nomine domini. xxiii. dist. uersi. eligatur. Tamen & extra quilibet priuatus eligi potest, & uxoratus, ut in. c. licet. & ibi Abb. de elec. iiii. no. & glo. in. c. si quis pecuniam. d. dist. & Moder. in d. c. licet. iii. col. & per Augu. de Anco. in suo lib. de pote. Papæ.
4 q. vi. artic. iii. † Et dominus noster Iesus Christus, cuius omnis actio, nostra est instructio. c. significasti. de elec. extra. c. Deus. ii. q. i. & quemadmodū ipse fecit, nos facere debemus, in fratres, & Principem Apostolorū Piscatores ignobiles elegit. Vnde dicebat Apost. i. ad Corinth. ad fi. uidete uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & fortia, & ignobilia mundi, & contēptibilia elegit De-
5 us. † Vnde notandum est, ꝙ licet hodie Imperium successione non deferatur, sed electione, ut supra uidimus, non tamen repugnat, nec est inconueniens, ꝙ filius post patrem promoueatur ad Imperium per uiam electionis, ita nor. post Ang. de Periglis nostrum Perusinum, & Imo. post illum tex. Ias. not. & declarat in. l. licet. in. i. not. de leg. i. facit tex. in tit. de pace constan. in prin. in usib. feud. ibi, & filius eius N. Romanorū Rex Augustus, & in c. priuilegia. eodem titulo in uerbo filio nostro concesserimus. & ibi Bald. in glo. non tamen, ꝙ id omnino fit necesse, quis potest & de alia domo eligi, ut est expressum in dicto. c. uenerabilem, ad finem.

Decima

DECIMA QVAESTIO.

An eligatur in Regem, uel Imperatorem.

DECIMO Quæro in quem eligitur? in Regem, an in Imperatorem? licet docto. simpliciter dicant, & loquantur de electione Imperatoris, tamen iura uidentur, cum aliquali ministerio loqui, quia tex. in. d. c. uenerabilem. post prin. dicit, personam electam in Regem, & promouēdam ad Imperium, & sic non dicit personam eligendam in Imperatorem, sed dicit in Regem, & promouendam ad Imperium, sic tex. in clemen. i. de iure iur. in prin. dicit, potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodū promouendum, & sic ex electione illorum, ad quos spectat, uidetur, q̄ fiat Rex, promouetur postea in Imperatorem per Papam, Vnctione, Consecratione, & Coronatione, ut infra uidebimus. xvii. q. suo loco. & seq. & tex. in. c. i. xxiii. dist. uersic. eligatur. ibi, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo cō cedente, speratur, & ita simpliciter sentit (licet nihil alleget) Io. Vgo. in. d. lib. Quadruuii Ecclesiæ. char. xxix. §. sed &. in princ. Sed tex. in. d. c. ad apostolicæ. ad fi. de re iudi. in. vi. dicit simpliciter, illi autem ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectat electio, nisi soluas (subaudiendo, scilicet, promouendi) iuxta supra allegata iura, sic & declaretur tex. in. d. c. uenerabilem. ad fi. ibi, ad Imperium assumēdus, iuncta. l. non est nouū. & l. sed & posteriores. ff. de legi. cum simi. & Abb. in. d. c. uenerabilem. in. iii. col. not. illum tex. ibi, electum in Regem, q̄, scilicet, quis primo eligitur in Regem, postea in Coronatione promouetur ad Imperiū, & q̄ secundum Io. an. ibi, eligitur in Regem, scilicet, Alemaniæ, Sed Io. Cal. q̄ melius dicitur in Regem Romanorū, & q̄ ita loquitur tex. in clemē. i. de iure iuran. dic tu. §. i. ibi, Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem. glo. Io. and. ibi dicit, Regem, qui, scilicet, nondum Coronatus erat, & idem ibi Zaba. idē clare probat tex. in. d. clemen. i. §. nos itaq; ibi, dictus namq; Henricus, q̄primum fuit in Regem Romanorum electus, & in. §. nos eodē. ibi, ipsum nominauimus, denunciauimus, & declarauimus in Regem Romanorum. & in. §. cæterum. ibi, ipsumq; in Regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postea promouendum, & ita concludit Abb. d. loco per illum tex. q̄ per electionem dicitur Rex Romanorum, in coronatione Imperator, de quo infra uidebimus suo loco. q. xlv. Idem sentit liber sacrarum Cæremoniarum. sectione. v. lib. i. c. i. in prin. dum exorditur, electus Rex, fu-

turus Romanorum Imperator.&c.& idem tex.in.d.clemē.i. ibi, ego.N.Romanorum Rex,futurus Imperator annuēte domino. Idem not.Card.ibi in.§.nos.ii.oppo.& in.§.porro.ii.not. & in.§. dudum.ii.no.& de iure ciuili ipse met Imperator sentit,& suppo nit in tit.de alodiis in usib.feud.ibi,ad suscipiendam Imperii co ronam Regem non adiuuauerit.& tex.in extrauag. ad reprimē. in uerbo Rom.Imperatores,uel Reges,cum glo.& tex. in.d.cle. in fi.ibi,ante coronationem Regio Sigillo, post coronationem Imperiali Aurea Bulla,& hic adde,quæ sunt infra.xlv.q.& text. in.c.tibi.lxiii.dist.ibi,ego Rex Otto,& idem late Iac.alua.post illum tex.in tit.de noua forma fidelit.i.col.in usib.feud. Et dici Rex Rom.in Imperatorem promouendus, patet clare ex Aurea Bulla Caro.IIII.Rom.Imp. lata super conductu Electorum,& a quibus,& super Electione,quā uidi impressam nouiter in lib. quodam,qui inscribitur fasciculus rerum.fol.liiii.& seq. de qua etiam supra dixi.viii.q.ad fi. in multis cap. eius, & præcipue.xx. ubi est,ꝙ electus,Regali nomine confirmat, coronatus uero Im periali,& in ea, ita semper denominatur, Rex,scilicet, Roma.in Imp.promouendus.

VNDECIMA QVAESTIO.

1 *An sufficiat eligentium maior pars.*
2 *Electio concors,& quid concorditer factum quando dicatur.& nu.seq.& .5.*
3 *Concordia duplex.*
4 *Maior pars communiter sufficit in electionibus.*
5 *A regula non est recedendum,nisi probetur.*
6 *Conuenire in unum quid sit.*
7 *Argumentum a speciali ponit regulam in contrarium.*
8 *Electores Imperij,an eligant,ut collegium,an ut singuli & in.xv.q.nu.7.*
9 *Electi persona,an computetur in numero eligentium,ut fiat maior pars.*

1 VNDECIMO Quæro, † an sufficiat eligentium maior pars omnium,uel requirantur duæ partes, sicut ał's in ele ctione Papæ,iuxta.c.licet.de elec.extra.cum simi. & respondeť, ꝙ sufficit maior pars Electorum,nec requiritur consensus omni um,prout communiter contingit in electionibus aliorum præla torum.d.c.licet.in fi.Ita probat tex.in.d.c.uenerabilem.de elec. in.§.obiectioni.in uersi.q̄uis plures ex illis.& ibi Abb.no.& te net.

net.iiii.col.in prin.Sed cauendum est, quia fortiter obstare ui-
detur tex.in clemẽ.i.de iure iur.in.§.nos eodem.ibi, facta nobis
2 de electione huiusmodi concordi, & legitima plena fide, † & ele
ctio concors uidetur dici quando omnes cõsentiunt, & nemine
discrepante, ut declarat glo.not.in.c.cupientes.in.§. ad hæc. in
uerbo concordem.de elec.in.vi.post Guliel.Gar.& Archi.& iu-
ra de quibus ibi, idem not.in.c.quorundam.eod.tit.& lib. & ita
proprie quid concorditer factum dicitur, quia dicitur ab unio-
ne, & conuentione cordis concordia.l.reprehendẽda.C. de inst.
& subst.Arch.in.c.indemnitatibus.de elec.in.vi.Idem gl.in cle-
men.ne romani.in uerbo concorditer.de elec.in.§.eo tamen.quę
firmat nõ dici cõcorditer factũ, quod a maiori parte factum sit,
etiam si unus tantum discreparet, text.& Abb. in.c. in causis.de
elec.extra, tex.& ibi Bal.Ancha.& alii ultra tex.ibi, qui uidetur
probare factum a maiori parte, & factum concorditer poni ut di
uersa, in.l.suum.§.hodie.ff.de pac.cum similibus.quæ nota sunt.
¶ Quid dicẽdum? Alex.in.d.§.hodie.dicit multis.Primo cumu
latis pro dicta opi.ꝙ in contrarium est glo.in.c.ubi periculum.
§.idem.in uerbo singulis.de elec.in.vi. Quæ dicit se als dici con
suetam factum a maiori parte, dici factum concorditer, per iura
de quibus ibi, licet in casu de quo ibi ob text. ibi expressum se-
cus, & Alex.d.loco uidetur tenere post Card.& Rom. ubi ibi, ꝙ
improprie, & iuris fictione, factum a maiori parte dicitur cõcor
diter factum, non proprie, cum quo transit Decius in.l.aliud.§.
refertur ad uniuersos.ante fi.ff.de reg.iur.ꝙ scilicet, uerbũ con-
corditer importet, nemine discrepãte, post Abb.Card.tex. & gl.
ubi ibi.Et Bal.no.in suo diuino consilio scismatis.col.vi. quod
ponitur post titulũ.C.siquis aliq.test.prohib.ante fi.uersi. & est
3 notandum. † Dicit, duplicem esse concordiam, plenam, quando
nemo discrepat, aliã duplæ partis in electione Papæ, uel maioris
in aliis, & hęc dicitur secundũ eum concordia, non respectu per-
sonarum, sed respectu actus, quia est tanta, & talis, quãta, & qua-
lis sufficit in ipso actu. Vnde ex præmissis uidetur, ꝙ si proprie
quid concorditer factum dicitur, cum omnes, nemine discrepan
te, faciunt, ut & late Abb.ipse in.c.non potest.de re iudic.penul.
col. & Alexã.pro cõi in consi.cxxiiii.in causa.lib.ii.i.col.& seq.
plene, & ego do bonum text.in tit.de pace constan.c.in Christi-
ante fi.in usibus feud.ibi, quæ cõcorditer omnes, uel maior pars
mihi fecerint, licet ibi adsit uerbũ omnes.& Alex.in consi.xlviii.
ii.col.lib.vii.dicit, ꝙ concorditer dicitur factum, cum nemo di-

screpet, secundum communem opi. quando uerba referuntur ad singulares personas, non ad collegium; post Pau. Card. & Bal. & praecipue cum est dictum de plena concordia in no. q. de stando ei, qd' laudabūt arbitri, concorditer tex. in d. clem. i. de iure iur. in d. §. nos eodem. dicit de electione concordi, ergo maior pars non sufficiat. Quia a proprietate uerborum, in dubio non est recedendum iuribus uulg. Sed saluādo Abb. in d. c. uenerabilem, qui tenet maiorē partem sufficere, in casu nostro, per bonū text. ibi, quis plures ex illis &c. potest responderi ad illud uerbum, concordi electione, in. d. §. nos eodem. q. ibi adsit ulterius uerbū legitimam, quod uerbum uidetur uerificari in maiori parte, per regulam. l. quod maior. ff. ad muni. nemo enim negat, legitimam electionem regulariter dici, quae a maiori parte facta est, per regulam. d. l. quod maior. cum simi. c. apostolica. ibi, canonicā, cum glo. l. vi. dist. c. cum inter canonicos. de elec. extra, & ita in q. n. sufficere Electorum Imperii maiorem partem, probat bonus tex. in d. c. uenerabilem. ante medium, ibi, cum electioni plus cōteptus unius, q̄ contradictio multorum, obsistat. Quae uerba non caderent bene si omnes, nemine discrepante, consentire debent, ut bene intuēti patet, & facit regula. l. aliud. §. refertur. ad uniuersos, quod a maiori parte fit. ff. de regu. iur. & quod notanter tradit Abb. in c. cum olim. in fi. de re iud. ubi not. declarat, q. cum Papa mandat iure communi, ut aliqui eligant concorditer, tunc uerbū concordia, stat improprie, & uerificatur in concordia ficta maioris, scilicet, partis. d. §. refertur. et ad id illum tex. in d. c. cum gl. singulariter notat, q. illa uerba plena omnium concordia, prolata in materia iuris in negotio uniuersitatis, ex quo non apparet Principem aliter uoluisse immutare, debet impropriari, et reduci ad terminos iuris, ut uerificetur in maiori parte uniuersitatis, haec ille, cum quo simpliciter transeunt Moder. in d. §. refertur. ad fi. et in c. licet. iii. col. iii. no. de elec. extra, post Arc. etiam no. in. l. pro haerede. §. fi. ff. de acquir. haeredi. quae ultima uerba satis congruunt pro solutione, et intellectu supra relato ad. d. uerba in d. §. nos eodem. concordi, et legitima electione, quia, scilicet, dicit legitima, iuncta regula. d. §. refertur. et. d. l. quod maior. et d. c. apostolica. cum simi. iuncta. l. legitima. ff. de pac. Mod. in. l. actus legitimi. in prin. ff. de reg. iur. l. i. C. quando non pet. part. et ibi Saly. Item quia Papa ibi contingentiam facti referens, nō apparet, q. uelit regulam iuris, (q. maior pars sufficit in electiōibus) immutare, ibi, facit dictum glo. sing. in. l. unica. C. quando

non

non peten.par.cum simili.& q no.Anto.sicu.in no.suis in uerbo consultatio. Item sumus in negotio uniuersitatis, ut infra uidebimus.xvi.q.uers.in.q.autem nostra.post Abb.in.d.c. uenerabilem.iiii.col.post prin.post Io.an.& hoc modo considerando cuicatur ille satis fortis tex.in.d.§.nos eodem.& iustificatur opinio Abb.in.d.c.uenerabilem.iiii.col.in prin.scilicet, q in electione Imperatoris prevalet quicquid fit a maiori parte electorum, nec requiratur omnium consensus, nec duæ partes eorum sicut in ele
4 ctione Papæ, † sed sufficiat maior pars, sicut communiter cōtingit in electionibus aliorum prælatorum, ut.c.licet.in fi.extra de
5 elec.cum simi. † a qua regula communi, iste casus noster præcise exemptus non uidetur, igitur &c.iuxta doctr.not. Barth.in.l. quotiens.ff.siquis cau.glo.in.l.omnis diffinitio.ff. de regu.iur. Mathes.not.xix.nota, q sententia Dñi de Rota decis.ccclxxiiii. fuit.in nouis.Mod.in.c.iii.col.fi.ante fi.extra de appel.cū simil. ego soleo allegare tex.solitarium in.l.antiquitas.uers.quare.C. de usufr.& quia Princeps etiam iure cōmuni uti uult.ll.uulgaribus.l.digna uox.C.de legi.l.ex imperfecto.C. de testa.l. cum hæredes.C.qui testa.face.pos.Et pro prædictis addi potest ulterius, q illud uerbum cōcordi, in.d.§.nos eodem.Importet omnium consensum nemine discrepante, scilicet, cum sumus in materia in qua habetur relatio ad singulos, secus si ad collegium, uel ad uniuersitatem referatur, quicquid dicat Abb.in.d.c. non potest.penul.col.ubi cōtra tenebat quia Bal.ita not.distinguit ibi, ut refert, & tenet Deci.in.d.§.refertur. ad fi. Sed quia contraria opinio Abb.uidetur uerior in puncto iuris, ut in.d.c.non potest. penul.& antepe.col.Fely.tradit, & tenet, & cum Abb.etiā Alex. d.consi.cxxiiii.in causa.ii.col.post prin.ii.lib. & ultimo do.Ias. in.l.de fideicommisso.ante fi.C.de transac.præcipue, cum plena concordia requiritur. Tutior uidetur responsio nostra, & declaratio, de qua supra diximus ad.d.§.nos eodem.in.d. uerbis concordi electione, quæ multum ponderanda sunt in hac.q.Pro qua etiam aduertendus est tex.in.d.c.uenerabilem. de elec.in.§.obie
6 ctioni.ante fi.† dum dicitur nūquid si Principes admoniti, & expectati, uel non potuerūt, uel noluerunt in unum propositū conuenire, sedes Apostolica aduocato carebit.&c.Ponderando illa uerba, in unum propositū conuenire, iuncta.l.i.in prin ff.de pac. & in.§.i.ibi, nam sicut cōuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in unum locum colliguntur, & ueniunt. Ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, idest, in unam sententiam decur

runt, facit.l.cũ hic ſtatus.§.ſi ambo.ff.de dona.inter uir. & uxo. ibi, commonentibus, cui etiam tex.tenendo cum Abb. ſupra erit reſpondendum, ꝙ ſatis in unum propoſitum cõueniunt, cum maior pars conuenit iuris intellectu, & effectu, ut ſupra de uerbo cõcordi dictum eſt. Et pro opi. Abb. de qua ſupra, ſcilicet, ꝙ maior pars eligentium Imperatorem ſufficiat, iuxta communem regulam electionum adducitur bonus tex. & not. arguendo a ſpeciali in Papa.in.c.licet.in fi.extra de elec.ubi tex.uolens, ꝙ Pontifex debeat eligi a duabus partibus Cardinalium reſpondet tacite obiectioni, & dicit ex hoc tamen nullum canonicis conſtitutionibus.&c.generetur, in quibus maioris, & ſanioris partis debet ſententia præualere, quia ꝙ in eis dubium inuenerit, ſuperioris poterit iudicio diffiniri. In Romana uero Eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur, quia nõ poterit ad ſuperiorem recurſus haberi.

7 † Ergo ſi ſpeciali ibi, idest, in electione Papæ, & propter dictam cauſam, & rationem, ergo alˢ, & ceſſante illa ratione ſecus erit, iuribus uulg.l.ius ſingulare.l.quod uero.ff.de legi.l.i.ff.ad municip.not.in.l.exigendi.C.de procu.c.præſenti.§.loca.de præben.in.vi.Rota deci.ccccl xvii.auditor.in prin.in nouis.c.cũ ceſſante.de appel.& notata per glo.& doc.in.l.i.in fi.prin.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdic.cum ſimi.quę nota ſunt. Idem etiam tenet Io.an.in addi.ad Spec.in tit.de reſcrip.præſen.in.§.ratione autem cauſæ.in uerſi.item quod obtentum eſt.in uerbo electione.in litera.V.in fi poſt Yppoldum.

8 † Quia eligunt ut Collegium Electores, & in collegiis, idest, regulare, ut maior pars ſufficiat. Idem ſentit, & ſupponit Per.de Monte in.d.trac.de monarchia.ante fi.v.q.dum ſimpliciter quærit, an electus concorditer, uel a maiori parte ſit uerus Imperator ante coronationem ergo manifeſte ſupponit ſufficere eligi a maiori parte. Et addo, quod Marti.Laud.in.d.ſuo trac.de princi.not.xxv.incip. Imperator. Idem ſentit ſimpliciter (licet prædicta non intret) ꝙ electus in concordia, uel a maiori parte omnium, poſſit iura Imperialia adminiſtrare, & exercere iuriſdictionem. Idem ſpecialiter notat in no.cccccliii.electio.alleg.Io.an.in addi.ad Specu.in ti. de reſcri.præſen.& idem cum Io.an.ibi, ut, ſcilicet, ualeat electio facta a maiori parte Electorum, ſicut regulariter eſt in cæteris collegiis, tenet Iac.alua.in.c.i.in princ.quis dicatur Dux.col.v. in uſibus feud. Et ſic cautum etiam legitur in conſtitutione Ludouici Imperatoris, quam in alio propoſito regiſtrat ad literam Gurgeñ.in.d.ſuo opuſculo.char.xxix.§.hac de re.col.iii.ibi, electus in

ctus in Imperatorem concorditer, uel a maiori parte Electorum ex sola electione censeatur pro uero Imperatore. &c. quam constitutionem Ludouici pariter in alio proposito ultra eum, etiam refert Albe. in. l. bene a zenone. C. de quadri. præscrip. col. vii. ut scribit Deci. in. c. nouit. v. col. de iudi. extra. Et addo, q particulariter etiam ad idem q maior pars eligentium sufficiat, est Bulla Caro. IIII. Rom. Imp. quam supra retuli in. q. viii. ante fi. cap. xvii. & seq. Argumentum tamen de iure contra, q omnes præcise consentire debent, nec sufficiat maior pars, quia cum certus numerus eligentium sit taxatus, ut supra, dicta regula maioris partis non uidetur procedere, ut per Abb. in. c. prudentiam. in prin. iii. col. & ibidem do. Deci. ii. limi. extra de offi. deleg. nisi dicas, hic de substantia consensum omniũ non requiri, licet bene omnibus, ius competat conueniendi. † Persona autem electa quando de Electoribus esset, q uidetur posse fieri, ut infra. q. seq. dicam, an computetur in numero eligentium, ita q dicatur habere maiorem partem electorum, uide per Abb. in. c. cum in iure. de elec. col. ii. l. iiii. & ibi scrib. ff. quod cuiusq; uniuer. nomi. Bar. in. l. nominationum. C. de decurio. lib x. Et ego specialiter reperio decisum esse in eadem Bulla Caro. IIII. Rom. Imp. ut supra retuli d. q. viii. ante fi. cap. xxi.

9 (margin number beside "bus, ius competat conueniendi")

DVODECIMA QVAESTIO.

1 *Infra quantum tempus eligere debeant Imperatorem electores. & nu.* 2.
3 *Imperator est procurator, defensor, & aduocatus ecclesiæ.*
4 *Electores possunt unum ex se, eligere Imperatorem.*
5 *Electores debent Imperatorem eligere infra.* XXX. *Dies continuos, alias panem, & aquam habent tantum.*

1 DVODECIMO Quæro † intra quantum tempus debeant eligere in Imperatorem promouendum Electores? Glo. fi. in. c. ad apostolicæ. de reg. iur. in. vi. dicit, q licet in aliis electiõibus, statuta sint tempora, ut in. c. ne pro defectu. de elec. &. c. ii. de concess. præben. cum simi. in Imperatore tamen non est statutum certum tempus a iure, dictis Principibus. Idem Cardi. in. d. clemen. unica. siue prima de iure iur. in fi. prin. & Abb. in. d.
2 c. uenerabilem. iiii. col. ante fi. † Addo, q in Papa uidetur determinatum tempus, ut eligi debeat infra tres dies, postq̃ Domini Conclaue intrauerint, demum dãtur quinq;, diminutis cibis, post

eos panis, uinum, & aqua, ut celerius prouisio expediatur, ut legitur in.c.ubi periculum.§.in conclaui.de elec.in.vi. Vnde in Imperatore promouēdo electo, uidetur, q pariter, q̄ citius fieri pos
3 sit, eligatur, & eligi debeat, † Quia cum & ipse ꝓcurator, defensor, & aduocatus Ecclesiæ dicatur, ut supra late diximus.ii.q. & vi.uacatio eius posset esse periculosa.arg.c.ubi periculū.in pric. de elec.in.vi.&.d.c.ne pro defectu.c.q̄ sit. de elec.in.vi.c.oblate. de appel.ad fi.cum glo.& in extrauag. Io.xxii.de postu. prælat. in prin. Ideo ei, ut citius fieri potest, occurrendum erit.c. cupientes.in prin.de elec.in.vi.cum simi.& cū Abb.etiam in hmōi.q.in d.iiii.col.tenet Io.lecirier in trac.de primogenitura.xii.q.ii.lib.
4 §.fi.viii.uol.Trac.nu.37.uers.alia.q. † Et ipsi Electores possunt unum ex se eligere.not.Bal.in.l.plane.i.lec.ff.q cuiusq; uniuer. nomi.in fi.subdens, q ita fecerunt in Imperatore, qui fuit tempore suo, & in Auo suo, & de dicto Bal.meminit Io.de ana. in.c.fi. de sortile.extra, col.iii.ed prin.& Io.and.in.d.§.fi.quod adde ad q.vii.supra, & est, ut supra dixi præced.q.ad fi.specialiter de hoc
5 in Bulla Caro.IIII. relata supra per me in.q.viii.cap.xxi. † Et in eadem Bulla cauetur, q Electores congregati debent eligere infra.xxx.dies continuos, aľs panem tantū manducent, & aquā, neque discedere possunt, nisi cum effectu eligant, ut dixi.d.loco cap.xvii.illius Bullæ.

DECIMATERTIA QVAESTIO.

1 *Negligentibus Electoribus solitis, quis eligit.*

2 *Moneri debent eligentes, ut eligant, cum tardant.*

3 *Papa, an Electores, uacante Imperio, priuare possit, nolentes eligere.*

1 DECIMOTERTIO Quæro, † quid si illi, ad quos spectat regulariter eligere, sint negligentes, quis eligit? Glo.fi.in.d.c.ad apostolicæ.de re iudic.in.vi.dicit, q illis prius admonitis per Papam, ipse Papa eligit, & ad eum ius, & potestas prouidendi deuoluitur.per tex.in.c.uenerabilem.de elec.dic tu: ad medium, uersi.q aut cum in electione.præcipue ibi, nunquid autem si Principes admoniti, & expectati, uel non potuerunt, uel noluerunt in unum propositum cōuenire, Sedes Apostolica ad uocato, & defensore carebit.& ibi gl.in uerbo fauere.in fi.Idem Inno.in.c.cum tu.de consti.& cum Inno.idem Bald.in.l.fi.C.de quadri.præscrip.i.lec.col.fi.uersi.& ibi etiā.& idem Marti.laud. in trac.

in trac. de princi. no. lxxix. electores, & no. ccccclv. Imperatoris. Card. in clemen. i. in fi. prin. de iure iur. & idem Bal. cum glo. in d. c. ad apostolicæ. in tit. de pace constan. in uerbo cõcessimus. ad fi. & Abb. notat in d. c. uenerabilem. iiii. col. ad fi. illum text. ibi, si Principes admoniti, & ibi, non potuerunt, uel noluerunt. & cum eo Io. lecirier in trac. de primoge. q. xii. ii. lib. §. fi. viii. uolu. Trac. Et q. si Electores Imperii uelint postea eligere, non possunt, post admonitionẽ, & expectationem, postq̃ potestas est deuoluta ad Papam, & ait menti tenendum illum tex. quia non recordatur de alio cõsimili. Et Papam eligere Imperatorem supra dicto casu, tenet glo. not. per. d. c. uenerabilem. in c. ad apostolicæ. de re iud. in. vi. in glo. penul. ad fi. post Ber. uersi. sed nũquid.

2 † Sed q. admoneri debeat cum non sit præfixum certum tempus ad eligendum, ut potestas deuoluatur ad Papam, illis negligentibus, Abb. d. iiii. col. ante fi. dicit enim Card. ubi supra, q. nõ potest proprie dici negligentia, ex quo tempus eis non est statutũ. c. ex parte, de conces. præb. Vnde non mirum si Papa debet eos monere, & facit, quod tradit Aug. de Anco. in trac. de potestate Papæ. q. xxxv. arti. i. ubi tenet per rationem, Papam per se ipsum ex causa rationabili, & iusta posse Imperatorem eligere, & non esse præfixum certum tempus Electoribus, Ideo procedi, ut supra Marti. simpliciter notat, licet nihil alleget in. d. not. ccccclv.

3 quæ decisio confirmatur ex sequentibus quæstionibus. † Volentibus autem eligere ipsis Electoribus, uacante Imperio, Papa nõ potest priuare Electores, & per se eligere secundum Io. an. in. d. c. ad apostolicæ. super uer. illi autem. in glo. refert, & tenet Ioan. Vgo. in. d. lib. Quadruuii Ecclesiæ. char. xxix. col. i. §. sed etiam. ad fi. post Ber. & tetigi supra. q. viii. ad fi. sed non est nunc præsentis. q. hoc. Idem no. & tenet Anto. Rosel. in trac. de pote. Papę. dum respondet. x. rationi. q. suæ, in prin. & idem in trac. de Cõci. ulti. char. col. iii. in prin. post gl. in. d. c. ad apostolicæ. & quæ supra. q. viii. nu. 17.

DECIMAQVARTA QVAESTIO.

An ubi Electores discordant Papa eligat.

DECIMOQVARTO Dicimus, q. ubi Electores Imperii discordant in pari numero, nec sit accessus, ita q. possit maior pars haberi, potest Papa eligere unum ex illis, prout sibi libuerit, sicut contingit in patronis discordãtibus. iu. c. quod

autem.de iurepatro.Sic probat text. & glo.in.d.c.uenerabilem. de elec.in uerbo fauere possumus alteri partium. & ibi Abb.no. & tenet.vii.col.super.d.glo. & Spec.in tit.de lega.§.nunc ostendendum.x.col.uersi.xxxix.ibi,gratificãdo cui uult,cum sunt plures in discordia.Si tamen prius moneantur Electores,ut concordent,ut in.d.c.fauere possumus,ante,ibi,post admonitionem,& expectationem,& Inno.& Card.& cõcord. ubi supra praeced.q. & glo.penul.in.d.c.ad apostolicae. in fi.ibi, uel concordare non possent.Et ita,ut supra,Papam,scilicet,posse fauere alteri parti eligentium per.d.c.uenerabilem. tenet simpliciter respondendo quibusdam rationibus in contrarium Augu.de Anco.in.d.trac. suo.q.xxxv.artic.v.Idem Bal.in.d.l.fi.C.de quadri.praescri.post Inno.uersi.& ibi etiam subdit. & Iacob.alua.in tit. quis dicatur Dux,in prin.v.col.ad fi.in usib.feud.

DECIMAQVINTA QVAESTIO.

1 *Si eligant omnes Electores indignum scienter,ad quem deuoluitur ptas eligendi.*

2 *Electores cum scienter indignum eligunt,an dicantur negligentes.*

3 *Electia scienter de indigno,an,& quando,& quibus casibus priuet pro illa uice eligentes,& quid in Cardinalibus.& nu.4.8.& 9.*

5 *Laici,an trahantur priuilegio Praelatorum,uel Clericorum,uel econtra,& quando.not.& nu.seq.*

1 DECIMOQVINTO Dicitur, † q̃ si Electores Imperii,omnes eligant scientes indignum potestas prouidendi deuoluitur ad Papam,prout no. Abb.in.d.vii.col. ex glo. ibi, in uerbo fauere.dicit tamen Abb.ibi,q̃ id ibi aperte non probatur,sed q̃ tamen putat dictum uerum in sc ex quo istam potestatem Electores habuerunt a Papa,ut supra diximus.viii.q. unde ad ipsum redire debet,si ea abutatur,arg.cap. gratum.de postu. praela.& illius tex.in uersi.nos utiq;,& dic tu.ibi not.de offi.ord. & text.no.in.§.siquis oratorii domum.in auc. de sanctis.episco. ubi regula ponitur,q̃ qui eligere debent,eligentes,scilicet,indignum scienter,priuatur ea uice,scilicet,facultate eligẽdi, & deuoluitur ad superiorem, qui confirmare debebat, & per Abb.d. c.gratum.penul.col.nu.10.& col.fi.num.14.& tradit Rota deci. ccxii.secundum omnes,in nouis,post medium,post Inno. Archi.
2 & Hosti.ubi ibi. † Et cum deuoluitur hoc casu potestas ad Papam considerandum est,q̃ Electores non dicuntur negligẽtes,

quia

quia per electionem etiam de indigno scienter excusantur a negligentia, ut non deuoluatur, scilicet, ad Papam ius, & potestas per negligētiam Electorum, sed bene propter culpam, sic als nō. declarat Inno. in c. cum nostris. de conces. præbē. Rota refert in simili. q. decisi. cclxii. in religioso. post medium. & in fi. in nouis. quod dictum notādum est, ut uidetur probari in materia nostra in terminis in. d. c. uenerabilem. post mediū, ibi, eorumq; culpa,
3 iūcto tex. ante ibi, personam Ducis indignam. † Ad unum tamē extra prædicta aduertendum uidetur, q; regula, quæ habet supra, q; eligentes indignum scienter priuantur pro ea uice facultate eligendi, uera uidetur in Ecclesiasticis personis, secus in Laicis, ut per glo. no. in. d. c. cū uos. de offi. ordi. in uerbo minus idoneæ. in prin. quæ hanc differentiam fecit in patronis præsentantibus scienter indignum, dicens in fi. q;. §. siquis oratorii. in auc. de sanctis. episco. habet locum de iure Ciuili, non Canonico. Et opi. glo. illius tenuit Archi. in. c. i. de præb. in. vi. & Fede. de senis in suis cōsiliis, secundum Abb. in. d. c. cum uos. ii. colum. ante fi. Vnde cum in materia nostra, electorum Imperii quidam sint Ecclesiastici, quidam Seculares Principes, ut supra uidimus. viii. q. late. Quid dicēdum? Si retineremus. d. distinctio. glo. in. d. cum
4 uos, caderet forte hic. q. not. † an propter adhærentiam Prælatorum, & personarum Ecclesiasticarum, illi Seculares ius, & naturam eorum sortirentur, ut, scilicet, plus dignum trahat ad se minus dignum, iuxta als no. per Fely. in. c. i. iiii. colū. extra de præscrip. post notabile dictum Maria. in. c. i. de foro compe. & Soci. in. l. cum senatus. in fi. ff. de reb. dub. Ponentes illud solenne di-
5 ctum, † q; si delictum sit commissum a pluribus, inter quos sit persona ecclesiastica in tali delicto mixtim commisso, erit iudex ecclesiasticus dicta ratione, quia maius dignum &c. Quod ualde extollunt Moder. Bono. in no. clxxx. plura, & plura, ubi com
6 probant late, & quę Mathę. not. cxliiii. nota, q; si in causa. † Item caderet difficultas alia, quia qualitas ecclesiastica considerari uidet, data paritate, ut quia sunt tot Clerici, quot laici, als secus, sm Bar. in. l. fin. ff. de colle. illici. col. iii. no. xiiii. & seq. & l. i. §. si quis in appellatione. ff. de appel. col. pen. Sed in casu nostro quatuor uidētur Laici electores, tres tantum Prelati, secundū unam opi. supra. viii. q. quæ conclusio, seu ratio cōcludere uidetur illud no. dictum Maria. de quo supra, pro cuius resolutione uidenda sunt, quæ no. tradunt Moder. de Monteferrato in. l. i. in prin. i. lectu. v. col. ff. de uerbo. oblig. v. not. uersi. secundo notandum est.

ubi distinguunt, quod aut in actu concurrunt plures, ut singuli, aut ut uniuersitas, Primo casu procedat dictum Maria. & seq. etiam scilicet, si unus clericus adsit, & laici plures, Secundo casu procedat doctri. Bar. in. d. l. fi. post Maria. in consi. ubi ibi, & rationem
7 pariter, de qua ibidem per. d. Moder. ¶ † In. q. autem nostra, an Electores isti Imperii exerceant hanc potestatem, ut singuli, an ut Collegium. Abb. ponit in. d. c. uenerabilem. iiii. col. post prin. & dicit, quod licet Hosti. ibi dixerit, quod ut singuli, tamen Io. an. contra, scilicet, quod ut Collegium, quod Abb. plus placet, per tres not. rationes, & cum Abb. tenet Io. lecirier in trac. de primogenit. q. xii. ii. lib. §. penul. col. ii. viii. vol. Trac. & ponit Io. an. in tit. de rescrip. præsen. in. §. ratione autem causæ. uersi. Item quod est obtẽtum, in uerbo electione. Vnde ita deducendo, & considerãdo res in casu nostro, ob no. per glo. in. d. c. cum uos, haberent aliquam difficultatem. Sed quia. d. distinctio glo. inter laicos, & ecclesiasticas personas in. d. c. cum uos. & quorundam sequẽtium. In primis loquitur in patronis præsentantibus, quibus bene certũ tempus assignatum est ad præsentandum. c. cum propter. & c. quoniam. de iurepatro. quod non est istis electoribus Imperii, ut supra dictum est. xii. q. Item quia. d. distinctio glo. reprobari uidetur,
8 † & quod imo, scilicet, idem fit in laicis, quod in clericis, seu ecclesiasticis personis, ut per Abb. no. in. d. c. cum uos. ii. col. ad fi. præcipue per. d. §. siquis oratorii. & §. siquis ædificationem. in auc. de ecclesi. tit. & Rota per. d. §. siquis oratorii. simpliciter tenet in deci. ccxii. secundum omnes, in nouis, post medium. Et hanc opi. contra. d. glo. ait Abb. d. loco, uerissimam, cõfirmans, quia eadem uidetur sentire Bar. per illum text. cum glo. in. l. cum quidam. de leg. ii. ubi probatur, quod siquis habet electionem a testatore, si eligit indignum, priuatur potestate eligendi, & per tex. nota. in. d. c. gratum. in. c. priuilegium. xi. q. iii. cõcludens laicos, & seculares scienter præsentantes indignos, abuti gratia, & sic debẽt esse priuati pro illa uice. Ideo uidetur concludi ex omnibus præfatis, & seculares Principes, & Prælatos electores Imperii sciẽter omnes eligentes indignum, priuari ea uice facultate eligendi, & deuoluetur ad Papam, prout originaliter tetigit, & tenet Abb. in. d. c. uenerabilẽ. d. vii. col. post glo. ibi, in. d. uerbo fauere. & facit tex. no. in. c. cum uintoniensis. de elec. extra, ibi, eligendi erãt potestate priuati pro illa maxime causa, quod hominem nõ legitime natum scienter eligere præsumpseruut: Vnde secundum Lateranẽ.
9 Concilium, eligendi hac uice potestatem perdiderunt. † Sed ad

unum

unum etiam est aduertendum extra iam dicta, quia pœna eligentium indignum scienter, de qua supra, scilicet, ut pro ea uice priuentur potestate eligēdi, non uidetur habere locum in omnibus electoribus, Vnde non habet locum in Cardinalibus eligētibus Papam quia hoc non est iure cautum. Ita no. declarat Abb. in. c. cum in cunctis. §. fi. i. col. iii. no. in fi. de elec. extra, post glo. no. in c. si duo. lxxix. dist. Item dicit Abb. d. loco, quia nō habet locum in dignitatibus citra Episcopatum, sed ꝙ restringit ad Episcopatus, & superiores dignitates per. c. si cōpromissarios. de elect. in. vi. Sed iure cautum expresse nō uidet reperiri, id quod Abb. ubi supra in. q. n. dicit, scilicet, ꝙ Electores Imperii scienter indignum eligentes pro una uice priuentur eligēdi potestate, & expresse Abb. in. d. vii. colū. in. d. c. uenerabilem. dicit id ibi aperte non probari, ergo &c. Si tamen opi. Abb. de qua supra in. d. vii. col. post glo. ibi, teneamus ad obiectionem, respondendum erit, ꝙ non mirum si Cardinales eligendo indignum Papam sciēter, non priuantur potestate eligendi etiam nec pro ea uice, quia ipsi non habent eo casu superiorem, ut sentit gl. in. d. c. si duo. & probatur in. c. licet. in fi. de elec. extra, ibi, in Romana uero Ecclesia speciale aliquid cōstituitur, quia non poterit ad superiorem recursus haberi, sed in eligentibus indignum Imperatorem scienter, secus est, quia adest Papa superior, ut supra dictum est, & infra, et uidebimus. q. l.

DECIMASEXTA QVAESTIO.

1 *Quid si non omnes, sed aliqui tantum scienter eligant indignum in Imperatorem, in quem deuoluitur potestas. & nu 3. & 4.*

2 *Vnus solus, qui remanet, an eligat semetipsum.*

5 *Potestas deuoluitur ipso iure sine alia sententia, & quando.*

1 DECIMOSEXTO Caute dicimus † quando omnes scienter eligunt indignum, quia si non omnes, sed aliqui, uel unus remaneret, & adesset, ignorantes, & qui non sciēter elegissent illum indignum, tunc potestas ad eos etiam pauciores deuolueretur pro illa uice, etiam ad unum tantum, iuxta late notata per glo. in. d. c. gratum. de postu. prælat. ubi Abb. penul. col.
2 dicit. illam gl. communiter approbari. In eo, scilicet, † ꝙ in uno solo, omnibus aliis priuatis, ius uniuersitatis remanet, & ꝙ ibi Inno. Hosti. & communiter doc. tenent, post. l. sicut. ff. ꝙ cuiusq;

uniuer.cum glo.& Bar.cum simi.quæ nota sunt, tex.not.in.l.i.§. familiæ.ff.de ui,& ui arma.gl.no.in.l.paterfamilias.in fi.de leg.
3 iii. † Sed ꝙ ille solus,qui sine culpa remanet, nõ potest se ipsum eligere,quia notaretur ambitione.per.c.per nostras. de iurepat. extra,& ibi per glo.concord.ad.d.rationem, facit.c.fi. de instit.
4 extra,cum simili. † Et ad id quod supra dictum est,in uno solo, aliis deficientibus,ius omnium remanere, proprius est, ultra.d. gl.& Abb.in.d.c.gratum.& in.d.l.sicut.cum simi. in materia no stra,quia sic uidemus,ꝙ in Papa eligendo,si aliqui tantum Cardinales,uel aliquis remanet,in illos, uel in illum remanet ius eligendi,ut no.per glo.not.in elemen.ne Romani.§.porro. de elec. in uer.omnes,per.c.ubi periculum.§.sane.de elec.in.vi.& no.per glo.in.d.c.gratum.Idem Abb.in.d.§.porro.& quę tradit do.Decius cõsulendo per dicta iura in no.q.de Concilio generali congregando.consi.eli.maximi ponderis est.col.penul.post prin.Et per.d.c.gratum.quod est.c.ii.post Abb.ibi,in not.q.Deci.tenet, & comprobat in consi.cccccxxii.in causa.iii.dubio.lib.iii.ꝙ regula sit,aliquibus priuatis,potestate eligendi, potestatem ad alios deuolui,etiam numero pauciores,post bonum tex.in.l.si legatario.§.i.ff.de fideicom.liber.& in seque.consi.Deci.cccccxxiii. i.dub.ampliat,& tenet et id uerum in regularibus, nedum in secularibus,cum consi.Oldra.ciii.q.est.Archi.Ioan.mona.Pau.& Ancha.contra Io.an.& Cardi.Et idem Deci.d.consil.cccccxxii.
5 iiii.dubio.tenet,tius,& potestatẽ statim deuolui,& ipso iure ad alios sine aliqua sententia.Et factam electionem a minori parte (etiam eodem contextu) ualere,uel etiam si subsequatur,electio maioris partis,& indigno,per tex.in.c.dudum.i.de electio. post Abb.inducendo subtiliter,ut ibi, & hoc non solum in electione Episcopatus,uel maioris dignitatis,sed inferioris,dum tamẽ eligentes indignum scienter perseuerent, donec communis electio fuerit subsecuta,als non post Abb.in.c.congregato. col. pen.de elec.&.c.perpetue.de elec.in.vi.

DECIMASEPTIMA QVAESTIO.

1 *Quid fiat,& seruetur post electionem Imperatoris.*
2 *Imperator approbatur a Papa,& an ab alio.& nu.* 7
3 *Imperatoris electio,an approbetur a Papa,uel confirmetur.& nu.seq.*
4 *Approbatio,& confirmatio,an differant,& probatio, & quid sint. & nu.* 5

Imperator,

6 *Imperator, an petat per alium electionis suæ confirmationem a papa.*
8 *Nuncius electi in Imperatorem quid exponat papæ.*
9 *Iurat Imperator per Nuncium post electionem suam, & cui.*
Imperator, an ante approbationem administret.
10 *Imperator antequam acceptet electionem, non uidetur electus dici, sed nominatus tantum.*

1 DECIMOSEPTIMO Quæro, † Electo in Regem ad Imperium promouendum, ut supra, quid restat? Et breuiter hodie expressum uidetur, q; debeat approbari, ungi, consecrari, & coronari, ut considerat tex. in cle. de iure iur. post princ. ibi, approbationem &c. & alibi in illo tex. supponitur. Et no. Alua. in tit. quis dicatur Dux. v. col. in usib. feud. post tex. Hosti. & Odof. Verum, ut dilucidius singula percipiantur, de singulis ui
2 deamus. † Et quidem de approbatione electionis a Papa in Regem Romanorum post electionem de eo factam, ad Imperium promouendum, uidetur text. in. d. clemen. i. in princ. ibi, Romani Principes non reputarunt indignum Romano Pontifi. a quo approbationem personæ ad Imperialis celsitudinis apicem assumẽdæ, necnon unctionem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, sua submittere capita &c. & clarius, & expressius formaponitur in eadem cle. i. §. nos. eo. tit. ubi text. dicit facta nobis fi. de plena de electione huiusmodi, examinataq; persona ipsius. N. prout absentia patiebatur eiusdem, de ipsius fide, & probitate, & aliis, quæ in persona Imperatoris sunt merito requirenda, ut inquisitio, quæ de eius persona &c. In huiusmodi examinatione idonea reputata, ipsum nominauimus, denunciauimus, & declarauimus, Regem Romanorũ, ipsius approbantes personã, eumq; sufficientem, & habilem declarantes, ad suscipiendam Imperialis culminis dignitatẽ, ac decernentes unctionẽ &c. Idem de hac prima approbatione electionis, uidetur supponere tex. in eadem cle. i. §. cæterum. ibi, in specialem suum filium, & Ecclesiæ memoratæ ipsum in Regem Romanorum assumpsit, in Imperatorem postmodum promouendum. Idem sentit, & probat tex. in. c. uenerabilem. de elec. extra post prin. ibi, Sed & Principes recognoscere debent, & utiq; recognoscũt, sicut iidem in nostrum recognouere præsentia, quod ius, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promouendam ad Imperium ad nos spectat, qui eum inungimus &c. & in. §. obiectioni. post prin. eo. c. ibi, & personam Regis denunciauit idoneam, quo ad Imperium obti-

nendum &c.& in.§.nos itaq;.ibi,nō Ducem,sed reliquum nominamus,& reputamus Regem iustitia exigente,& Card.in.d.cle. I.in prin.iiii.not.notat ex illo tex. ꝙ Imperator approbationem personæ ad Imperium recipit a Papa, & secundum Lau. approbatio fit examinando.d.c.uenerabilem.Et subdit Card. no.secū
3 dum Pau. † ꝙ iura dicunt approbationem,non dicunt confirmationem,quia confirmatione non uidetur indigere, sed approbatione,consecratione,unctione,& coronatione,&c. & idem Card. in.§.cæterum.in eadem clem.iii.not.ponit post Lau. ordinem in promotione Imperatoris,ut primo eligatur in Regem Romanorum &c.& inter cætera ponit,ꝙ approbetur persona electi, Sed licet Cardi.ubi supra, post Pau.uim faciat,in approbatione,uel confirmatione,contra glo.in.c.legimus.xciii.dist.in uer. Imperium.Aug.de Anco.in lib.de pote.Papæ.q.xxxviii.arti.i. simpliciter dicit per.d.c.uenerabilem.electum in Imperatorem,debere confirmari per Papam,nec reuocat in dubium de differentia aliqua,inter approbationem,uel confirmationem in hoc casu, licet
4 bene alias posset aliqua excogitari a subtili.¶ † Sed in materia nostra,ut non differat approbare,uel confirmare contra Cardi.& Pau.uidetur expresse tex.in.c.in synodo.lxiii.dist.ibi,confirmamus,& uera confirmatio uidetur,quia cum Papa sit superior Imperatori,ut supra,& infra uidebimus,& sunt iura clara,cōfirmatio est actus superioris,ut per Bal.in.l.fi.C.de legi.& Moder.in rub.extra de cōfir.uti.uel inuti.i.col.& in.c.licet.de elec. v.no.Et plus notanter (hoc retento) notandum est,ex.d.clemē. unica,dum de approbatione Imperatoris,ibi,dicit confundi differentiam,quam do.Deci.(Moder.supra alleg.) refert, & tenet in.d.rub.de confir.uti.uel inuti.i.col.ante fi. dum dicit post gl. & Abb.in.c.i.in fi.de treu.& pace.ꝙ ꝓprie a pari dicitur approbatio,a superiore confirmatio,quia ut uides in.d.clemen. unica. in prin.& ibi Card.iiii.no.Papa Imperatorē electum approbat, & tamen superior est Imperatore Papa,ut supra,& infra late dictum est,secundum omnes,ut supra.iiii.&.v.q.& infra.q.l.& ipsemet Card.in.d.cle.§.nos.xx.no.notat,& appellat confirmationē
5 Imperatoris. † Imo al's uidetur esse,ꝙ confirmatio sit proprie superioris,approbatio priuati,ut in no.q.Deci.ponit in.c.i. de con fir.uti.uel inuti.ii.col.iii.limi.Et ego do bonum tex.ubi hęc con funduntur,etiam in factis Imperatoris comprobatis a Papa in tit.de stat.& cōsue.c.nos.in fi.in usib.feud.ubi Papa dicit de.ll. æditis ab Imperatore laudamus,apꝓbamus, & cōfirmamus,&c.

Et in

Et in terminis.q.nostræ,hæc uerba confunduntur in.d.c.uenerabilem.§.obiectioni.ibi,approbãdo Regem,& parum post ibi,cõfirmando,& de confirmatione simpliciter per illum text. a Papa fieri,ponit Aug.de Anco.in.d.lib.q.xxxviii.arti.i.licet hãc uim uerborum non intret,& confirmationem esse superioris,no. Bal. in.l.barbarius.i.lec.col.fi.in pri.de offi.præto. Et probationem de facto inferiorum a superiore,tex.est in not.casu in.l.immunitates.C.de agrico.& cẽsi.lib.xi.cum glo.Et prædicta notañ.sunt de confirmatione quoniam quidam Episcopus in libello de origi.principa.i.parte,char.xlii.xii.solu.dicebat,non haberi aliquo iure,ꝙ Papa confirmet Imperatorem, sed solum, ꝙ examinet, & coronat.
6 † Et hãc approbationem electus potest petere per solẽnes nuncios a Papa cum speciali mandato,ut est tex.in.d.clemẽ.i.quæ est unica,de iure iur.uersi.dictus namq;.N.&c.& habetur in solenni lib.sacrarum cæremo.lib.i.sectio.v.cap.i.in prin.ꝙ electus Rex futurus Romanorum Imperator,primum cõsueuit electionem suam per suos solẽnes Oratores intimare Summo Pontifi.& decretum electionis ostẽdere,&c. ut ibi latius explicatur, & stilus sic est,
7 † & Papa talem approbationem facit etiã per legatum suum,ut in.d.c.uenerabilem.in pri.& in.§.obiectioni.ibi, Legatus noster approbañ.Regem &c.arg.d.cle.i.ante medium. uersi.postq̃ idem.ibi, Cardinalibus, quos misimus, &c. An autẽ Imperator ante approbationẽ administret,uide ĩfra.q.xlvi.nu.6.
8 † Et per tales nuncios suos cum speciali mandato electus in futurum Imperatorem exponit deuotionem ipsius, & reuerentiam filialem erga Papam, & S. R. E. petens gratiam,& fauores consuetos,& offerunt hi pro eo,et præstant in ipsius animam fidelitatis,& cuiuslibet alterius generis iuramentum Papæ, & Eccle. petendo unctionem per manus Papæ consecrationem, & diadema,Rom.Imperii,ut ad literam obseruatum legitur ab Henrico Imperatore cum Clem. V.in.d.clemen.i.de iure iur.uersi.dictus namq;,& aliis,ut late etiam de his in.d.lib.sacra. cæremo.d.lib. i.v.sectio.c.i.præcipue Alberto,Rodulpho,& Vinceslao,sub Bonifacio.VIII.Grego.XI.& Vrba.VI.& legitur in.d.clemen.i. §.cæterum.
9 † Et sic est unum primum iuramentum,quod præstatur ab electo in futurum Imperatorem,scilicet, per suos nuncios speciales,ut supra Papæ,& S.R.E.ut in.d.c. legitur, & traditur in.d.lib.cæremo.de quo lib.Pontificali, scilicet, antiquo, etiam meminit tex.in.d.cle.ante.uersic.ego.N. Romanorum Rex, &c. ibi,quod in libro Pontificali continetur, & de hoc primo iura

mento præstando per Nũcios electi, uel Papæ, uel Legat. eius, meminit tex. in. d. loco uersi. dictus namq;. & in. §. nos. uersicu. & subsequenter a præfatis Nunciis &c. fidelitatis recipimus iuramentum, ubi etiam citatur tex. in. c. tibi domino. lxiii. dist. & gl. not. in. d. uersi. & subsequenter, post Guliel. in Spec. ubi ibi, ꝙ electus primo præstat illud iuramentum Legato Apostolicæ sedis, postea quãdo coronabatur, iterum præstabat illud Papæ. Sed tu dic, ꝙ potest etiam primum præstari Papæ, ut est in. d. uersicu. & subsequenter, ibi, recepimus, & in. d. c. tibi domino. lxiii. dist. Sed
10 in. d. lib. cæremo. d. c. i. de sola oblatione supponitur. † Id uidetur clarum, ꝙ Imperator electus antequam constet de acceptatione non uidetur dici posse electus, sed potius tantum nominatus, ut ais de Papa dicit Hosti. in. c. licet. de elec. & no. Cardi. Iacobat. in suo trac. de Conci. lib. iiii. arti. iiii. fac. ccxvii. col. i.

DECIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 *An Imperator inungi debeat.*

2 *Vnctionum multa sunt genera.*

3 *Vnctionum effectus remissiue.*

4 *Benedictiones Olei, & Crismatis qualiter fiant, & quo tempore remissiue.*

5 *Olea arbor cuius misterij sit.*

6 *Reges qui sint, qui inunguntur a Summo Pontifice, & qui Reges coronentur. & numero. 7.*

8 *Reges mundi quot sint.*

9 *De Regibus in iure ubi sit mentio.*

1 DECIMOOCTAVO Quæro † de unctione electi, & quidem, ꝙ ungi debeat, probat tex. in. d. clemẽ. unica. de iure iur. in uariis locis post prin. ibi, impendi unctionem, & in. §. nos, ibi, ac decernentes unctionem, & in. d. c. uenerabilem. post prin. ibi, ad nos, qui eum inungimus, & paulo post; ibi, nos inungere, et in. §. seq. uersi. nos itaq;. ibi, postq; a nobis unctio, &c. postuletur, et de hac unctione cum oleo exorcizato in modum Crucis fienda, ponitur modus; et uerba in. d. lib. sacr. cæremo. secti. v. cap. iii. col. iiii. ad fi. et seq. uersi. dum ultimæ orationes, &c. inungi Imperatorem, glo. est in rub. C. in uer. sacratissimi. dicit, glo. uno modo; quia inunctus. Idem Bal. ibi. ii. col. aduertit, Imperatorem inungi sacra unctione, et Porti. in insti. de iusti. et iure. in prin.

prin.Host.in.c.antiqua.de priuileg.et ita tenet Imperatorem electum inungi debere,per.d.c. uenerabilem. et.d.c. cum uenisset. quod est.c.unicum.extra de sac.unctio.dic ut in.§.unde.Aug. de Anco.in suo solē.trac.de pote.Papæ.q.xxxviii.arti.ii.respondēs quibusdam contrariis argumentis,et Abb.no. in.d.c. uenerabilem.in.iii.col.et Cardi.in.d.clem.unica.in prin.iiii.no.et Cardi. in.d.clemen.in.§.nos.xxi.not.per illum tex.scilicet, ꝙ Papa suis manibus inungit,et consecrat Imperatorem. et idem in.§.cæterum.iii.no.eadem clemen.&c.
2 rum.iii.no.eadem clemen.&c. ¶ † Pro cuius unctionis intelligentia sciendum est,ꝙ unctionum multa genera sunt, Vngūtur enim baptizandi,item Baptizari ab Episcopo in fronte, item unguntur ordinandi,item consecrandi et Principes,item Altare,calices,Ecclesiæ,et alia misteria ecclesiastica, item infirmi laborantes in extremis,et alibi sæpe fiunt unctiones in Ecclesia, ut late declarat,et ordinate Guliel.Spec.iuris in suo solenni lib. ratio. diuino.officio.lib.i.sub rub.de consec.et unctio.per totum,et ibidem in quibus corporis partibus,et cur? et in.c. ecclesiarum.xi. dist.et.c.deinde.de consecra.dist.iiii.et in.c.postq̄.eadem dist.in c.presbyteros.xcv.dist.et.ii.Epistola Iacobi,ibi, infirmat quis &c.inducat presbyteros &c. ungentes eum Oleo &c. et.c. præterea.xxiii.dist.et ibi per glo.et late.c.i. de sac.unctio. extra,de
3 omni genere unctionum &c. † Et ibi scribentes,et de uariis inūctionum effectibus,Aug.de Anco.in trac.de pote.Papæ.q.xxxviii.arti.ii.et.l.ueteri,quatuor rerum genera inungi solita sunt, Reges, Sacerdotes, Prophetæ, et Vasa Templi. Auctor diuus
4 Thom.iiii.dist.xxiii. † Et qualiter fiant benedictiones Olei,et Crismatis,et quo tempore latissime per prædictum in.d.lib.Ratio.diui.officio.in.vi.lib.sub rub.de.v.feria.in.c.hac etiam.v.fe-
5 ria.et præcipue no.in.ii.col.declarat, † ꝙ Olea,secundum Isido. est arbor pacis insignis,pinguedo cuius ualet ad reficiendos artus lassos,et infirmos,et est pabulum hominis,et inquantum est arbor pacis,refertur ad Oleum Crismatis, inquantum est pabulum hominis,refertur ad Oleum Cathecuminorum,inquantum arctus lassos,et infirmos,refetur ad Oleum Infirmorum.Et tra-
6 dit Marti.Laud.in trac.de princi.no.lxxvi.quatuor, † ꝙ quatuor Reges unguntur a Summo Pontifice,Rex Franciæ,Rex Hierosolimitanus,Rex Siciliæ,et Rex Angliæ,nō autem alii,nisi habeant ex consuetudine,uel ex priuilegio.post Alb.in.i. rubri.C. Et Marti.Laud.in trac.de Princip.xxiii.q.dicit, ꝙ Reges, qui unguntur ab Ecclesia sunt quasi uasalli Ecclesiæ,per.c.intellexi

mus.de iure iur.& Bal.in.c.pastoralis.de rescrip.ut infra dixi.q. xxxvi.ad fi.Sed Iaco.alua.in tit.quis dicatur Dux.in pri.ix.col.
7 in usib.feud.in prin.dicit, † ꝙ in registro Curiæ Ro.habetur, ꝙ Imperator Romanus coronatur tribus Coronis, & inũgitur. Imperator Constantinopolitanus una tantum Aurea per Patriarcham in Ecclesia Constantinopolitana, Rex Hierosolimitanus coronatur, & ungitur, Rex Francorum coronatur ungitur, & cõsecratur, omnes autem cæteri Reges, nec coronantur, nec ungun
8 tur, secundum Iaco.ibi, post dom.Regentẽ Curię. † Et enumerat ordinatim, & magistraliter alios ex eo.xxiiii.in regnis eorum diuersis, & ultra dictum registrum, in partibus Asiæ, Regna, & Reges.xvi.In partibus Aphricæ.vi. In partibus Europæ alios, & alia.vi.post librum Solini de mirabilibus mundi, ac libro descriptionis Imperii Tartarorum, ut ibi sigillatim per eum. † Et in quo loco in iure fiat mentio de Regibus, & quibus larissime als cumulat Anto.sicu.in trac.de pote.& excel.Regia.q.xxiii.de Rege Franciæ, Angliæ, siue Britanniæ, Vngariæ, Scotorum, Scotię, Castellæ, Aragoniæ, siue Hispaniæ, Nauariæ, Apuliæ, & als remissiue de multis aliis ad dictum Registrũ Curiæ, & Io. ferald. ubi infra diximus.q.liii.ad fi.Et idem Anto.q.xiii.ad.q.n.dicit dictos quatuor Reges inungi de iure, alios non, nisi ex consuetudine, uel priuilegio haberent, & refert Reges uarios, cũ Iaco.alua.ubi supra. Als in trac.de Nume.Card.char.vi.col.ii.in.vi.uo
9 lu.Trac.simpliciter notatur sine aliqua allegatione, † ꝙ Regum Christianorum quidam coronantur, quidam non, qui coronanť sunt prius inungendi, & habent priuilegium ex antiquo, ut Rex Hierosolimitanus, Rex Francorum, Rex Angliæ, ꝙ hi coronantur, & inunguntur, alii neutrum habent, qui ibi.xvi. enumeranť Christiani, Pagani autem, qui noti sunt.ix. ut & infra dixi.d.q. liii.ad finem.

DECIMANONA QVAESTIO.

1 *Quo oleo inungatur Imperator, in principio, & nu. 2.& seq.*
2 *Rex Franciæ quo Oleo inungatur, & ubi.*
3 *Crisma, & exorcizatio quid sint, & an exorcismi utiles, & nu. seq.*
4 *Pontifex, & Princeps quo Oleo inungantur.*
5 *Oleorum plura genera, quibus inungitur.*

Decimonono

1 DECIMONONO Quæro, † quo oleo inungatur, aliud est enim Oleum Crismatum, aliud Oleum Sanctum, aliud Infirmorum, ut in.d.lib.Ratio.diui.vi.lib.de.v.feria.& in.d.c.hac etiam.in prin.ibi, tripartitum.&.ii.col.in triplici significatione mistica olea.& in.iii.col.in prin.ibi, sequitur uidere. Idem Augu.in lib.de pote.Papæ.q.xxxviii.arti.ii.uersi.ad primũ.post
2 Hug.ii.lib.de sacram. † De Rege Franciæ bene tradit Marti. Laud.in.d.trac.de Princip.not.ccccxxxiiii.Reges inungi Crismate, uel unguento cœlitus misso, per Columbam in Amphorã, in Monasterio S. Remigii, qui primum Regem Franciæ baptizauit, post Io.and.ubi ibi, In Imperatore tamen de quo nos agimus, in.d.c.i.de sacra unctio.§.unde, in fi.&.§.sequẽ.in prin.duo tantum principaliter olea supponuntur, Oleum Crismatis, & Oleum Benedictum, & idem sentit in.d.lib.Ratio. Guli.i.lib. sub cap.de consecr.& unctio.ii.col.in prin. sed non refert pro nunc, et tex.in.d.c.i.§.unde.in fi.uidetur dicere Imperatorem inungi Oleo Benedicto, non Crismatis, ut ibi, Caput Pontificis Crisma te consecratur, Brachium uero Principis Oleo delinitur, et liber sacr.cæremo.i.lib.sectio.v.cap.iii.iiii.col.ad fi.uersi.dum ultime
3 orationes, dicit, † inungi Oleo exorcizato in modum Crucis, quod Oleum exorcizatũ a Crismate differt, quia Crisma ex Balsamo, et Oleo est, mistica ratione, ut in.d.c.i.post princ. de sacra unctio.et per illum tex.in.d.c.hac etiam.v.col.et seq. et Crisma Græce, Latine unctio, ut ibidem, Oleum autem Sanctum, seu Be
4 nedictum non Crismatum exorcizatum dicitur. † Exorcismus enim est adiuratio, nam in ea adiuratur Diabolus, ut recedat, ut ille in.d.c.hac etiam.in fi.et notatur ultra eum in.c.siue paruuli. et in.c.ante.xx.de consecr.dist.iiii.ibi, exorcismi, idest, adiuratione, exorcizare, idest, adiurare. Et licet Vualdenses hæretici olim, omnes exorcismos ab Ecclesia tollere conati sunt, dicentes omnes benedictiones in Ecclesia, Aquarum, Cãdelarum, Palmarum, &c.irridendas, & nullius momenti, late tamen cõfundit frater Alphon.de co. in lib. aduersus hæreses, lib.vi.in uerbo exorcismus. Et Abb.in terminis in.d.§.unde, ad fi.per eum not. ꝙ diuerso liquore hodie inunguntur Pontifices, & Principes, quia Pontifex Crismate, Princeps Oleo, ad ostendendum differẽtiam inter Pontificis auctoritatem, & Principis potestatem, quod notandum est. Quia Aug.de Anco.in lib.de pote.Papæ q.xxxviii. arti.ii.ad fi.simpliciter dicit, ꝙ Oleo Crismatis inunguntur Regum Capita, & Pontificum, & ꝙ hac unctione Imperator debet

inungi, & consecrari. Cuius dictum in duobus falsum uidetur, Primum, quia Imperatoris non Caput, sed Brachium, Item non Crismate, sed Oleo delinitur.d.§.unde.in fi.cum supra alleg.dif fert enim Crisma ab Oleo simpliciter, ut in præallegatis, & in.c. i.de sacra.non reiter.ibi per errorem nõ fuit Crismate, sed Oleo
5 delinitus, & quæ ibi Abb.i.q. † & sic Olei plura genera sunt, ut supra in prin.huius q.dixi, uel aliter dicitur Oleum Infirmorũ, Oleum ad Sanctum Crisma, & Oleum Cathecuminorũ, de quo rum cõfectionibus, & benedictionibus late in Pontifi. in officio v.feriæ in Cœna Domini.

VIGESIMA QVAESTIO.

1 *Vnde sumpserit originem unctio Regum.*
Multi inuncti in Veteri Testamento.
2 *Qui, & cur olim ungerentur, & ad quid, diuina ratio.*
3 *Nazer olim apud Hebræos oleum, quo uncti Sacerdotes Nazirei uocabantur.*

1 VIGESIMO Quæro † unde sumpserit originẽ, ista unctio Regis? Respon. in Veteri testamento, etiam iussu altissimi, ut patet.iii.Reg.C.xix.cap.ubi Dominus ad Heliã, unges Asachel in Regem super Syriam, & Iehu filium Namisi, unges Regem super Israel, & Iesus Christus dominus noster fuit unctus Spiritusancto, & uirtute, &c.ut in Actib. Aposto.x.c.F.trãsumptiue in.d.c.i.§.unde.de sacra uncti.extra. Sic Aaron a Moyse, ut Leuit.viii.cap.post pri. Sic & Dauid fuit unctus in Regem Iuda, ut.ii.Regũ.ii.cap.in prin. & Salomonem unxit in Regem Israel Sadoc Sacerdos, & Nathan propheta, ut legitur.iii. Reg. i.cap.E.& Psal.lxxxviii.Inueni Dauid seruum meum, Oleo Sancto meo unxi eum.& legitur cap.penul.Num.D.donec sacerdos magnus, qui Oleo Sancto unctus est, morietur. & illud Psalmi. xliiii.Dilexisti iustitiam, &c.Propterea unxit te Deus, Deus tuus Oleo letitiæ, &c. & idem ad Hebrę.i.cap. Et de Oleo purissimo ex arboribus Oliuarum pręcepit aĩs Moysi Dominus. Exo. cap.xxvii.ad fi.& Samueli iussit Dominus, ut ungeret Saulem, ut.i.Reg. cap.ix.c.& unxit.x.cap.in princ. Lenticula Olei, ut ibi, & Leui.cap.xxi.B.dicit Dominus, Pontifex, idest, Sacerdos maximus inter fratres, & super cuius caput iussum est unctiõis oleum, & Exo.xxix.A.in fi.ibi, pones Tiaram in capite eius, & Laminam sanctam super Tiaram, & Oleum unctiõis fundes super

Caput

Caput eius, atque hoc ritu consecrabitur, & in .ii. Epistola Io. C. & D. ibi, sed uos unctionem habetis a Sancto, & ibi, nō necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, &c. Et Euseb. Cęsarień. in lib. de demōstratione Euangelica. lib. iiii. cap. xv. post princi. tradit, iure diuino, primum Moysem, iis qui ungerentur, Christi nomen imposuisse,
2 † Idque unctionis genus non solum Pontificibus fuisse traditum, sed et Prophetis, & Regibus, qui postea fuerit, quibus etiā ipsis solis hoc unguento ungi, fas esset, ibidemque diuina, & sublimi intelligentia declarat, quo misterio Deo consecrati ita ungerentur, aliter q̄ uulgus credat, scilicet, quia fragrantia quadam opus esse corporibus, eaque bene olere oportere, quandoquidem omne quodcunque male oleat, sceleritas, atque immundis potestatibus est amicum, sicut contra studiosis bonitatis quodcunque fragantiam amet, altius exordiendo, ut ibi per eum. Et ter inunctum Saul, totidemque Dauid scribit Io. Vgo. in lib. Quadruuii Ecclesię. char. li. §. ulterius. Idemque Euseb. d. lib. cap. v. lib. vii. scri
3 bit, † olim apud Hebræos Nazer Oleum sanctum fuisse Pontificis, Principatum obtinentis, quo, scilicet, prisci Sacerdotes ungerentur, quod Nazer uocabatur, & ab eo ex deriuatione Nazirei uocabantur.

VIGESIMAPRIMA QVAESTIO.

1 *In qua parte corporis inungatur electus in Imperatorem.*
2 *Saul in qua parte corporis unctus fuerit.*
3 *Armus, & humerus quid differant.*
4 *Imperator cur non inungatur in capite, prout Papa.*
5 *Unctio Regum, an sit sacramentum.*

1 VIGESIMOPRIMO Quæro † in quā parte corporis inūgatur electus in Imperatorem? Dicit tex. in. d. c. i. §. unde, de sacra unctio. quod a Capite ad Brachium est translata, ut Princeps, non ex tunc ungatur in Capite, sed in Brachio, siue Humero, uel in Armo, in quibus principatus congrue designatur, Iuxta illud, quod legitur Esa. ix. cap. factus est principatus super humerum eius, &c. B & Samuel fecit poni Armum ante Saul, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant inuitati, ut
2 i. Reg. cap. ix. D. ¶ † Sed cauendum est circa id, quod dicit de Armo in. d. §. unde. quia Saul fuit unctus super Caput, nō in Ar-

mo a Samuele, & deoſculatus eſt eum, dicens, Ecce unxit te Do-
minus ſuper hæreditatem ſuam in Principem, & liberabis popu-
lum ſuum, &c. & hoc tibi ſignũ, quia unxit te Dominus in Prin-
3 cipem, &c. ut legitur clare in. d. cap. x. in prin. i. Reg. † Eſt autem
armus humerus, ſed proprie brutorũ, humerus hominum, Virg.
lib. iii. Georg. Denſa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
Et alibi, Os, humerosq; Deo ſimilis, Licet quandoq; in homini-
bus etiam armus dicitur, ut in. d. §. unde. & de armo meminit gl.
in. §. penul. in auc. ut nul. iud. pro humero hominis, clem. i. §. ii. de
ſtatu mona. † Et ratio iſtius mutationis, ut, ſcilicet, hodie Impe-
rator ungatᷣ in Brachio, Pontifex in Capite, ut, ſcilicet, dicit tex.
in. d. §, unde. in fi. oſtendatur quanta ſit differentia inter auctori-
tatem Pontificis, & Principis poteſtatem, & ibi not. Abb. & ille
in. d. lib. Ratio. ſub rub. de conſecr. & unc. vi. col. uerſi. ſed poſt q.
4 & ille in lib. ſacr. cæremo. d. cap. iii. d. iiii. col. in fi. † Non omitto
tamen, ꝙ Gurgeñ. Epiſcopus in. d. libello de coro. char. xxxii. i.
col. ſub. §. ſed ut, dicit (licet prædicta non ponat) ꝙ unctio Re-
gum non eſt ſacramentũ, & ꝙ ideo diuerſum infra modum, pro-
ut cuique Prouinciæ ſua eſt conſuetudo fieri poteſt, uel Oleo in
Scapulis, uel Criſmate in Capite, ut ſcribit tradi per Diuum
Tho. iiii. diſt. xxiii. Hoſt. in. c. i. de ſac. unctio. & in. c. antiqua. de
priuile. & in Capite Saul inunctus fuit, & Salomõ, ut ſupra pro-
xima. q. et infra. q. xxiii. Sed tamen hodie aduertendum eſt con-
tra dictum Gurgẽ. ubi ſupra, quia in. d. §. unde, expreſſum eſt de
Brachio in Imperatore.

VIGESIMASECVNDA QVAESTIO.

1 *In quo brachio inungatur.*
2 *Milites olim ſtigmate notabantur.*
3 *Dextera honorabilior, & excellentior eſt.*
4 *Oratio Theodoſij impetrat pro uictoria in pugna.*

1 VIGESIMOSECVNDO Quęro † in quo brachio
inungatur, ſeu humeroᷣ Tex. in. d. §. unde. in fi. nõ aperit, ſed
2 ſimpliciter dicit brachium, † & facit, quia et olim milites in bra
chiis ſtigmate notabantur, ut no. in. l. pen. ff. quib. ex cau. maio.
et in. l. iii. C. de fabricen. et no. in. §. fi. in auc. de mand. prin. et tex.
in. c. quod quidem. §. ſi forte. i. q. i. ibi, militiæ characterem in cor
pore ſuo, iuncta. l. i. §, i. ibi, commilitonibus, cum glo. ff. de milit.

testa.

3 testa. † Credendum tamen est, q̃ dextrum esse debeat, in quo fortior, et excellẽtior uirtus consistit, et de dextro exprimit liber cæremo. d. iiii. col. ad fi. dicens, q̃ inungitur brachium, & scapulæ, &c. et de brachio dextro dicit Por. in proœ. inst. in prin. et habet rationem quia dignior dextera est, ut plane cõstat, et colligitur ibi. Sede a dextris meis. Psal. cix. in prin. et parum post ibi dicit, A dextris tuis. et idem ad Hebræos. i. cap. et Geñ. cap. xlviii. c. ibi, Dexteram suam. et D. ibi, Pone dexteram tuam super Caput meum, &c. et Psal. xliiii. ibi, Deducet te mirabiliter dextera tua: et ibi, Astitit Regina a dextris tuis. et Psal. xvii. post mediũ, ibi, Et dextera tua suscepit me. et. lxxxviii. ibi, Et exaltetur dextera tua. et. xcvii. Saluauit sibi dextera eius. et. cvii. Saluũ fac dextera tua. et seq. in fi. Qui astitit a dextris pauperis. et per gl. no. de dextera in. c. fundamenta. post prin. de elec. in. vi. et in Mach. x. cap. post medium, ubi pluries de dextera repetit. et ad Galat. ii. cap. B. ibi, Dexteras dederat mihi, et Barnabę societatis. et Ecclesiast. x. ca. in prin. ibi, Cor sapiẽtis in dextera eius, et cor stul-
4 ti in sinistra illius. † et Theodosius Imperator al's orans pro uictoria miraculosa dicebat, porrige dexteram tuis, ut per glo. in clemen. unica. de reliqui. et uene. sanc. in fi. glo. mag. ad fi. et Sap. v. cap. C. Dextera sua Dominus teget eos, et in Brachio sancto suo defendet illos. Et nouissime, q̃ inungi debeat magis dextera pars, q̃ sinistra, facit, quia est honorabilior, et dignior, ut infra in alia. q. tetigi. lxxxviii. ad fi. Et quia in simili sic legit̃ in libro uitæ in Veteri Testamẽto, Leuit. viii. cap. D. ubi cum Aaron inungi deberet, et cõsecrari, iussu Domini, a Moyse, inter cæteras cæremonias, et ritus solennes ibi obseruatos, dicitur, q̃ cum immolasset Moyses Arietem secundum, sumens de sanguine eius, tetigit extremum Auriculæ dexteræ Aaron, et Pollicem manus eius dexteræ, similiter, et pedes.

VIGESIMATERTIA QVAESTIO.

1 *Quo signo inungatur, seu charactere Imperator.*
2 *In Veteri Testamento, an aliquod signum esset in unctione.*
3 *Signum Thau ubi originem habeat.*
4 *Signum Crucis, an aliquo loco præcipiatur.*
5 *Sacramenta omnia, an signo Crucis dicenda sint.*

Signum Crucis quomodo, & quot digitis ducatur.
7 *Crux est adoranda, licet olim quidam contra.*
1 VIGESIMOTERTIO Quęro, † quo signo, seu cha racttere inungatur? † In Veteri Testaméto in similibus unctionibus non erat determinatum aliquod signum, sed erat effusio super caput, ut in. d. c. x. in prin. i. Reg. ibi, effudit super caput eius lenticulam olei. & sic in. d. c. xxi. Leui. B. & Exo. xxix. A. sic
2 Aaron. d. viii. cap. † Bene uerum est, quod als signum Thau super frontibus uirorum dementium, & gementium, dedit dominus uiro suo, ut in Ezech. cap. ix. B. & no. in. c. ecclesiasticorum. xi. dist. & diuus Hier. late de lrã Thau Crucis pictura, refert post Ezechie. in sermone de Natiuitate Domini. iiii. trac. ii. part. Credendum tamen est, quod in modũ Crucis hodie inungi debeat in honorem Saluatoris, per cuius Sanctam Crucem mundum redemit, &c. & ita in modum Crucis inũgi simpliciter supponit ille in. d.
3 lib. sacr. cæremo. d. cap. iii. iiii. col. ante fi. † Circa quod signum Crucis incidenter unum est notandum, ac memoriæ mandandũ,
4 quod licet diuus Aug. in. d. c. ecclesiarum. xi. dist. dicat, † quod nulla scriptura docet salutiferæ Crucis signaculo fideles insigniri, tamen ultra eum satis primo figuratur in. d. Thau, ubi supra, & clarissime uidetur Apocalyp. ix. cap. in prin. ibi, & præceptum est, ne læderent fœnum terræ, neque omne uiride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis, & quæ. vii. cap. in pri. ibi, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et Esai. cap. fin. ibi, & ponam in eis signum, iunctis his, quæ scribit Euseb. Cæsa. lib. vi. demonst. euang. ca. fi. &c. & iure Canonico præcipitur signum Crucis in. c. postea signatur. de consecr. dist. iiii. Sed tamen tex. in. c. nunquid. de con-
5 sec. dist. v. dicit, † quod licet omnia sacramenta Crucis signaculo, & figura perficiantur, sine tamen Crucis signaculo tenent. Et text. in. l. iudæos. C. de iudæ. Crucis signum, fidei nostræ signum uo-
6 cat. † Quomodo autem signum Crucis ducatur, & quot digitis,
7 als no. per Arch. in. c. quoniam. ad fi. x. dist. † Fuerunt olim quidam hæretici dicentes Crucem non esse adorandam, quos confundit nouiter late frater Alphon. de Castro in lib. aduersus hæreses. lib. ii. in prin. in uerbo adoratio. i. hæresi.

VIGESIMAQVARTA QVAESTIO.

1 *In quo altare debeat inungi electus in Imperatorem. Et cur apud altare Sancti* Mauritii,

Mauritij, & qualis fuerit iste sanctus.
Ad altare Sancti Petri nemo inungitur Romæ, nisi Papa, nec coronatur, nec consecratur.
2 *Practica seruanda est, & ab ea uera interpretatio sumitur.*
3 *Liber Pontificalis auctenticus est.*

1 VIGESIMOQVARTO Quæro † in quo loco, scilicet, in quo altare debeat inungi electus in Imperatorem? Ille in lib. supra alleg. sacr. cæremo. d. sectio. v. cap. iii. col. iiii. ad fi. & seq. dicit, quod ad altare S. Mauritii Romæ, scilicet, in templo S. Petri. Quia dicit, quod ad altare S. Petri nemo inungitur, nemo coronatur, nisi Romanus Pontifex. & idem cap. xi. sub rubri. quod apud altare S. Petri solus Papa consecratur. char. xliiii. ii. colu. Sed Cardi. in clemen. unica. de iure iur. in uers. dudum. xxvi. nor. dicit, post Laud. quod supra altare S. Petri consecratur, coronatur, & iurat, ad quod. c. significasti. in fi. de elec. & quod ibi not. ubi insignia dignitatis Archiepiscopo Papa consecrat, ponit, & leuat de altare Beati Petri, cur non idem cum Imperatore? Tamen quod non est de substantia, quin possit hoc alibi fieri, sed quod sint debiti modi, idem sentit Abb. in. d. c. significasti. ante fi. post Host. ibi. Host. tamen dicit non referre in cuius honorem altare sit cõsecratum; & cum Card. ubi supra de altare S. Petri Firma. simpliciter transire uidetur, in uerbo Imperator consecrari debet. Sed quia. d. liber sacr. cæremo. testatur, ubi supra de altare S. Mauritii, in practica ab eo non uidetur discedendum. l. minime. ff. de legi. l. cum de nouo. ibi, inueterato a contrario sensu. C. de legi. l. si de inter-
2 pretatione. ff. eo. † & uera interpretatio a practica est. Bal. & Ancha. ubi Deci. consi. xi. vi. col. cum simi. l. an in totum. C. de ædifi. priu. præcipue etiam quia liber rituum Pont. Romanorum uidetur approbatus in. d. clemen. unica. ante uersic. ego. N. Romanorum Rex. ubi citatur, & in. c. consuluit. de seruis non ordinã. ubi Abb. post Host. no. licet de isto quem ultimo loco habemus, sentire non possit, cum sub Leone. X. impressus fuerit. Bene uerũ quod glo. in clemen. i. de iure iur. §. porro. in uer. uestigiis. ad fin. dixit, Imperatorem coronari per Papam in Ecclesia S. Petri, ad altare
3 S. Mauritii. † Et cũ ministerio apud altare eius hęc celebrari uidentur, quoniam Beatus Mauritius fuit gloriosus miles, & pro Ecclesia, ac Fide Christi, cum sociis suis, & commilitonibus, sub Maximiano, & Diocletiano passus est, ut in eius uita Ecclesia ponit. Et gloriosus magister militum Mauritius appellatur, ac

dilectus filius cum Vitaliano in no.casu,& facto a Grego.papa tunc uiuente in.c.ut pridem.xxiii.q.viii.& ideo eius officium,& sociorum celebratur ab Ecclesia die.xxii.Septembris.

VIGESIMAQVINTA QVAESTIO.

1 *Quis inungat electum in Imperatorem, coronet, & consecret.*
Cardinalis Hostien.alios praecedit.

1 VIGESIMOQVINTO Quero † quis inūgere debet electum in Imperatorem? Augu.de Anco.in.d.trac. de pote.Papae.q.xxxviii.arti.ii.specialiter dicit inungi per Papam, & uidetur tex.clarus in.d.c.uenerabilem.post princ.ibi,Ad nos spectat,qui eum inungimns,&c.& parum post,ibi,Nos inungere,& ad medium,ibi,postq̄ a nobis unctio,& ibi no.Abb.iii.col. uersi.& quando,& plus q tex.in.d.clemen.unica.de iure iur.ultra prin.ibi,a quo Romano Pontifice unctionem,&c.acceperūt, & in.§.nos itaq;,dicitur,petendi a nobis per nostras manus sibi unctionem impendi,&c.& in.§.seq.ante medium,ibi,ac decernētes unctionem &c. sibi per manus nostras debere concedi,& no. Bal.in tit.de pace constan.in uer.concessimus.ante fi.uer.sed hodie,Sed ille in.d.lib.sacra.caeremo.d.ca.iii.d.iiii.col.in fi.dicit, priorem Episcoporum Cardinalium inūgere brachium dextrū, & scapulas.Sed Cardi.in.d.clemen.unica.de iure iur.in prin.ix. no.dicit,q per manus Cardinalis Hostiensis inungitur,qui super hoc est priuilegiatus,secundum Hosti.in.d.c. uenerabilem. de elec.& ibi idem refert Abb.iii.col.uersi.& quatenus.post Io. an.& Hosti.dicens,q ex antiqua consuetudine Cardinalis Hostiēsis Imperatorem ungit,sed Papa eum manibus suis coronat Corona Aurea.Pro Card.& Host.facit,quia ipse omnes Cardinales praecedit,& sedet immediate post Papam, ut tradit Hosti. & Anto.de but.in.c.antiqua.de priuileg.& not.Marti. Laud.in trac.de Cardi.not.xxxviii.Hosti.idem in trac.de priuileg. not. xxv.Hosti.sed idem Card.in.d.cle.in.§.nos.xxi.no. ex illo text. no.q Papa,suis manibus,consecrat Imperatorem, & inungit,& Bal.in.i.rub.C.ii.col.uersi.uenio ad tertiā glo.dicit, q quia Imperator uno modo sacratissimus appellatur, quia inūgitur sacra unctione,post glo.ibi,apparet,q ista cōsecratio non potest fieri, nisi a Summo Pontifice,uel eius Commissario,quia alius nō potest,&c.sic Bal.dicto loco,& Spec.in tit.de deleg.§. nnnc ostendendum.

dendum.x.col.uersi.xxxix.ponit,consecrationem,inunctionem, & coronationem electi in Imperatorẽ inter reseruata Papæ, per d.c.uenerabilem.

VIGESIMASEXTA QVAESTIO.

1 *An inungi possit ab alio, quàm a Papa.*
2 *Verba per manus nostras, personam propriam denotant.*
3 *Carolum. V. præsentem Imperatorem quis inunxit.*
4 *Alexander Card. de Farnesio, nunc Paulus III. Pont. Max. & eius laudes.*

1 VIGESIMOSEXTO Quęro, † an possit inũgi Imperator ab alio, q̃ a Papa? In puncto iuris (quicquid quidam proxima.q.dicant, de consuetudine) uidetur ꝙ non per dicta iura præcipue in.d.clemen.unica, ibi, per manus nostras debere unctionem concedi, unde cum dicat, per manus nostras, pręcise alius excludi uidetur, etiam Nũcius.c.licet.ubi Abb.de deci.facit.l.iubemus.& quód ibi Bar.Ç.de ero. mili.anno.lib.xii. Moder.in.c.fi.de offi.deleg.cum simi. Sed dicendum est, ꝙ si Papa est præsens Romæ, dicta iura procedunt, ut ipse inungat de puncto iuris, als si est absens per manus Legatorum Papæ, quos bene Papa potest mittere ad Vrbem, ad impendendum consecrationis, & coronationis insignia, eius nomine, ut fuisse factũ supponit tex.cum Henri.in.d.clemen.unica.§.nos eodem. post medium.uersi.postq̃, & ibi.xxi.not.notat Cald.ponderãs subtiliter,
2 & mirabiliter illum tex.ibi, † An ꝙ sententia Papæ ibi pronunciauerit per manus suas id fieri debere, &c. intelligit̃ adimpleta si fit etiam per alium nomine Papę. Quod ait procedere, quia nõ fuit quid præiudiciale, als cum uerba per manus nostras, denotent per Papam personaliter facturum, non sufficeret adimpleri per alium, per glo.singu.in clem.i.in uer.publ.de uita, & honest. cleri.& facit.l.i.in prin.ff.de eo per quem fac.ibi, suis manibus, uel per suos.&.l.i.§.deiecisse.ff.de ui, & ui arma. quam declarationem Card.ibi, pro sing.refert, & tenet etiam do.Deci. in.c.cũ parat.de appel.ulti.no.in prin.& ille in.d.lib.sacra.cæremo. lib. i.sectio.v.sub cap.de coronatione Imperatoris, absente Papa ab Vrbe, consueuit Põtifex mittere ad Vrbem aliquem Episcopũ Cardinalem, qui simul cum Legato Apostolico, qui Vrbi præest Imperatorem electum coronet, sed ꝙ si Legatus esset Episcopus Cardinalis non est necessarium mittere alium Episcopum, sed

quemcunq; uellet alium presbyterum Cardinalem, procedendo eo modo q.ıo ibi, & Bald.in.i.rub.C.ii.glo.dicit, q sacra unctio Imperatoris non potest fieri, nisi a Sũmo Pontifice, uel eius com
3 missario, & eam esse ueritatem. † Sed in cõtingentia facti annis præteritis præsentem Gloriosissimum Imperatorem Carolũ. V. ut audio, inunxit præsens Pont. Paulus III. qui tũc erat Alex. de Farnesio, & Cardinalis Hostiensis, semper Sapientissimus, & huius felicissimi Pontificatus, pro eius infinitis meritis expectatione obseruatus, utinamq; iam diu hoc Summi Pastoris officium, pro salute uniuersæ Christianæ Reipublicæ, cuius est Max. Opt. Propagator, adeptus esset, cum eius Prouidentia, ac Sapiẽtia Pax introiuit in Orbem, eamq; nobis dedit, quam mũdus dare non potuit.

VIGESIMASEPTIMA QVAESTIO.

Cuius effectus sit unctio Imperatoris, & ad quid.

VIGESIMOSEPTIMO Quęro cuius effectus est talis unctio electi in Imperatorem, & ad quid, scilicet, inungitur. Aug. de Anco. in. d. trac. de pote. Papæ. q. xxxviii. arti. ii. dicit, q propter inimicorum fidei expugnationem inunguntur Imperatores, & Reges, unde exorcizatio appellatur, idest, adiuratio, ut supra diximus. xix. q. Item q per Oleum nitor conscientię designatur. Iuxta id, quod legitur, Prudentes Virgines acceperunt Oleum, in uasis suis, cum Lampadibus. Math. xxv. in princ. & transumptiue in. c. i. §. i. de sac. uncti. & etiam effectus sumi potest, & misterium ex orationibus, quas dici ponit. d. lib. sacr. cæremo. d. iiii. col. & seq. ibi, ut in tua protectione constituto ad regendam ecclesiam, &c. & ibi, inuisibilia percipere, &c.

VIGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 *De consecratione Imperatoris.*
2 *Imperator sacratissimus dicitur.*

1 VIGESIMOOCTAVO Quæro, † de consecratione Imperatoris electi. Et quidem consecrari aperte multa iura supponunt, alleg. supra. xviii. q. in prin. ut in. d. clemen. unica. de iure iur. post prin. ibi, Impendi per manus nostras unctionem, & consecrationem, &c. & in. §. nos eodem. in eisdem uerbis,

& in

& in.d.c.uenerabilem.de elec.post prin.ibi,ad nos,qui eum inungimus,& consecramus,& in.§.seq.uersi.nos itaq;.ibi,postq̃ a nobis unctio,consecratio,&c.postulentur,& ibi not.Abb.iii.col.ꝙ Imperator,scilicet,consecratur.Idem Cardi.in.d.clem. in princ. iiii.no.&.x.& in.§ nos.xxi.no.per illum tex.scilicet,ꝙ Papa suis manibus consecrat Imperatorem,&c.& in.§.cæterum.iii.no.ibi.

2 Sexto consecratur,&c.per.d.c.uenerabilem. facit, † quia Imperator appellatur Sacratissimus.in.i.rub.C.&.ff.noui. & in.l.bene a zenone.de quadri.præscri.ibi,sacratissimis Imperatoribus, & supra diximus.ii.q.& sic specialiter supponit Imperatorem inungi,& consecrari per Papam.d.Augu.de Anco. in.d.q.xxxviii. arti.ii.Quod declara,ut infra seq.q.& Spec.in tit.de leg.§. nunc ostendendum.uersi.xxxix.x.col.per.d.c.uenerabilem.

VIGESIMANONA QVAESTIO.

1 *An Imperator sit in sacris ordinibus.*
2 *Imperator,an sit Subdiaconus,uel officium eius gerat.& nu.4.*
3 *Subdiaconatus est inter sacros ordines.*
5 *Imperator,an sit merus laicus.& nu.6.*
7 *Imperator creatur Canonicus S.Petri,& Ecclesiæ Lateran.*

1 VIGESIMONONO Quæro, † an Imperator unctus,ut supra,& cõsecratus,sit in ordinibus sacris? Et quidem ex prædictis uidebatur dicendum,ꝙ sic,cum ungatur, consecretur,& Sacratissimus,& Sacra Maiestas appelletur,ut supra uidimus late.Sed in contrarium est ueritas, ut est glo. not.in.c. ualentianus.lxiii.dist.in glo.fi.quæ (ex illo tex.in uer. secundũ ordinem meum,quæ uerba ibi erant Imperatoris) dicit ex hoc uerbo,dixerũt quidam,ꝙ Imperator debet habere ordinẽ Subdiaconalem,sed dicit glo. non est uerum, quia habet militarem characterem.i.q.i.quod quidam (dic tu).§.si forte. gerit tamen officium Subdiaconatus quando ministrat Episcopo (hæc illa glo.fi.) cum qua,scilicet,Imperatorem non esse in sacris ordinibus,not.Bal.in rub.i.C.ii.col.uersi.uenio ad tertiã glo.& Abb. in.d.c.uenerabilem.iii col.ad medi.ait,cum illa glo.communem esse opi.doc.scilicet,Imperatorem nõ recipere ordinem Subdiaconatus,& ꝙ ideo impropríe dicitur consecrari Imperator,proprie uero Episcopus consecratur,& Imperator inũgitur,per Io. an.in.c.ii.de præben.in.vi.Idem Cardi.cum.d.glo.in.d.clemen.

unica.in prin.x.no.q,scilicet,Imperator in consecratione nō suscipit ordin~m,& alleg.tex.in.l.sacra.ff.de rerum diui. qui parū facit,imo potius contra,iūcto.c.cleros.§.ego sacerdos.xxi.dist. Ideo est q glo.in.d.l.sacra,dicebat olim Imperatores sacerdotes esse,& patet in.d.c.cleros.§.pontifex.xxi.dist.& ideo Specu. in tit.de leg.§.nunc ostendendum.x.col.uersi.xxix.allegabat primo illum tex.cum ibi no.ad id,quod Imperator ordinem haberet etiam sacerdotalem post.d.c.ualentianos.in fi.secundum ordinem meum,tandem concludit Specul.ubi supra,Imperatorem etiam unctum,consecratum,& coronatum,non esse neq; sacerdo
2 tem,neq; subdiaconem,† imo neq; in officio subdiaconatus subministrare Episcopo,& dicta uerba secūdum ordinem, exponit, idest,officium,sed q tamen habet characterem militarem.i.q.i. quod quidam (dic tu) .§.si forte.& sic nota,q Specu. tenet contra.d.glo.fin.dum in fi.dicebat,q gerebat officium subdiaconi
3 cum ministrabat Episcopo. † Et sciēdum est,q etiam subdiaconatus hodie inter sacros ordines computatur.c.a multis.de æta. & quali.extra.c.erubescebat.xxxii.dist.clemē.ut hi,qui. de æta. & quali.licet olim non,in primitiua Ecclesia,ut legitur,& not.in d.c.a multis.in uer.solos.cum.d.tamē glo.fi.in.d.c.ualentianus. in omnibus tenet Excel.Do.Do.& præceptor meus D.Vincentius de Herculanis,de Perusio,in rub.ff.de uerbo.obli.ii. col.in
4 prin.tenens,scilicet, † q licet Imperator non suscipiat ordinem sacrum,gerat tamē officium subdiaconi, cum in missa ministret Episcopo,& refert Imo.ibi.d.glo.approbañ.& dicētem, q in.d. habitu subdiaconi inseruit ipse Imperator,Missæ Papali,maxime in Missa Natiuitatis,casu quo in Curia reperiatur, sic.d.meus in.d.loco,cui addo,q ille in lib.sacr.cære.lib.ii.char.lxxviii. sub cap.de ord.cant.lec.dicit,q in Matutinis noctis Natiuitatis Christi cantat Imperator,si adest,septimam lectionem, sub Euāgelio exiit ædictum a Cæsare Augusto, cæremoniis de quibus ibi,& q iste modus seruatus fuit,cum Federicus III. Imperator, sub Paulo II. Romæ, his celebritatibus, interfuit. Anno M. CCCCLXVIII. & cum.d.glo.in.d.c.ualētianus,simpliciter no.Marti.Laud.in trac.suo supra alleg. de princip.nor. lxxxiii.licet. & no.ccccclilii.licet.& als etiam Imperator coronatus in Missa Papæ officium facit Subdiaconi,offerēdo ei Calicem,& Patenam cum Hostiis,deinde Aquam infundendam in Vino,ut scribitur in lib.pontifi.suo loco char.lvii.ii.col.et in li. cæremo.char.xxv.ii.col.in fi.& idem,ut supra, cum.d. glo.in.d. c.ualentianus.

c.ualentianus.ut Imperator,licet ungatur,& consecretur,nō tamen sit in sacris ordinibus,sed in sacra maiestate gerat officium tamen,cum ministrat Episcopo,tenet Iaco.Alua.in tit.quis dicatur dux.In princi.v.col.ante fi.i nusib.feu. & Abb.als in sua.i.q.
5 col.xvii.post prin.in no.ix.alias dicit non obstat † q Reges non uidetur puri laici propter unctionem,quia dicit ipse falsum est, quia propter id aliquem ordinem non recipiūt.alleg.c.unicum. de sac.unct.&.c.ii.de præbē.in.vi.in nouel.& Petrus de Monte in trac.de Monarchia.iii.q.col.ii.probat,& Reges,& Imperatores per unctionem non fieri non seculares,per iura,quę ibi cumulat,in quibus in ecclesiasticis dicit non se imiscere,ut infra dixi q.xciiii,xcviii.c.&.ci.Et ego do bonum text.Imperatorem laicū esse,& dici in.c.ubi nam.xcvi.dist.ibi,Imperatores,& ibi nō solum ad clericos,uerum etiam ad laicos.&.c.i.cum seq. multis in illa causa.lxiii.dist.& non esse in sacris ordinibus,nec in subdia
6 conatu præcipue patet. † Quia Imperator coniugem habet, ut passim in iure liquet,& experientia docet, & tamē si in subdiaconatu esset,uel in aliis sacris ordinibus uxorem habere non posset,ut in.c.i.extra de cler.coniug.& cum Abb. in.d.sua.q. q unctio non faciat,q non sit laicus.& in.c.tua.in prin.de deci.& cū glo.in.d.c.ualentianus.& Spec.ubi supra.Idem Mod. de Selua galli in trac.de benefi.ii.parte.q.xxiii.col.viii.in prin. & hæc non tañ.sunt,licet als simpliciter in lib.sacr.cæremo.i.v.sect.cap.iii. iii.col.ante fi.dicatur inter alias cæremonias in coronatione Im
7 peratoris, † q a Canonicis S.Petri in Canonicum,& fratrem recipitur.&.xii.col.in pri.q post coronationem in Canonicum,& in fratrem in Ecclesia Lateranensi,& sic hodie non uidetur merus laicus per illum ritum.Tamē,ut supra,Imperatorem proprie non cōsecrari,& de sacris non se intromittere,& improprie sumi de eo consecrationem in.d.c.uenerabilem.cum simil. declarat,& tenet etiam Ang.Aret.in.§.sacra.ii.col.in prin.in uersi. & aduertas.insti.de rerum diui.post Io.Fab.& Host.ubi ibi.Idem Abb. & doc.in.d.c.uenerabilem.q licet inungatur Imperator,non tamen proprie cōsecratur,& est communis opi.doc.ibi,ut testatur etiam Io.lecirier simpliciter in trac.de primoge.q.xii.ii.lib.col. ix.ad fi.nu.35.viii.uol.Trac.& Card.Alex.in.d.c.ualentinianus. ad fi.tenet,post illam glo.Imperatorem nō habere ordinem subdiaconalem,reprobādo uulgi opinionem in cōtrarium,post Spec.etiam in lib.Ratio.diui.offi.lib.ii.cap.de subdiacono. quod dicit ex eo opinatos uulgares,quoniam in die coronationis suæ

recipitur Imperator in Canonicũ Ecclesiæ S.Petri, & ministrat Papę in Missa in officio Subdiaconatus portando Calicem, & huiusmodi faciendo.

TRIGESIMA QVAESTIO.

1 *An Imperator coronetur. & nu. 2. & seq.*

Imperatorem quis coronet.

4 *Constantinus coronauit Papam Siluestrum. & nu. 5. & seq.*

6 *Præfectus Vrbis, an coronet Imperatorem.*

7 *Præfectus Vrbis, quod ministerium præstet Imperatori, & quando. & nu. seq.*

1 TRIGESIMO Quæro † de coronatione, & respondetur electum in Imperatorem approbatum, unctum, & consecratum, ut supra, coronari debere, probant omnia iura supra alleg. & auctoritates in materia, & qq. unctionis, & consecrationis, præcipue. d. clemen. i. de iure iur. & d. c. uenerabilem. de elec. in uariis locis, & ubiq; doc. præcipue in illa. q. an ante coronationem Imperator possit administrare, & sit Impator uerus. de qua infra suo loco uidebimus. q. xlv. & . xlvi. Et coronari debere, uidetur tex. de iure Ciuili ipsius Imperatoris in. l. fin. in fi. C. de quadrié. præscrip. ubi Iustinianus Imperator dicit, nutu diuino Imperiales suscepimus infulas, & glo. ibi not. ad id, quod Imperator sit coronandus, & ibi Bal. no. præcipue in. ii. lec. ad fi. q Imperator coronatur a Deo per manus hominum. & facit no. Cãti. iii. cap. in fi. Egredimini filiæ sion, & uidete Regem Salomonẽ in Diademate, quo coronauit eum mater sua, &c. & text. in. c. ius militare. i. dist. no. dicit, præmiorum honor est, cum corona, uel torques donatur. & glo. de Impe. & Papa notat coronando in. l. adeo. §. pen. ff. de acqui. rerum domi. & scribit eleganter Bald. in consi. ccclix. uol. i. q antiquitus, florente Romano Imperio, corona Imperialis inuisibilis a Deo imponi dicebatur, materialis uero, & uisibilis ipsa infula Imperialis erat. de qua in. d. l. bene a zenone. in fi. & addo tex. solitarium, qui facit mentionem de corona Imperii in. c. in Christi nomine. in tit. de pace const. in usi. feu. ibi coronam Imperii, & ibi, honorem coronę, & tex. no. expressus in tit. de allodiis, in usib. feu. §. i. ibi, ad suscipiendum Imperii coronam, &c. & in. c. Imperarores. xi. q. iii. ibi, coronarentur, bonus tex. in tit. quæ sint rega. ibi, ad felicissimam regalis numinis expeditionem, & in. l. ii. C. de quib. mun. lib. x. in prin. & Abb. præcipue tradit

pue tradit in.d.c.uenerabilem.iii.col.post medium, post Io.and. & Hosti. ꝙ licet Cardinalis Hostiensis Imperatorem inungat.
2 † Papa tamen coronat suis manibus, ad quod, quæ supra late diximus.xxv.q. Sed ego ultra omnes allego text. expressum ipsius met Imperatoris, quem nec quisq̄ posset euictare not. (dicendo forte, ꝙ supra alleg. sunt prolata ab ipsis met Pōtificibus in causa ꝓpria) prout als in alia materia de legibus eius, dicebat Old. consi.lxix.consueuit dubitari.iii.col. Tex.est, inquam, not.in tit. de statu.et consue.qui est tit.fi.in usib.feud.in princ.ubi Federicus Imperator Romanorum sic testatur. In die qua de manu Sacratissimi patris nostri Summi Pontificis Imperii Diadema curauimus, &c.et sic simpliciter præsupponitur in lib.cæremo.cap. iii.Sectio.v.lib.i.vii.col.in prin.uersi.demum Imperialem coronam, &c.iunctis præcedentibus ibidem, et in.c.fi. in fi.v.sectio.
3 eo.lib.ibi, Romæ, et a Romano Pontifice, &c. † potest tamen coronari, absente ab Vrbe Papa, per Cardinales eius Legatos, nomine Papæ, ut refertur factum in Henrico.d.clemen.unica.de iure iur.uersi.postq̄ ibi coronationis, et consecrationis insignia mi seramus ad Vrbem, et supra dixi.xxv.et.xxvi.q. ubi uidendum. Et idem simpliciter per.d.c.uenerabilē. Imperatorem debere coronari per Papam, tenet Aug.de Anco.q.xxxviii.iii.arti.respondens not.ad.d.c.si Constantinus.xciii.dist. † Vbi legitur Con-
4 stantinum Imperatorem Sacratissimo uertici Papæ Siluestri coronam capitis sui Phrigium manibus suis imposuisse, tenentem Frenum Equi, et alia insignia dando, unde si Imperator coronauit Papam, non uidebatur, ꝙ ab eo debeat coronari. Et illud Apost.ad Thimot.ii.ii.A.non debet coronari, nisi qui prius legiti
5 me certauerit. † Nam ad primum dicit, ꝙ Constantinus coronā imposuit, tanq̄ minister obsequens, non sicut dominium præbēs, et auctoritatem, cuius signum fuit, ut legitur ibi, Tenuit Frenū Equi officium stratoris exequēdo. Ad ultimum duobus modis certari potest præparatione animi, uel operis exequutione, unde Imperator quādo coronatur, etiam a principio probatus est, iam animi præparatione, &c. Et cum sit conclusio per supradicta Im-
6 peratorem Romanum, manibus propriis, coronari a Papa. † Sequitur, ꝙ male dixerit Bar.in.l.i.ff.siquis testa.liber esse iuss.fue. in prin.dum dicebat, Præfectum Vrbis Romæ coronare Imperatorem, cum sit contra supra allega.et nullibi probetur, licet illud dictum Bar.simpliciter teneant Mod.Tauri.Purpu.in.l.i.ff. de offi.eius.in prin.ix.char.ii.col.post Ioā.de Platea, ubi ibi, et

Marti.Laud.in trac.de princip.penul.col.no.cccccxxxix. præfe-ctus.et alii de quibus infra.q.xliiii.et male,per prædicta. Et re perio in terminis Iaco.Alua.in tit.quis dicatur Dux,Comes.in prin.in usib.feud.vi.col.post prin.dicentem,ꝙ quidam uulgares dicunt,ꝙ in Vrbe Romana Pręfectus coronat Imperatorē,post Bar.in.d.l.i.§.i.sed dicit Iaco.hoc non esse uerum,quia Papa co ronat,ut in.d.c.uenerabilem.et.d.clem.i. et idem met Bar. in tit. qui sint rebel.in gl.super uerbo rebellā.dic.i.col. post medium.

7 † Est tamen bene uerum,ꝙ Præfectus Vrbis interuenit cum Se-natore,et aliis cum suis ornamentis,als quando Imperator Ro-mam religionis gratia ueniret,ut patet in lib.sacr. cæremo.xiii. sectio.c.i.lib.i.

8 † Item et in ingressu Vrbis Imperatoris coronā di,portat in quodam loco,cum Senatore Baldachinū supra Cæ-saris caput,et eo descendente de Equo,ei Staffam tenet, deinde ante eum præcedit,ut in.d.lib.et.v.sectio.cap.iii.i.col.Sed forte saluañ.Bar.dici posset loqui nondum de Græcis in Germanos translato Imperio, & ita transitiue simpliciter sentit Episcopus Gurgeñ.in.d.libello suo.char.xxxvi.i.col.in fi.§.ex his.Sed ta-men bene uisus Bar.in.d.l.i.id non sentit,quia dicit coronat, nō dicit coronabat,unde,ut supra dixi, male uidetur loqui Bart.& quæ infra dixi.q.xliiii.

TRIGESIMAPRIMA QVAESTIO.

1 *Qua potius die debeat fieri coronatio Imperatoris.*

2 *Coronatio Imperatoris,an quolibet die fieri possit.*

1 TRIGESIMOPRIMO Quæro † qua die potius de beat fieri ista coronatio Imperatoris? Lib.sacr.cæremo.ca. iii.sectio.v.lib.i.ii.col.ad fi.dicit,ꝙ dies conuenientissima est in Dominica Lætare,in medio Quadragesimæ (secundum Durāt. Specu.in Ratio.diui.) & ꝙ ita a Nicolao.V. in coronatione Fe derici seruatum fuit, & tu adde, ꝙ licet ille non assignet locum pręcise ubi Spec.in dicto Rationali id ponit. Tu dic,ꝙ est in.vi. parte sui operis,sub rub.de Dominica.iiii.Quadragesimæ,in fi-nalibus uerbis,ubi hęc dicit.Hac etiam die Christianus corona tur Imperator,ut semper coronam superne Hierusalem medite-tur,facit ꝙ legitur no.Cantic.d.c.iii.in fi.ibi, Egredimini filiæ sion,& uidete Regem Salomonem in Diademate,quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in diē lætitię eius.

Sed

2 † Sed cum in iure dies præcisus non determinetur credendũ est & alio die fieri posse, secundum q Papæ uisum fuerit, qui in huiusmodi plenitudinem potestatis habet, arg. cle. i. in fi. de sequest. pos. & fruc. & c. proposuit. de concess. preben. cum simi. & ita alio die, Bononiæ annis præteritis, fuit coronatus præsens Sacratissimus, & Gloriosissimus Imperator Carolus. V. sub Clemen. VII. ut infra dixi. q. xxxv. ubi uideñ.

TRIGESIMASECVNDA QVAESTIO.

1 *In quo loco debeat, seu altare coronari Imperator.*

2 *Imperatoris coronandi cæremoniæ, an unico contextu fieri debeant, & eodem die.*

1 TRIGESIMOSECVNDO † Quæro in quo loco seu altare debeat coronari Imperator, dic, ut supra de unctione. q. xxiiii. & tango etiam infra. xxxiiii. q. Vnum sciendum
2 est † circa præmissas solennitates, ritus, & cæremonias, in ungendo, consecrando, & coronando Imperatorem, q licet Ecclesia ea omnia uno die, & unico contextu expediat, & absoluat, ut deprehenditur ex. d. lib. Pontifi. & sacra. cæremo. suis supra citatis locis, Tamen id nõ uidetur de necessitate iuris omnino. Quin si solennitates forte, longius temporis spacium, & commoditatẽ requirerent pluribus diebus, non possent expediri, & sic al's obseruatum legimus in Veteri Testamento Leuit. cap. viii. in fi. ubi in ungendo, & consecrando, Aaron, & filios, ritus illi septem diebus completi fuerunt, licet bene quædam in iure nostro, unico contextu al's expediri debeant, ut in. l. hæredes palam. §. fin. ff. de testa. cum simi. l. furiosum. C. qui test. fac. pos. Are. in. §. ex eo. ad fi. insti. quib. mod. testa. infir.

TRIGESIMATERTIA QVAESTIO.

1 *Cuius æris, uel metalli Corona Imperator coronetur.*

2 *Aurum cæteris metallis nobilius est.*

3 *Diadema quid proprie, & nu. seq.*

4 *Sertum quid. & nu. seq.*

Corona quid.

5 *Sanctis qua forma detur Diadema, & cur.*

6 *Corona quot de causis detur, & gemmata.*

7 *Imperator quot Coronis coronctur, & quibus, & ubi, & nu seq. & .12.*
8 *Indictio cur, & unde.*
9 *Athleta tribus Coronis coronatur,*
10 *Imperatores olim, qua Corona coronabantur.*
11 *Federicus Primus quot Coronas habuerit, & ubi, & nu. 13.*
14 *Corona Imperialis quomodo ab alijs differat.*

1 TRIGESIMOTERTIO Quæro † cuius æris, uel
metalli Corona debeat coronari Imperator. Ille in.d.lib.sa
cra.cæremo.supra citato suo loco, non aperit, sed simpliciter di-
cit Imperialem Coronam cũ sua Tiara imponi super caput eius,
&c. Abb.in.d.c.uenerabilem.iii.col.de elect.post medium dicit
post Io.and.& Hosti.coronari a Papa Corona Aurea, & habere
uidetur rationem, licet iura speciem metalli expresse non expri-
2 mant, † Quia cum Aurum cęteris metallis sit excellentius, ut pa
tet de se, & per Bar.in trac.suo de insig.& arm.col.penul.ante fi.
uers.sed dubitatur, & tex.in.c.duo.xcvi.dist.ibi, Auri fulgorem,
& in auc.de consul.§.hæc itaq; designat paritre ipsum Imperato
rem etiam aliis Regibus, & Principibus in potentatu, & iustitia
esse debere excellentiorem, ut per gl.not.expressam in clem.uni-
ca.de iure iurã.§.porro, in uer.uestigiis, ad fi.& in.§.nos. ante fi.
3 eo.tit.in uerbo diadema, not.dicit, † q; Diadema proprie dicitur
Corona Imperialis, uel Regia, post tex.ibi, & differt a serto qđ
4 fit de Floribus insertis, † & a Corona, quæ dicitur circulus capi
tis, & de quolibet metallo, Diadema uero solum de Auro, & La-
pidibus præciosis, & componitur a Dia, q; est duo, & demo, mis,
ex sui enim rotunditate principium demit, & finem, & de Diade-
mate Principum meminit.d.tex.in.d.c.duo. ad fi.xcvi.dist. & in
Veteri Testamento Canti.cap.iii.in fi.ibi, Regem Salomonem
in Diademate quo coronauit, & de Diademate etiam, olim insi-
gniis Regum.i.fascia linea, & candida, quæ Regum capita cin-
gebat, & qua ratione inuentum late ab ouo repetit.d. Episcopus
Gurgeñ.in.d.tract.de coronatione.char.v. & seq. sub rubr.quæ
5 fuerint olim Regum insignia.† Aĭs Sanctum Diadema datur in
forma scuti rotundi, quia Dei protectione diuina fruunt, ut de-
clarat Spec.in lib.Ratio.diui.off.i.parte, sub rub.de picturis.vi.
col.in prin.unde Sapientiæ.v.cap.c.Iusti accipient regnum deco
ris, & Diadema speciei de manu domini, quoniam dextera sua,
&c.& de Diademate cum.d.glo.in.d.clem.scribit Anto. sicul.in
6 trac.de potesta.regia.q.xlii. † Ibidemq; post Pau.& Card.quot
de causis

de causis Corona detur, & cur Gemmæ superimponantur, & de Reginę Vasthi Diademate, ut pulchrior appareret. Hester. i.ca. Et tex. in. c. ius militare. i. dist. dicit, ꝙ præmiorum honor est, cũ
7 Corona, uel Torques donatur. † Sed ulterius cõsiderandum est, ꝙ electus in Imperatorem uidetur coronandus triplici Corona, Ferrea, Argentea, & Aurea; Ferrea, quam recipit ab Archiepiscopo Colonień. in Aquisgrano, eiusdem diocesis, & significat fortitudinem, quia uincere debet infideles, & rebelles conculcare, & dicit Io. Vgo. in. d. lib. Quadruuii Eccle. char. xxix. col. ii. §. consistit, ꝙ Aquisgranum est caput Regni, et est locus celebris, in quo consueuerunt Concilia celebrari. c. penult. xxxvi. q. ii. ad fi. Hosti. in summa de pœn. et remis. sub. §. cui confiteń. uers. cui Imperator. Secunda Argẽtea, quam ingressus Italiam recipit a Mediolanensi Archięp̃iscopo in Villa Modecień. eiusdem dioc. uel in Ecclesia S. Ambrosii Mediolani, & designat eum in mũditia, et claritate esse debere. Tertia de puro Auro, qua per Papam Romæ in Ecclesia S. Petri ad Altare S. Mauritii coronat̃, ut supra q. xxiiii. significans, ut supra proxime dixi. Et ita de hac triplici Corona magistraliter meminit, et declarat, ut supra gl. in. d. cle. unica, in. d. §. porro, in uer. uestigiis. Et Io. Vgo. d. loco, et no. simpliciter in tract. de nume. Card. vi. char. col. ii. in. vi. uol. Tract. licet nihil alleget, et Anto. Rosel. in tract. de pote. Papæ. dum respondet in. i. q. sua. x. rationi in prin. & Io. lecirier in tract. de primogenitu. q. xii. ii. lib. col. ix. viii. uol. Tract. quam gl. ibi signandam, et sing. ait Card. in. d. §. ii. col. Subdẽs tamen duo, Primum dum gl. ibi dicit in Aquisgrano eius diocesis Colonień. ꝙ licet ita etiam ponatur in Prouinciali, Hosti. tamen in summa de pœni. §. cui confitendum, sub. §. Imperator, in prin. dicit, ꝙ est in diocesi Leodii in princ. Item et secundum, ꝙ dum. d. gl. sing. dicit, ꝙ secunda Corona est Argentea, aliqui dicunt, ꝙ est Ferrea, et prima Argentea, et ꝙ sic hodie seruatur, Sed ꝙ forte olim seruabatur, quod dicit glo. quæ dictam triplicem coronationem ubi supra comprobat exemplo olim Romanorum. Dicens, ꝙ ita olim ipsis, in tribus his metallis tributum dabatur, ut remittit ad late dicta per se in. c. inter dilectos, de fide instru. in glo. in uer. indictionis, Sed est etiam gl. magistra, et solennis in auth. ut præpo.
8 nomẽ Imp. in prin. † unde indictio deriuata fuit, & per Io. Vgo. in. d. lib. char. xxxvi. colũ. ii. §. cum autem, in uerbo indictio, post Spec. in ti. de instr. edic. §. post annos, & Io. an. in. d. c. inter. Hos. in summa de fide instr. §. quibus, sub. §. curauerat, & est gl. in rub.

C.de indictio.lib.x.in fi.& per doct.in.ii.constit.C.in fi. in uer. indictionis,ubi etiam in simili adducunt de triplici coronatione Imperatoris.d.gl.& cum.d.glo.sing.de triplici coronatione Imperatoris,& a quibus,& de cuiuslibet significatu,transit simpliciter Abb.in.d.c.uenerabilem.iii.col.de elect.& late cum eadẽ gl. Signoro.in cons.cxxix.& remissiue cum eo de dictis tribus Coronis Moder.Taurineñ.in rub.proœ.ff.vi.col.ad fi.& idẽ Christophorus Portius in proœ.insti.pen.col.in fi.& Ias.ibi cum addi.ad eum,tum de triplici Corona,tum etiam de locis,& significatu,ut in.d.gl.sing.& Aret.in proœ.insti.iiii.col.in prin.simpliciter per.d.gl.in.d.cle.not.ꝙ proprie Imperator dicitur per triplicem coronationem,remittens se ad.d.glo.sic cum ea,& de dictis tribus locis,in quibus Coronam suscipit Imperator per illã no.Marti.Laud.in tract.de Princi.not.clii.Imperator.& dicit se plene dixisse in.l.rub.ff.uete.Papiæ. Idem Petrus de Monte in d.trac.de Monarch.ante fi.v.q.uer.uerum quia,ubi dicit in Pontificali haberi,ꝙ coronet̃ dicta triplici Corona in locis de quibus supra,& assignat duas rationes significatuum,scilicet,metallorum.Item illud de tributis in.xv.annis,cum glo.in.d.cle.& in auct.ut prępo.nom.Imp.& ita simpliciter transit,licet aliud non alleget.Et notañ.est, ꝙ ad id allegat librum Pontificalem, qui generalitet uidetur approbari in.d.clem.in uers.postq̃. Idem tamen Pontificalis (quem communiter habemus) ut infra proxime dicam,aliter uidetur dicere. † Et facit not.quia,& al's tribus

9 Coronis coronandus est Athleta,ut priuilegium consequatur.l. unica.C.de athle.lib.x.Et cũ tot auctoritates iure nostro,ut supra,in hac triplici coronatione habeantur,inferri uidetur,ꝙ forte aliquantulum nimis audacter,& in messem alienam falcẽ immittens.Ille in lib.sacr.cæremo.cap.ulti.v.sectio.lib.i.sub rubr. de triplici Imp.coron.& ante eum Pontifical.char.lxi. eadẽ rub. dixit,uulgarem esse opinionem illorum,id tenẽtium,concludẽs, ꝙ licet Clarissimus Iureconsultorum sui temporis Bal. opusculum super ea re ediderit,misticas metallorum significationes so-

10 lertissime interpretando,tamen fabulas esse.† Et ab ouo fere, repetendo Romanorum olim Imperatores,nulla Corona,nisi Laurea,aut aliqua alia felici arbore usos fuisse,& Cæsarem aurea,discurrit.Licet bene referat pro uariis Regnis,al's quãdoq; uarias

11 Coronas acceptas.† Vt a Federico Primo,quinq; Coronas Aureas acceptas,qui pro Regno Francorum apud Aquisgranũ primam.Secundam pro Regno Germaniæ Ratisponæ.Tertiam Papiæ pro

piæ pro

piæ pro Regno Longobardico. Quartã Romæ pro Romano Imperio ab Adriano. I I I. Summo Põt. Quintam uero Modetię pro Regno Italico, Auream tamẽ semper accepit, secundũ Othonem Fristugeñ. Episcopum uirum doctum, & historiam scribentem suorum tẽporum, & sic ꝙ Romanorum Imperator pro Ro. Imperio unam tantum coronam suscipiat, & eam quidem Romę, & a Ro. Pont. Als autem alibi, pro aliis, & diuersis regnis. Hæc ille. Cui forte in practica standum est propter approbationem, quam de dicto lib. sacr. cęrem. facit Ecclesia Ro. Et pręsentẽ Inuictissimum Imperatorem nostrum Carolum. V. accepi, coronatum fuisse, ut infra ad fi. huius. q. refero, post Episcopũ Gurgen.
12 ¶ † Prædictis addo, ꝙ Iacob. Aluaro. etiam in tit. quis dicatur Dux, uel Marchio in usi. feu. in prin. vi. col. per totam, & seq. uers. quęro quot coronis, tenet de dicta triplici coronatione late post gl. in. d. cle. Romani, de iure iur. & de duplici ratione trium Coronarum, solum post Signor. in procœ. ff. discrepat a dicta glo. & dicit in Alemania prima Corona coronari Argentea, nõ Ferrea, Mediolani Ferrea, et de ratione, et ꝙ seruatur, et est de iure, et idem Iacob. eo. tit. ix. col. in prin. dicit, ꝙ in Registro Curię Ro. habetur Imperatorem Rom. tribus Coronis coronari, et ungi, et cum eo Anto. sicu. in tracta. de potesta. et excellen. regia. q. xiiii. ¶ Non omitto tamen, ꝙ etsi præfatus uir in. d. lib. cęrem. d. cap. damnauerit hanc triplicem coronationem, ut supra relatum est.
13 Idem tamen, als refert cap. iii. ii. col. eo. lib. & sectio. † Federicum Imperatorem Romæ Corona Regni Longobardici, siue Italici, (quã superiores Imperatores Modetię suscipere consueuerunt) cum ipse Federicus pestis timore illuc accedere non potuisset, Pontificis Nicolai manibus coronatum fuisse in Basilica Petri, apud altare maius, quæ Corona Ferrea (licet Aurea sit) ait nun
14 cupari. † In quo tamẽ differat forma Coronę Imperialis ab aliis declaratur in. d. lib. sacr. cæremo. d. c. fina. uers. sed differt forma, &c. Et de primo ortu, et inuentione Coronarum, multiplicię earum usu, et genere in signum Imperii, in signum industriæ, et pręmii militaris, et in signum spiritualis uictoriæ, et als multa ex literis repetendo humanis, scribit ille Episco. Gurgeñ. in opusculo suo de corona. sub. d. rub. char. iiii. et seq. Idēq; in eo. lib. char. vi. et seq. quædam, licet breuiter, et sicce in iure, scribit de dicta triplici Coronatione, Argentea, Aurea, Ferreaq; Corona ad exẽplum dicens supremi terræ, Cœlorumq; Regis Iesu Christi, quẽ sacræ designant literæ, his tribus Coronis coronatum, Argẽtea,

ut Zachar. V. sumes, inquit, argẽtum, & pones in capite Iesu ferrea, ut in lib. Regum sub imagine Zedechiæ, qui ferream sibi fabricauit Coronam. Aurea, ut in Apocalyp. uidi, inquit, supra nubem, filium hominis habentem in capite suo Coronam Auream, & fabulosum ait illud de triplici lustro tempore Populi Ro. & illud de illa alia significatione fortitudinis, & pietatis. ¶ Sed tamen, pace sua, ratio eius ex Veteri Testamẽto in. d. locis, potius infert ad Imperium Papæ, & in tribus eius in Regno Coronis, qui Christi uerus Vicarius est, ut infra diximus. q. l. Idemq; Gurgen. in eo. libello, char. xvi. ii. col. sub. §. cæterum, tradit pro eleganti Imperatorem triplici Corona insigniri, q; sit totius Mundi dominus, qui in tres partes diuiditur, Asiam, Aphricam, & Europam dicens, hoc esse non illepidum glosæ commentum in rub. C. de indictio. lib. x. (Sed pace sua in lib. meo glo. ibi id non dicit) Et circa prædictam triplicem Coronam idem Episco. char. xxxii. ii. col. & seq. in. §. ex his. refert idem Alb. ponere in suo dictio. in uerbo Corona, post gl. in. d. clem. unica. licet aliquot iam seculis dicat, Mediolanensem illam secundã Coronam sublatam fuisse, & omissam, At in Germania perinde, ut Romæ Aurea Corona insigniri Imperatorem electum, Illa, scilicet, eadem, qua Carolus Magnus primo usus est, attestãdo de uisu, in præsente Imperatore semper Augusto Caro. V. cum tunc apud eum, Ludouici Pãnoniæ, Boemiæq; Regis, unius ex eligentibus, Orator esset. Et sic præsens Imperator Serenissimus Carol. V. bis coronatus fuit in Germania, ut supra ille testatur, & Bononię a Clem. VII. feli. record. ut infra dixi. q. xxxv. Et ut accepi, Bononiæ accepit utranq; Coronam, illam, scilicet, quam Mediolani, uel Modeciæ solet accipere, illuc enim fuit transmissa, & illam, quam Romę capit, una die alteram, & alteram sequenti. Et de duabus Coronis Imp. Aquisgranæ, & Mediolañ. (quæ gestari debent ante eum, per Principes inferiores electos ab eo,) inter cætera meminit specialiter Bulla Aurea Caro. IIII. Rom. Imp. quam supra retuli. q. viii. ante fi. ca. lvi. Si ergo ibi de illis duabus meminit, tertia Romana, a nemine negatur, Ideo tres Coronę uidentur, & in. d. Bulla cap. xxiiii. supra posito dicitur, q; Archiepiscopus Coloniẽñ. Regi imponit primum Diadema regium.

TRIGESIMAQVARTA QVAESTIO.

In quo loco mundi Imperator coronetur.

TRIGESIMOQVARTO Qurro in quo loco mũdi déat electus in Imperatorem promouẽdus coronari pro Rom. Imperio, & .d. lib. sacr. cæremo. suis supra citatis locis Romæ semper supponit, & dicit, præcipue. d. c. ult. d. v. sectio. in fi. & uidetur probari efficaciter, Primo per tex. in. d. clem. unica. de iure iur. uers. postq̃. ubi Papa refert per Cardinales misisse ad Vrbem, futuro Imperatori Henrico, insignia consecrationis, & coronationis, & idem pro ritu traditur in. d. lib. cæremo. d. v. section. lib. iii. sub rub. de Coron. Impe. absente Papa, & sic si alibi fieret ubi Papa esset, nõ fuisset opus mittere insignia ad Vrbẽ, & rationem euidẽtem habere secum uidetur, ut pro Ro. Imperio Romæ etiam coronari debeat, arg. l. v. C. de defens. ciuit. l. a nullo. C. de feriis. in fi. c. quæ ipsis. xxxviii. dist. c. eo ipso. in fi. lxviii. dist. l. i. in fi. C. de off. præfe. urb. ibi, ut sciat ex ipso nomine, quid ipsi debeatur, &c. cum simi. Secundo ita tenet glo. in. d. cle. unica. §. porro, in uer. uestigiis. ante fi. ibi, Tertia de Auro, qua coronaẽ per Papam in Ecclesia S. Petri ad Altare S. Mauricii, &c. & Romæ etiam coronari, simpliciter ponit Veroñ. caut. xiiii. scis. ad fi. Idẽ supponit tex. in. c. tibi domino. lxiii. dist. ibi, ꝙ si permittente Domino Romam uenero, &c. & cum. d. glo. in. d. uerbo uestigiis. de Corona, loco, & Altare, Pet. de Monte in. d. trac. ante fi. v. q. uers. uerum quia. Et addo bonam gl. in. l. unica. ff. de offi. pręfec. aug. in glo. fi. dum dicit, Alexandria, Metropolitana erat Ciuitas, in qua Præfectus consequebatur Præfecturam, sicut & Imperator Romæ, & ꝙ id erat per ingressum loci, &c.

TRIGESIMAQVINTA QVAESTIO.

1 *An Imperator alibi, quàm Romæ possit coronari pro Ro. Imperio.*

2 *Papa in quibus dispensare possit.*

3 *Dispensatio in quibus locum habeat.*

4 *Proprietas, & naturalitas rei tolli non potest.*

5 *Papa non potest priuilegiare aliquem, ut ad se uenire non teneatur, & quomodo id fit. & nu. 12.*

6 *Imperator electus Romam pro Corona proficisci debet, nec potest ei mitti alibi.*

7 *Carolus. V. quo tempore, die, ubi, & per quem fuerit coronatus.*

8 *Sacrilegium est contra Principem aliquid disputare, uel de eius authoritate.*

9 *Papa alibi, quàm Romæ creatur quandoque.*

Vbi Papa, ibi Roma, & ibi Curia.
Imperator olim ubi erat, ibi Roma.
1 0 *Paulus Papa. III. Perusiæ quo tempore fuerit, eiusq; bonitas, & uirtus.*
1 3 *Imperium, & Sacerdotium fraternizant.*
1 4 *Papa non dicitur Romanus, prout Imperator Romanorum.*

1 TRIGESIMOQVINTO Quęro, † an alibi, q̃ Romæ possit per Papam coronari de Ro. Imperio. Adducta in proxima præceden. q. arguunt satis fortiter, q; non, & Bal. in. l. fi. C. de quadrien. præscrip. i. lec. col. fi. ante mediũ, dicit post Inno. ubi ibi, q; si Imperator loco non debito Coronam recipiat, q; potestatem administrandi recipere potest ab Archiepiscopo Colonieñ. & q; etiam auctoritate propria sibi assumit. & glo. in clem. unica. de iure iur. §. porro. in uer. reges. Idem dicit post Innoc. in c. uenerabilem. supra alleg. quando, scilicet, Imperator non posset recipere Coronam in loco debito, & de illo dicto Inno. meminit etiam Petrus de Monte in. d. tract. de Monarch. ante fin. v. q. iii. col. licet in alio proposito, & per Card. in. d. c. iii. q. & gl. nor. magna in prin. ut Ecclesia Rom. in auct. ad fi. dicit, q; licet Constãtinopolis sit noua Roma, & caput orbis, ut ibi, & ll. i ea alleg. Tamen q; Imperator creatur in ueteri Roma, non in noua. Et q; necesse sit, q; Romæ suscipiat, uidetur tenere Iacob. Aluar. in tit. de pace iuramẽ. firman. §. fi. col. pen. in prin. in usib. feud. & ii. no. Idem clare, & q; non posset ei alibi mitti, nec ipse mittere procuratorem pro ea. Ergo sentit Bald. post Inno. aliquem locum esse debitũ coronationi eius, & Papam per consequens alibi non posse, quia etiam ibi supponit Bal. Imperatorem esse coronatum, & tamen solus Papa coronat, uel aliquis eius mandato, ut supra diximus, & no. Bal. in rub. C. ii. col. † Et licet dicamus Papam supra ius esse, & dispensare posse super omnibus. c. proposuit. de concess. præben. nisi in articulis fidei, ut ibi doct. & in. c. quę in ecclesiarum. de consti. Pet. de Anch. cõs. cccLxxiiii. reuocatur in dubium. col. iii. cum simi. Tamen id uerum uidetur, in his, quę sunt iuris, & similium, sed quæ sunt facti naturalis, ut unus locus sit, alius, non uidetur posse, quia impossibilitas, uidetur repugnare,

2 (margin at "ximus")

3 & extrema non unĩr habilia, † merito dispẽsatio non uĩ posse habere locum. arg. c. tanta. extra qui filii sint legi. & quæ per Bart. in. l. si is qui pro emptore. iii. col. & seq. circa facta enim non potest fingi. l. deniq;. ff. quib. ex cau. maio. & ibi nota. l. uerum. ff. de reg. iur. l. in bello. §. cætera. ff. de capt. cum simi. Item quia q; Romæ Romanorum

max Romanorum Imperator coronetur naturali ratione, & proprietate nominis, ut supra diximus praeced. q. uidetur inductum. Quomodo enim Romanorum coronatur Imperator si Romę nō est? arg. l. iii. C. de senten. quae sine cer. quantit. cum supra allega.
4 † Et quae naturaliter, & proprietatis sunt tolli non possunt. §. pe. insti. de iure nat. gen. & ciuil. cum simil. etiam nec per Papam, ut est tex. no. in. c. cum ad monasterium. ad fi. extra de statu mona. & v. dist. per totum. & sic als Athleta, qui tribus Coronis coronari debet, unam saltem Romae recipere debet. tex. no. in. l. unica.
5 C. de athle. lib. x. † Et facit, quia Papa non potest quem priuilegiare, ut non teneatur uenire ad eum. ut no. tradit Io. an. & Abb. in. c. cum instantia. ii. col. de censi. & referunt Moder. in tract. de benefi. iii. parte. q. viii. uers. uigesimo facit. Facit not. dictū Bal. & seq. quod referunt Moder. Tauri. in rub. ff. vii. col. post prin. dum dicūt Bal. in fi. tit. de pace iur. fir. per illum tex. & alios scri-
6 ben. etiam notare † electum in Imperatorem debere Romā proficisci ad eam Coronam suscipiēdam (licet ego non inueniā Bal. in lib. meo. d. loco id dicere) & ideo diligenter perquirēdo istud no. dictum Bal. fueni, q est in tit. de allod. c. ad hoc. quod est ca. unicū. §. i. in usib. feu. ubi dum tex. dicit, quicq in. d. publica expeditione Romam ad suscipiendam Imperii Coronam, Regē non adiuuauerit, &c. Bal. ibi. vi. col. expresse notat hoc, uidelicet. Nota, q Imperator Alemanus debet ire Romam ad suscipiendā Coronam, & plus ultra dictum modernum, dicit ibi Bald. scilicet, q nec posset ei mitti alibi, scilicet, in Alemaniā per Papam, & hoc debet fieri in ueteri Roma, non in Constantinopoli. Item Imperator debet ire, non mittere. Hęc ille in. d. restituto loco, ubi alii, & dicam infra. q. xlviii. licet bene als palliū Archiepiscopo mittat Papa, ut in. c. significasti. in prin. de elect. extra, & sic Bal. ex-
7 presse dicit q non potest ei mitti alibi per Papam. † Sed quia in contingentia facti, clarū est fuisse secus obseruatum Annis praeteritis, sub Clemente. VII. feli. record. Pont. Max. qui Bononiae de Anno M. D. XXX. Die. XXIIII. Februa. Die Iouis, Festo S. Matthiae Gloriosissimum hunc praesentem Imperatorē Carolum. V. semper Augustum coronauit. Non est in dubiū reuocandum, an facere potuerit, quia absolute tenendum uidetur, q sic. Et, ut audio, tunc ibi id disputatum fuit, an fieri posset, &
8 cōclusum affirmatiue. † Ideo nefas esset aliud dicere cōtra Principem. argu. l. ii. C. de crimi. sacrileg. ibi, disputare de principali negotio non oportet. Sacrilegii enim instar est. Canonizat. xvii.

24 similibus, & est tex.in.d.c.Constantinus ad fin. † Quare autẽ Imp.Imperiũ Ecclesiæ subiecerit, & tot bona sibi dederit ultra ea quæ colliguntur in.d.c.Constantinus.xcvi.dist.Respon. idẽ Io. Vgo.in.d.loco uideri factum, ne pauperibus, et egenis desint alimenta, dicente Imperatore humanitatis nostrę, est egenis prospicere ac operã dare ut pauperibus alimẽta non desint. l.priuileg.§.omnes.C.de Sacr.Sact.Eccles.& supra uidimus.q. vi.ideoq; permisit Imperator etiam multas domos religiosas fabricari, & hospitalia ac pia loca priuilegiis, & immunitatibus dotando, ut est uidere in tit.C.de Sacr. Sanct. Eccles. de Epis. & cleric.in multis.ll.in auct.de rebus Eccles. & de eccles. titul.

25 † Prædictis etiã in materia addo, ꝙ de hac donatione Constantini quædam congesta reperiuntur in quodam libro, qui fasciculus rerũ inscribitur de quo etiã supra memini fol.lxii. & seq. multis ubi ad Iul.ii.Pont.max.Bartholo. Picerno de Monte arduo interprete, ponitur uersa de gręco in latinum donatio, ac ędictum Constantini, in Siluestrum Papam dicente, ꝙ in eius celeberrima Bibliotecha occurrit sibi quidam libellus Græcus qui eam continebat, quem uertit, & ei inscribit in eaq; in summa, de uerbo ad uerbum posita, continetur primo professio, & confessio Christi saluatoris Christianæ Religionis, & Euangelii, secũdo grauis sua lepra, & cisterna, innocentis sanguinis plena suasa, nec exequuta, miseratus lachrimas matrum.iii.ui

sio,&

sio, & Apparitio in somno, Beatorum Petri, & Pauli consulentium ꝑ salute, & sanitate Baptismatis lauacrum.iiii.historia lauacri in Lateranensi Concilio, & de manu se tangēte a cœlo propriis oculis inspecta.v.donatio, et uerba eius, ac Priuilegia Pōtificis, & eius successorum usq; ad consumationem Mundi tum supra quatuor præcipuas sedes Antiochiæ Alexandriæ Constātinopolis, & Hierosolimorum tum super omnes in uniuerso orbe terrarum Dei Ecclesias in.S. R. E. donās Lateranense eius Regni Palatium Diadema hoc est Coronam capitis, phrigium. i.Mitram, lorum, quod Imperiale collum circūdare consueuit, purpureā clamidē, coccineā tunicā Imperialia oīa indumēta, Imperialium equitū præsidentiū, dignitatē Imperialia sceptra, signa, et ornamenta, gloriā, & ptātem, Nec nō Reuerendiss.Cleri. S. R. E. seruientibus, dignitatē patriciatus, et consulatus, Item, et ne Pontificalis Apex uilescat, sed magis q̄ terrenum Regnum decoreť tradit, cedit sępe dicto Papa Beat. Siluestro, urbem Romam, & totius Italiæ, & Occidentalium, regionum, prouincias, loca, & ciuitates, et eius successoribus, iudicio, & potestate, disponenda, et permanenda, ędicto pragmatico Demum, transfert iure, in orientem, Bizantii Imperium, & gloriam, Mandando posteris eius Imperatoribus, senatui optimatibus satrapis, & uniuerso populo, in toto orbe terrarum usq; ad mundi consumationem, inconcussa omnia seruare comminando grauiter, Attestando de propria promissione, et Impositione talis paginę Decreti, manibus propriis roboratæ super uenerandum corpus principis Apostolorum Petri, Datę Romę.iii.Cal.Aprilis Flauio Cōstantino Aug. & Gallicano uiris cōsilibus, & clarissimis, prout late de uerbo ad uerbum, uersa iacet de Greco in Latinum, latius ad unguem in.d.libro fasciculi Rerum fol.lxii.et duobus seq.ubi fas ē prolixius legere, et quæ supra nu.xi. Et licet ibi sequatur cuiusdā Vlrichi Hutteni præfatio, ad Leonem.x.conantis maligno spir tu, et animo ductus lutherizans scilicet, Laurentii Vallæ libellum contra eam donationem, defendere, negantisq; grece eam extare, registrādo inibi eiusdem uallæ contra illam, Declamationem, & laudādo, ueritas tamen, & cōmunis sancta, & pia opi.est in contrariū, ut ex supra late congestis apparet addit, & ille, fol.lxxix.quandam sententiam, de dicta donatione, quam asserit, fuisse cuiusdam Nicolai de Cusa, Card. Titul.s.Petri ad Vincula, ad Cōcilium Basiliense scriptam in libro de concordantia catholica.li

bro.iii.cap.ii.in qua ad idem inclinat, arg.a non legi, tenue fun damentū, confunditur tamen ē ucrisimiliter quoniā cum, & ad mittat, in certis historiis legi Constantinum a Siluestro Baptizatum fuisse, & tres Ecclesias illas.s.Ioannis Petri, & Pauli or nasse, mirifice, & dotasse, de eisq; in Pontificum libro reperiri, sequitur ergo, q, & alterum, quod communis opi.tenet, & asserit.de donatione temporalis dominii, & Imperii occidentis, licet ille neget, uerū esse prǽsumatur, & standum ei sit, ut alias scrib.dicunt, uerificatis quibusdam capitulis, unius libri, & asserentis, aliis quoq; standum, ut late post Aret.Corn. & Paul.
26 de ea.tradit Deci. i lib.i.C.de ædendo col.ii.in prin. Admittit etiam ille Cardinalis.d.loco, ante finem, Constantinum Impe. tempore Melchiadis Papę fuisse, & tunc Christianum, ut per Aug. in multis locis habetur, & maxime in Epistola ad Glorium, & Elusiū, q incipit, dixit quidē apľus, &, q idē Hiero. &, q t.q ascribit.d.Papę Melchiadi qui habet i.d.c. futurā.xii.q.i. non est Melchiadis Papę secundum gl.ibi, & rei ueritatem, ut, & supra diximus nu.xix.quia Melchiades pręcessit Siluestrum ut ait patere in catalogo Pontificum, & sic titulum illius tex. falsum secūdū cōmunem, quia fuit Baptizatus a Siluestro sicq; etiam tolluntur authoritates multorum scribentium, posite in d.libro fol.lxxx. & seq.arguendo a nō legi, cum sint ut supra uidimus, qui de ea attestentur, quę proculdubio ualuit ut supra late deductum est præcipue illa ratione clara quia non fuit ē pura simplex donatio sed potius restitutio Ecclesię, iuris sui cū oīa sint de Chri dominio, cuius Papa est Vicarius in terris, ut etiam dicit Anton. Archiepiscopus Florent.i prima parte historiali titulo.viii.c.ii.§.viii.relatus etiā in.d.libro fasciculi, folio.
27 lxxx.col.i.post principiū; † Et ibidem ad fin. q unde habuerit terras Ecclesia, uidenda sunt Gesta Caroli magni, & Pipini, & Pius Papa in dialogo, & per.B.platinā qui omnia instrumenta pertinentia ad statum Ecclesię in temporalibus pręsertim circa acquisitionem terrarum, et aliorum iuriū, et censuum collegit in ualde magno uol.secundum Re. P. Hieron. Pau. Catalanum Alex.vi.cubiculariū in libello quem uocant practicam Cancell. Apostolicę relatum in.d.fol.lxxx.d.loco quodq; de dicta donatione, et curatione leprę Constantini late scribit Renus. Episcopus Paduanus in sua historia de uitis Pontificum, Et ego prędictis Addo, q Reuerēdus Dominus Augustinus steuchus, de Eugubio Bibliothecarius. S.D.N. Pauli.iii. Pont.opt.maximi

mi Episcopus. uir, græce, latine hæbraiceq; doctissimus i quodã aureo libello suo, quẽ edidit p religione Chrãna aduer sus Lutteranos li.ii.fol.xxxviii. & seq. multis late ẽt cõtra auda cissimũ illũ Laurentiũ ualla deducit Const. Imp. uere largitũ esse Ecclesię, ea q̃ in historia, de Siluestro Papa, referunt, ueraq; ẽe oĩa, q̃ de eis ferunt cõfirmasse. s. ipsum Imperatorẽ, Ecclesię dignitatẽ omnemq; illi dignitatẽ qua hoc tẽpore utit esse largi tũ. Et primo ad id ille eruditissimus, & accuratissimus uir pfert decretũ Constantini Græce scriptũ, ex libro qui erat in Biblio theca palatina Cõstantinopoli, in quo oĩa iura Ecclesia contine bant, & ordines, & gradus Ecclesiarũ erant digesti descriptũ ex illo libro tempore Innoc. iii. quo tẽpore Benedictus Cardina lis missus est ad Imperatorẽ, & græcos, ut de fide catholica dis sereret qui cum esset Cõstãtinopoli iussit suo interpreti ex eo li bro ipsum excribere hęc ille. d. loco, qui postea ponit Grecũ il lud Decretũ Constãtini literis gręcis quod interpretat hoc mo do, uidelicet ex libro iurium ecclesiasticorũ cõflato ex iussu Bea tissimi patriarchę Constantinopolitani, Domini Michael, et Pii Imperatoris Domini Manuelis a Theodoro Balsamensi qui tũc erat primus Diaconus magnę Ecclesię, & scriniorum custos cũ s. hunc librum coaceruauit postea uero fuit Patriarcha Magne Antioch. quo libro õndit, q oĩs Ecclia ex Põt. Rom. pendet, & ab eo rectitudinẽ accipit sicut licet uidere ex edicto Magni Cõ stãtini eius autẽ libri principũ ẽ obtemperate his qui psunt qui diuiditur in. xiiii. titulos, &, q hęc ille author in principio quo Episcopus præfatus ait apertissime declarari nihil esse fictitiũ, sed, q persone citantur, quę librum i compendium redigi præce perunt, & qui id fecerit, & omissis hic quæ ad alias Ecclesias pertinent ultimum ponit uigesimoq; cap. Regiorum edictorum ait haberi in greco Hoc est omnis urbs cõsuetudines ueteris Romę debet seq. Et quæ sint priuilegia eius. s. Ecclesiæ docet nos sancti, & equalis, Aplis magni Const. Decretum ad Siluestrum tunc Romę Pont. inserendo. d. loco prefatus Episco pus primã partẽ Decreti, ipsius Constantini, tenoris in effectu supra relati. post illum in. d. libro fasciculi rerũ, & spicialiter, q concedit illi potentiam, gloriam, & authoritatem, & ut habeat summam potentiam, & sit caput quotuor cathedralium Alex. Antioch. Hierosol. Cõstantin. & ex altari supra terrenum soliũ, & Imperium suum, usq; ad mundi finem idq; fecisse cum princi pibus suis senatu magistratibus, & omni populo, qui Romane

Q

parebat potentię demum reliquam ędicti partem ponit tenens in effectu supra Relati in praecedentibus praecipue de donatione Palatii Lateran.urbis Romae, & totius Italię occidetaliūq; locorum prouincias, & castrorū in perpetuū Siluestro, & successoribus eius, & transferendo in regionem Bizantii orietis suū Imperium urbem de eius nomine cōditurus, Et ad finem dicti decreti, sunt hęc, finis testamenti, & edicti magni ac sancti Cōstantini, quod excriptum est a Nicolao Hidruntino in magno palatio Constantinopoli ex libro supra dicto, iussu Domini Benedicti Cardinalis qui locum tenebat Innoc.iii.Papę Romae, & q; ipse Nicolaus erat tūc interpres ipsius Cardinalis, & per eum dogmata apud graecos explicabat, Anno a Mundo condito sexies millesimo septigentesimo decimo quinto indictione decima mense Decembris. secundum uero cōputum Latinorū ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo uigesimo plus minus, &, q; ab eo tempore quo decretum est excriptū, fluxerūt āni.cccxxiiii.paulo plures tūc, q; agebat. M.D.XXVIII. hodie autem, q; agitur. M.D.XL. sunt anni. cccxxxvi.in circa Ac q; dicti Nicolai habet Venetiis in Bibliotheca.D.Dominici Grimani quae erecta est in Coenobio canonicorum regularium apud Aedem Sancti Antonii idemq; decretum habetur in praefata Bibliotheca ad se ex Apulia allatū, ex libro uetustissimo excriptum deinde idem Episcopus.d.libro.fol.xlvii.ii.col. scribit clarum esse ex praedictis Constantinum Romam reliquisse pontificibus, † q; licet in ea Imperatores aliqui post mortem Cōstantini regnarint tamen factum est propter summam necessitatem cum, uidelicet, duo essent, uel tres Imperatores quos eadem Regia Constantinopolis capere non poterat ac factum propter occidentalium rerum piculum ortis quippe post Constantinum, grauissimis in occasu Bellis quibus opus erat praesentia Imperatoris sedes tamen pręcipua fuit Constantinopoli
27 † Eamq; causam ait fuisse, q; Rom.pontifex tot prouincias non retinuerit, quas Constantinus concessit, q.s.renuerint sancti illi Pōtifices eam administrationem. Haec in summa ille in.d.ii. libro ponit quae hic placuit conclusiue referre, quoniam non ad manus omnium peruenit ille libellus, quem ipse met sui humanitate cōmodauit, Et quia procacissimum ex praedictis iudiciū eorum ac praecipitosum confunditur, qui audent negare Constantini uel Baptismum uel in Ecclesiam Rom.perpetuo ualituram donationem fictamq;, et ementitam esse, † Et praefactum
28
educta

eductum Constant. Imp. ad Siluestrum Papam. i. hodie uidi, ꝙ latine ordinate imprimitur in uol. Conciliorum primo Tomo, fol. cxxxiii. secūdum impressionē Colonien. Et ibi seq. chartis, in Decretis prædicti Pont. Silue. ex libro Pōtificali Damasi Papæ ponit, inter cętera clarissime, ꝙ Siluester. I. qui sedit annis xxiii. mens. x. diebus. xi. Baptizauit Constantinum Augustum quē dominus curauit a lepra, ꝙ is Constantin. fecit multas Basi
29 licas ornando multis donis, ut ibi late refertur, † & præcipue, ꝙ super corpus Beati Petri, in eius templo super os quo conclusit illud fecit crucem Auream purissimam pōderis librarū. CL. ubi scriptum est hoc Constantinus Aug. & Helena Aug. hanc domum regali simili fulgore coruscantem Auro circundant ex
30 literis. s. nigellis, in cruce, † Et, ꝙ plura templa, & basilicas cōstruxit idem Imperator Const. Basilicam Constantinianam fontem Sanctū ubi Baptizatus fuit Basilicam Beati Petri in Templo Apollinis Basilicā Beati Pauli Basilicam in Palatio Sessoriano q̄ hodie dr̄ in Hierusalē Basilicā. s. Mar. Agnetis ex rogatu filię suę Basilicā Beati Laurētii Mar. i uia tyburtina i agro uerão, ubi ē corpus. s. Laurētii, Basilicā i uia Lauicana, Btō Petro, & Marcellino marty. & Mausoleū ibidē ubi Augustā mr̄em posuit, in sarchophago porphiretico Basilicā i ciuitate ostię iuxta portū urbis Ro. Btōrū Petri Pauli, & Io. Baptistæ Basilicā in ciuitate Albañ. Sācti Io. Bapt. Basilicā Apostolorū ītra urbē Capuanam, nominando Constantinianam Basilicam in urbe Neaoli, quamlibet basilicam, multis præciosissimis donis ornando auro, & argento, & possessionibus dotando, & redditibus, Quæ omnia ibidem. d. loco, sigillatim, & particulariter enumerantur, & describuntur eo curiosum lectorem relego, Quid ergo mirantur increduli, & rei, ꝙ Christi Vic. uero, & Pont. su
31 pra iam dictam Donationem fecerit si tot, & tanta particularibus locis ascripsit? † Bononiam aūt cum suo districtu, & Romandiolam, donauit Ecclesiæ Rodulphus Rex Rom. ut scribit Imol. cō. cxvi. in causa col. i. post Specul. & Cronic. ubi ibi.

QVINQVAGESIMA SECVNDA QVESTIO.

1 *An Imperator in reliquis de iure sit Dominus totius mundi in temporalibus.*

2 *Rex Franciæ an Imperatorem in superiorem de iure recognoscat hæreticum forte esset negare Imperatorem uniuersi Dominum.*

Imperator superior dicitur.

4 *Imperator quoad iurisdictionem habet intentionem fundatam ubiq; de iure.*

5 *Imperator an possit punire subditum de delicto ubiq; commisso.*

6 *Iura multa Ciuilia pro uniuersali Dominio Imperatoris latissime Iude subsunt Imperatori.*

Pomo rotundo cur Imperator utatur.

7 *Iura Canonica pro eodem profundi*

8 *Assertioni, quae non reprobatur, stari uidetur.*

9 *Papa prius Dominus est, & in Temporalibus, etiam supra Imp. & nu. 12.*

10 *Papa exercitium, & administrationem Temporalium Imperatori concessit, & ratio notabilis & nu. seq.*

13 *Christus propter uitationem scandali se tributarium fecit.*

14 *Imperatoris regum quale sit proprie.*

15 *Imperator est Vicarium Dei in terris, & repraesentat populum Christianum*

1 QVINQVAGESIMO SECVNDO † Quęro utrum Imperator in reliquis, de iure sit dominus totius mundi in temporalibus Antiqua, & alta quaestio est, in qua si uellem ad partes discutiendo procedere, opus pro se sola requireret, & ideo, ut breuiter cōmunem sententiam, & ueritatem ut puto, referam Oldr. latissime hanc. q. posuit in Cōsilio suo lxix. consueuit dubitari, ubi quaerens, an omnes reges, & principes de iure debeant subesse Imperatori prius arguendo, ꝙ sic Demum potentissime deducendo, concludit, nec ueteri testamēto, nec nouo, posse se talem probare, nec humano iure nec Cęsareo, ut late ibi per eum, per. iiii. col. respondēdo not, & subtiliter omnibus cōtrariis, altius exordiendo, & latius Clarissimus Doctor. D. Io. Igneus, in sua disputatione an Rex Francię recognoscat Imperatorem in temporalibus, examinauit, & In primis arguendo, ꝙ sic per multa. praecipue per hanc regulam, quia doctores dicunt Imperatorem esse de iure uniuersalem Dominum orbis, tandem concludit per multa fundamenta, altius deducendo, & repetendo, ꝙ Imperator, non sit mūdi Dominus de iure secundo Rex Francię eum in superiorem nō recognoscit, & respōdere conatur, omnibus allegatis in cōtrarium, ubi uidendū est, & sine dubio multa possunt adduci, pro hac sentētia Oldr. & Io. Ignei, & sequentium Et Alciat. in. l. i. in. ii. gl. C. de sum. trinit. contra communem tenet, ꝙ de iure. s. uniuersus orbis ei non subiiciat

biiciatur, per. t. ibi capiendo relatiuum proprie, & quia sunt multe prouinciæ quæ non paruerunt Romanis, ueluti Scithia, Sarmathia, & ultra Euphratem fluuium uniuersus orbis, item quia in iure legitur aliqua esse loca extra Romanum Imperium ut in C. de Eunuch. & C. de comme. & , ꝙ non ad factum illa iura debent referri, sed ad ius in dubio, & id, ꝙ secus dicunt Imperatoris sit, uel per hiberbolen uel eis minime credendum, & sic uir Imperii contra Imperium tenet, reus tex. in. c. i. in prin. de pac. tenend. & eius uiolat. in usibus feud. & contra Imperatorem etiã tenet Io. feraldi, in Tract. de iurib. & priuileg. regn. Franc. primo iure col. ii. iiii. uol. Tract. &, ꝙ habet solum Imperiũ occidentale, non orientale, & quidam Ferdinand. in libro de origine, & differẽtia principatus prima parte char. xxi. & seq. multis conatur deducere Imperatorem nõ habere iustum dominium, & iurisdictionem ad omnes prouincias orbis iure diuino humão, & can. respondendo. xiiii. principalibus rationibus, quæ pro contraria parte allegari solent præcipue illi reddite quæ sunt Cæsaris Cesari, & illi, ꝙ Ecclesia orat pro Imp. & illi exiit edictum a Cæsare Aug. ut describeret uniuersus orbis Luc. ii. ꝙ fuerit. s. dictũ narratiue non approbatiue, & de. iiii. causis quare id Euãgelista narrauit, & illi, ꝙ. ll. & iura id uidentur dicere. vi. modis respondendo præcipue, ꝙ sunt. ll. met. eius, & specialiter ad. l. deprecatio. ff. ad. l. rhod. de iact. & præcipue, ꝙ ille Imperator Antoninus fuit infidelis, & ideo tyrannice tunc, & usurpatiue inuaserat multa, Et illa, etiam, ꝙ Papa hodie eũ cõfirmat, Sed frustra uidentur laborare, cum communis Sententia uideatur in cõtrarium, Imperatorem. s. de iure, uniuersi orbis Dominum esse, licet de facto multi non obediant ei, & hanc cõmunem esse, scribit, & tenet ille Episcopus Gurgens. licet breuiter, in. d. suo opusculo de Coronatione char. xiii. ii. col. § omnis, & ultra eum Ias. in. l. ii. iii. col. C. de sum. trini. & p̃fatus met. D. Io. Igneus in. d. sua dispu. in prin. testatur, totam scholã Italiæ, Canonistarum, & legistarum conuenire in hanc opi. post Bar. & omnes in. d. l. i. in prooe. ff. & plus dixit Bar. in. l. hostes. ff. de captiuis, ꝙ forte siquis diceret Imperatorem non esse Dominum, & monarcham totius orbis, esset hæreticus, quia diceret secũ dũ eum contra determinationem Ecclesiæ ualet cõtra Euang. Luc. ii. cap. exiuit edictũ, & illud quæ sunt Cæsaris Cæsari Matth. xxii. cap. licet istis locis respõdeat, Oldr. & Io. Igneus ubi supra, & tactum fuit, supra in iiii. q. huius tractatus, & hanc communem opi. pro fundamento,

præmittit Abb.in conſ.vi.in.ii. col.lib.ii.ſ.ꝙ in temporalibus Imperator ſit Dominus orbis,& princeps, ꝑ iura de quibus ibi, & idē moder.taurinen.in.l.i.ff.de offi.eius,cui mand.eſt iuriſd.
3 v.col.in prin. † Vnde ſuperior Imperator dicit, Bal.in.l.pen.in prin.C.de bo.quæ lib.& hęc cōmunis ſententia intelligitur non ſolum reſpectu protectionis,& defenſionis, ſed etiam Dominii uniuerſaliter.ſ.cōſiderati,ſecundum docto.in.d.locis,& Bar. in l.i.§.fi.ff.de rei uēdic.poſt illum tex.Bal.in auten.habita.v.col. C.ne filius pro patre,& in con.ccccxviii.petita uenia,col.ii.lib. primo ubi dicit, ꝙ non eſt qui ſe abſcondat a calore eius, licet Bar.in.d.proœ.ff.ii.col.poſt medium uideatur dicere reſpondē do ad.l.bene a Zenone,C.de quad.pręſcrip.& ad.l. deprecatio. ff.ad.l.rhod.de iactu, reſpectu protectionis,& defenſionis.Sed intelligit etiam reſpectu uniuerſalis iuriſdictionis, et ſic bene uiſus loquit Bar.in.d.ii.col.& Fely.in.c.quæ in eccleſiarū col. x.uerſ.prima declaratio,de Cōſt.extra,poſt Archi.& Specul.ubi ibi,idem.D.Deci.in not.q.ciuitatis ſenarū,conſ.cccvii.uiſo pū⸗cto.ii.col.poſt medium.libro.ii.& moder.in.d. proœ.ff.iii.col. poſt prin.uerſ.contrarium, & melius idem Bar.in.l.i.col.fi.ante fi.ff.de iuriſd.omniū iud.& moder.in.d.l.i. C. de ſum.trini.& fi de cathol.ii.col.Teſtantur,cōmuniter omnes docto. conuenire in hoc.ſ.Imperatorem de iure,eſſe Dominū uniuerſi orbis licet articulus ſit diſputabilis,tandem concludunt ſibi ſemper uiſum fuiſſe, Papam omnibus præeſſe,& poſt eum, temporalibus Im⸗peratorem,quia neceſſarium ſit poſt Philoſophū,ꝙ unus ſit prin ceps.c.in apibus.vii.q.i.cū ſimil.Vnde not.tradit,i not.q.Alex.
4 conſ.lxxxvii.accuratis i fi.libro.vi. † Imperatorē, quo ad iuriſ dictionem, habere fundatā intentionem ſuam in uno quoq; lo co,Allegat declarari,ꝑ Io.an.ſ.c.fi.de offi.Archid.ſuper glo.i. & glo.ii.doct.in Clemen.paſtoralis i uerb.diſtrict.de re iudic. præcipue,ibi Card.ſub.§.ut illud,ii.col.& ſequen.& ita etiam ar guit Decius hac ratione,licet hęc nō alleget,in.d.conſ.d.ii.col. ante fi.& Mart.laud.cum.d.glo.in tract. de Principibus not. clxxxi.incip.ius commune,idem Bal.tenet in rubri.C.ii.col. ꝙ Cæſar eſt uniuerſalis Dominus, & ita ibi uno modo perpe⸗tuum exponit, præcipue ob illud in diuina ſcriptura, exiit ędictum a Cęſare Aug.ut deſcriberetur uniuerſus orbis,Luc.ſ. ii.cap.licet ad hoc dictum reſponderi poſſit, ut ſupra uidimus. iiii.q.poſt Oldr.& p.D.Io. igneum in.d.diſput.& ipſemet Bal. in.d.c.ſolitę de maio.& obedi.ſecundum Iaſ.in.d.l.i.C. de ſum.

trini.

trini.ii.col.in.fi.idē Moder.Bononi.in repeti.l.unicę.C.de rapt. uirg.col.xviii.post medium,uers.nota.ulterius,per tex. ibi.nostri orbis regiones.et.d.l. deprecat.et.l. bene a Zenone. Ideo hac ratione,dixit Bal.in.l.fi.in prin.C.de eunuch. ꝙ Imperator potest punire subditum de delicto, ubicꝫ commisso, et Bar. & Bal.idem alibi ubi ibi per eos,et multę glo.hanc conclusioné tenent,Canonicę,et ciuiles Imperatorem.s.Dominum esse totius orbis,quoad iurisdictioné uniuersalé,quas cumulat p̄fatus Dominus Io.igneus in.d.sua dispu.iii.col.i prin.idē Petrus de mōte tenet in.d.suo tract.de Monarchia,ad fi.v.col.et seq.uers.unde his cōsideratis,et Io. Vgo.in libro quadruuii Ecclesię. char. xxviii.col.ii..§.est auté,et char.xxxii.col.ii.sub uerbo princeps, et.D.Nicol.de Vbal.in tract.success.ab intest.v.char.iii. col.in
5 prin. † Ista sententia, quæ cōmunis est,ut supra dicunt scribentes,citati.ll.ciuilibus,et Canonicis manifeste ꝓbatur Ciuilibus in.l.deprecat.uulgat.ff.ad.l.rhod.de iactu. ibi ego quidem mūdi dominus.l.autem maris de qua.l.quædam elegāter etiam scribūt Moder.Mediolan.Alci.in.ii.libro dispunct.c.v.et tex.in.l. bene a Zenone.C.de quadr.præscrip.ibi cū omnia principis eē intelligātur licet ille tex.possit euitari,quia ille tex.limitate loquitur,ut in sequen.ibi siue ex sua substantia iuncta glo.in titulo de pace Constant.c.nos Romanorum,in uerbo ad nostram,sic in.l.unica.C.de rap.uirg.§.sin autem ibi per diuersas nostri orbis regiones,et in.§.quia igit̄,in aucten.de instrum.caut. & fid. ibi,et dare i cōmune subiectis,quos deus nobis tradidit prius, et paulatim semper adiiciet,et tex.not. in.§.hæc cōsiderantes in aucten.ut omnes obe.iudic.ibi omnibus i prouinciis.iudicibus, quibuscunꝗ nostris obediunt sceptris,in uniuersa ditione, et q̄ ascendentem uidet,et descendentem solem,et quæ ex utroꝗ latere est,et Bal.per eum in aucten.habita.iiii.col.C.ne filius pro patre,et in extrauag.ad reprimen.in prin.ibi Ro.Imperiū in cuius tranquilitate totius orbis regularitas requiescit, et ibi, paulo post,diuina pręcepta quibus iubet̄,ꝙ omnis anima Rom.principi subiecta sit,et in titulo de pace Constant.post prin.ibi cognoscat uniuersitas fideliū Imperii,et ibi glo.not.i proœ.ff.in prin. ibi,totius reipub.& in auctentica de hęredi.& falc.in principio ibi,occupatis nobis totius reipublice curis, et ibi glo. l.i.in prin.C.de sum.trini.ibi cunctos populos,licet replicari possit ꝑ relatiuum quos,ut ibi doct.et in.l.rem non nouam post prin.C. de iudi. ibi uel in orbe terrarum,qui nostris Gubernaculis regi

tur, qui, et eodem modo potest euitari, ut. l. si duos. §. i. ff. de excusatio. tut. ibi uniuerso orbi conueniens est, et ibi Bar. not. licet il le tex. possit euitari, quia dicit id, quod ibi determinatur esse cõ ueniens uniuerso orbi, nõ tamen per hoc ponit esse unius, et tex. not. in. l. generaliter in fi. C. de episco. & cleri, ubi Imperator faciens unam decisionem, de qua ibi, dicit, & hoc non solum in ueteri Roma, uel in hac regia ciuitate, sed in omni terra ubicunq; Christianorum nomen colitur, obtinere sancimus, et per. d. l. deprecatio, et not. i. d. l. cũctos populos. C. de sum. trini. not. Matt. laud. in tract. de princip. not. xvii. incip. sub Imperio, et addo bonum tex. in inscriptiõe. l. ii. C. de uete. iur. enucl. ibi Imp. fla. Iust. ad Senatum, et ad omnes populos, et in tit. Constitution. feuda: c. ii. in usi. feud. i inscriptione, ibi Imperator Lotharius, eugenio Papę, et uniuerso Populo, et bon. tex. in. l. fi. in principio. C. de

6 his qui ad Ecclesiã cõfugiunt, ibi, † præsente lege per omnia ua litura loca. l. ii. §. hęc igitur omnia, ibi scientes patres conscripti, ut omnis orbis terrarũ homines, et. l. ii. in prin. C. de iur. calum. ibi in omni orbe terrarum, qui Rom. Imperio suppositus ẽ, legẽ do per parentesim, et illud qui declaratiue, ut in. l. omnes populi, et ibi Bar. de iusti. et iur. et. l. iubemus. C. de testam. §. quã, ibi hanc edictalem. l. in orbem terrarum ponimus. l. bene a zenone, ante fi. C. de quad. præscript. ibi pro toto terrarum orbe, & §. sed nostra instit. de success. lib. in prin. ibi, quam pro omni natione composuimus. l. i. §. cum autem. C. de usucap. transform. ibi i omnem terrarum orbem, Et hinc est forte, ꝙ cum pomo rotũdo co ronatur, Imperator, et gerit, ut, & infra dicemus. q. lxxi. ut. s. totius mundi primatum post Papam habere dicatur, ad cuius in

7 star pomũ esse uidetur, † Iudęi etiam sunt sub eo. l. Iudęi. C. de iud. in iure Canonico sim̃r multa iura sunt. c. i apibus. vii. q. i. ibi, unus Imperator, cũ glo. licet ille tex. retorqueri posset, bene uisus, ut, et per illũ in. d. libro de origine principatus char. xlii. col. i. et tex Ambrosii in. c. conuenior. xxiii. q. viii. in prin. ibi Im peratorem, ut pote in cuius potestate essent omnia, et ãte mediũ, ibi allegatur Imperatori licere omnia, et ipsius esse uniuersa. c. quo iure. viii. dist. glo. in. c. fin. i. dist. ꝗ regis sunt omnia. c. uolumus. xi. q. i. ibi. omnes nostrę ditioni subiecti, et ibi cęterisq; omnes subiecti nobis sed ille supponit nõ esse subiectos omnes in c. futuram. xii. q. i. ibi. Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, et ibi per uniuersum orbem suo de gentibus Imperio, et ibi glo. expresse notat per illum tex. et. d. c. in api

bus,

bus,& specul.idem in tit.de apell.§.nũc tractemus post prin.per aliqua ex dictis iuribus bon.tex.in.c. Imperatores.xi.q.iii.ibi quando Imperatores ueritatem tenent, & pro ipsa contra errorem,iubent quod quisq; contempserit,ipse sibi iudicium acquirit,nam inter homines pœnam luit,& apud Deũ nõ frontem habebit,quia hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa ueritas iussit idem Bal.consi.ccccxviii.petita uenia pen.col.lib.i.& consi. cclxxviii.ult.col.iii.lib.& facit tex.in.c.solitę de maio.& obe.§. pręterea,ubi Deũ ait Papa,fecisse duo magna luminaria.i.duas dignitates põtificalem,& regalem illa præest spiritualibus, ista carnalibus tex.in.c.duo sunt,in principio. xcvi. dist. ubi Papa Gelasius,dicit alloquendo Imperatorem Anastasium, duo sunt quippe Imperator Auguste,quibus principaliter hic mundus re
8 gitur,auctoritas Sacra Põtificum,& Regalis potestas, † Et cũ tali assertioni p Ecclesiã,& canonica iura ac pontifices,non resistatur,approbari uidetur,& approbatur,ut in extrauag.si fratrũ uers. quia igitur error,cui nõ resistit́ &c. ne sede uac.Ioan.xxii. cum concordã.imo Ecclesia.s. Mater in Hebdomada Sancta in parasceue,et orando cantat pro Imp.ut deus subditas illi faciat omnes Barbaras natiões,et i sabbato sancto cœlestem uictoriã cum omni populo. Quibus omnibus cõsideratis,putabam salua semper determinatione.S.M.E.cui me semper subiicio, paratũ me palam,& publice corigere cum ea si opus sit,q.q.ista resolui debeat,hoc modo cõsiderando,Quia cum Dominus.p.totius orbis hodie sit,Vicarius Christi summus Pontifex,etiã in temporalibus iurisdictione,& Dominio, ut supra, uisum fuit.l.q.& v.q.ad fi.non recte doct.simpliciter dicant,cum communi,Imperatorem esse dominum totius orbis,quia non uidetur uerũ,quãtum ad principale primum dominium, et iurisdictiõem,sed quãtum ad exercitium,et usum sic in temporalibus, quia ita fatetur Pontifices,et iura Canonica passim, de quibus supra uidimus, Vnde cum fateatur Ecclesia,quę supra omnes est,in utroq; gladio temporali,et spirituali,ut supra quid obstat,q; id p uero tenere nõ debeamus?et de plano faterí & hęc uidetur mihi, ita cõsiderando potentissima ratio,pro hac conclusione.s.q; post Papã in temporalibus Imperator,sit in exercitio,et usu iurisdictionis in toto orbe primus,et ita uidetur sentire, Bal.alias in.l.i.C.de sum.trini.ii.col.in prin.dum dicit,post Deum,ẽ Imperator Apostolicus,qui Imperium approbat.c.p uenerabilem de electio.ex quibus apparet suppositum esse uerum,q; Imperator,non est Do

9 minus uĩs Christianorũ hęc ille. † Dominus aũt sit, quoad prin cipale dominiũ, & iurisdictionẽ habitu ipse summus põtifex caput Ecclesię Chrĩ Vicarius, locũ Dei gerẽs ĩ terris, ut supra ui-
10 dimus in dictis. qq. † quã administrationẽ immediatã, usum, et exercitiũ. s. tẽporaliũ cõtulit Ecclesia, & Papa ipsi Imp. uniuersaliter, ut supra in. d. qq. declarauimus, cũ Catholica Ecclesia, & doct. hoc mõ puto cõmunem hanc cõclusionem, ꝙ Imp. sit Dñs uniuersi orbis, de iure procedere, & ita uidetur etiam hodie, in Imperatore residere Bar. bene uisus, in. d. extrauag. ad reprimen. in uerb. totius, post medium, et hanc diuisionem, & collationem exercitii, in temporalibus fecit Papa, & Ecclesia in ipsum Impe-
11 ratorem, ne a spiritualibus ꝓ tẽporalibus distraheretur, † utq; facilius spiritualibus, et diuinis uacare posset, et Ecclesię, ne spiritualis actio a carnalibus distraherẽt incursibus, & Deo militans, minime se negotiis secularibus implicaret, ut dicit tex. not. in. c. cum ad uerum. xcvi. dist. & c. conuenior. xxiiii. q. viii. ibi temporalia Imperatorum sunt ad Imperatoris palatia pertinent, ad sacerdotem uero Ecclesię cũ similibus. c. duo. xcvi. dist. & Apostolus in. ii. epistola ad Thimot. ii. cap. in prin. nõ tamen, ꝙ Papa temporalem gladium, etiam supra Imperatorem nõ ha-
12 beat, † quia hẽt habitu, & Dominio iurisdictionis licet exercitium, usum, & administrationem relaxat Imperatori, ut supra diximus, dictis. qq. I. et. v. in fi. & ita. d. iura declarant, & similia q̃ alias per Gurcens. in. d. suo opusculo, de coronat. char. xviii. & sequent. §. I hac, ubi late adducit Papę, & Imperatoris potestates distinctas, & alterum in alterius iurisdictione se ingerere nõ debere, nisi opis ferẽde gratia, ut ex supradictis liquido constat, & tradit notanter Aug. de anch. in. d. tracta. q. xxxvi. art. iiii. per totum, ꝓcipue in uers. ad primũ, et ante, in uers. iii. dicit Et addo, ꝙ alias idem Aug. ĩ. d. libro. q. xlv. art. ii. uers. respõdeo, post medium, not. in. q. ꝙ reges omnes, etiam in temporalibus Papã recognoscant, dicit, ꝙ Papa, Vicarius Christi, in toto orbe terrarum spiritualium, & Temporalium habet uniuersalẽ iurisdictio-
13 nem, † licet ipsorum temporalium inmediatam administrationem, non receperit, nisi in regionibus occidẽtalibus Imperii per concessionem factam Ecclesiæ a Cõstantino, ut supra late dictũ est. q. I. Ecclesia autem non utatur temporalium administratione, nisi in partibus Italię, mediante Imperatore, quẽ elegit, & nõ aliis regnis, quę sunt in occidentali Imperio, non propter carentiam auctoritatis, sed propter nutriẽdum, in suis filiis uinculum

pacis

pacis,& unitatis,ex quo Imperiũ fuit diuisum,& a diuersis par-
13 tibus diuersimode,& Tirãnice usurpatũ, † Ecclesia ꝓpter uitã-
da scandala,& scisma,Temporalium administrationem i regnis
illis dimisit propter quorum scandalorum uitatiouem, saluator
humãi generis,uidetur tributarium se etiã fecisse Matth.xvii.
&.c.iam nunc.xxviii.q.i.& addo tex.in.c.tributum.xxiii.q.viii.
in prin.&.c.ꝙ culpatur.xxiii.q.i.& Matth.xxii.illud,q̃ sunt Cę
saris Cęsari,quod dictum ita uno modo declarauit Oldr.cons.
lxix.consueuit.ii.col.& Igneus i.d.sua dispu.ut supra diximus
q.iiii.& pro.d.ratione,est particulariter ultra Aug.bonus tex.in
d.c.tributum.xxiii.q.viii.ubi tex.not. considerans ꝙ Ecclesia
quandoq; Imperatori, & Regibus tributum reddidit,dicit not.
de exterioribus Ecclesię,ꝙ Constitutum,antiquitus est,pro pa-
ce,& quiete,qua nos tueri,& defensare debẽt Imperatoribus per
soluendũ est,& facit tex.pro.d.dist.administrationis in aucten.
quomo.oportet.episco.in princi.ibi, sacerdotium,& Imperium
illud quidem diuinis ministrans,hoc autem humanis pręsidens,
& ita Imperatoris Romani,omnia esse de iure,citra ea quę Ec-
clesia tenet,sentit post aduẽtum.s.Christi Iac.aluar.in titulo de
14 pace iur.firm.in prin.iii.col.in prin.in usibus feud. † ꝓprie tamẽ
Regnum Imperatoris appellari teuthonicum,& Italicũ, scribit
idem Iacob. i titulo de pace tenen.& eius uiolat.in prin.iii.col.
in prin.declaran. tex.ibi,regni partes, & allegat inscriptionẽ.c.
si qui sunt pſbyteri.lxxxi.dist.ç.tibi Domino.lxiii.dist. & bon.
tex.in titulo de prohi.feud.alien.per federicũ.in.§.firmiter, ibi
statuimus tam in Italia,q̃ in Alemania,ut quicunq; &c.& de Re
gno Italico,idem in.c.i.col.i.ante fi.de noua forma fidelit.uers.
& Italia,& pro.d.cõclusione,supra declarata,Dominum esse to-
tius orbis in temporalibus,Imperatorem,hodie compioban.fa-
ciunt ea quæ habentur infra in.q.liiii. & ita tenet. Deci. cons.
dlxxxviii.uiso puncto in prin.Et ex hac declaratione sequitur,
uideri in eo,manifesta,& clara decisio, sequentis.q.& Bal. alias
in.c.i.de pace iuram.firmand.col.i.dicit,ꝙ Imperator est domi-
nus totius mundi,& omnes sunt subiecti de iure,licet nõ omnes
de consuetudine,& licet francorum regnum,& quorundam non
sit de Imperio Romanorum non tñ sequitur ergo non est Impe-
rium uniuersale, & ibi subiectis stat demonstratiue non arcta-
tiue,ut,& alias Bar.& alii.in.l.omnes populi,& in.l.i.C.de sum
ma trinit.&c.& seq.q.facit etiam quia Imperator ẽ Papa & Dei
Vicarius in temporalibus in terris,& repræsentat Populũ Chri

ſtianum, ut ſupra dixi.q.ſecunda, &.q.l.in fine nõ obſt.con.Ol- dr.lxix.de quo ſupra in prin.huius.q. quoniam Card.tenens cõ munem, ut ſupra contra eum in.c.cum ad uerũ.xcvi.diſt.xi. col. reſpon.ad.v.arg.dicit.ll.fidem adhibendam quia cõmuniter, & generaliter receptę ſunt, per.c.ſi canonicis.xix.diſt. & quia aliis ratiõibus probatur, ut ibi late etiam per eum, Et ille Ferd.in.d. libro de origine principatus char.xl.& ſeq.etiam tandem tenet, Imperium a ſede Apoſtolica immediate depẽdere, & Imp. domi num mundi, quo ad protectionem, & defenſionem praeminen- tiam, & praerogatiuam, & aliter, ut ibi.

QVINQVAGESIMA TERTIA QVESTIO

1 *An Reges, & alij, qui non recognoſcunt in temporalibus Imperatorem in ſupe riorem recognoſcere debeant de iure.*

2 *Imperij translatio ad Romanos, & de Romanis ad Graecos, & de Graecis in Germanos, auctoritate Papae facta eſt, & poſſet de Germanis in alios transferre.*

3 *Papa ſolus poſſet Imperatorem eligere ex cauſa.*

4 *Rex Franciae an ſubſit Imperatori & nu. ſeq. & io. & ſeq.*

5 *Regi Franciae Eccleſia omnem fauorem ſuum praeſtat.*

6 *Francigenas non habere filios in poteſtate quomodo intelligatur.*

Hiſpania, & Gallia, Imperatorem an recognoſcat in ſuperiorem

Hiſpania.ll.non utitur Imperialibus.

7 *Francia una eſt, quae non eſt in Gallia, & quae.*

8 *Gallia ſub quo tempore a Romanis defecit.*

9 *Regis Franciae decem not. priuilegia*

11 *Francia aliquando ſub Romanorum Imperio fuit.*

12 *Hiſpania etiam ſub Romano Imperio fuit.*

Germani & Parthi, olim fuerunt hoſtes Imperij Rom.

13 *Rex Hiſpaniae an ſubſit Imperio. & nu. 16.*

14 *Rex Angliae an ſubſit Imperio. & nu. ſeq.*

17 *Reges qui Imperio non ſubſint remiſſiue*

18 *Imperio qui dicit ſe non ſubeſſe probare debet.*

19 *Imperator in uno quoque loco in Temporalibus habet fundatam intentionem.*

20 *Imperator ubi non habet poſſeſſionem, obedientiam non habet, etiam quod habeat*

merũ

merum ius.

Imperium est universale, licet Francia, & quædam alia Regna ei non subsint.

Reges mundi multi Christiani, & Pagani.

QVINQVAGESIMO TERTIO Quæro,
1 † an Reges, & alii, qui non recognoscunt in temporalibus Imperatorem, in superiorem (qui multi uidentur) recognoscere debeant de iure, ut Rex Franciæ, Veneti, & alii similes. φ sic uidetur. tex. & ibi not. Card. in c. ius quiritum. ii. dist. & glo. in c. Adrianus. lxiii. dist. dicen. tamen uidetur, ex prædictis, φ aliqui de permissu cõsensu, & approbatione Papæ, & Ecclesiæ non recognoscunt, & sunt in libertate temporalis gladii, & hoc casu cum Papa, & Ecclesia sit superior etiam in utroq; gladio, ut supra uidimus, sicuti potuit uniuersum usum, exercitiũ, & administrationem temporalium, in Imperatorem ipsum conferre, cur non alicuius partis prouinciæ regni, ciuitatis uel loci in ali
2 quẽ? non uideo, cur non Maxime cũ uera, † & Catholica sit cõclusio auctoritate Papæ factam esse translationem omniũ regnorum, & Imperii ad Romanos, Item de Romanis ad Græcos, & de Græcis in Germanos, & posset de Germãis ad alios transferre, ut late, & not. dicit Aug. de anch. in dicto suo tract. q. xxxvii.
3 i. ii. iii. iiii. v. art. Itẽ, † posset solus Papa Imperatorem eligere ex causa iusta, & rationabili, ut per eundem. d. libro. q. xxxv. art. primo, & in quolibet Regno, Papa potest regem Instituere, ut idẽ scribit. q. xlvi. art. iii. Vnde cum habeat hodie Imperator Imperium ab Ecclesia, & Papa, ut supra dictum est cuius est fidelis, habere debet id sine eorũ præiudicio qui de iure ab Ecclesia habito nõ subessent Imperatori, ut alias cõsiderat not. Alex. cons. xi. iii. col. libro. vii. uers. facit, φ not. Qui autem sint isti qui de permissu, & approbatione, & consensu Papæ, & Ecclesiæ Impera
4 tori non subsint, nec eum recognoscant in tẽporalibus, † in superiorem, aliqui sunt qui id prætendunt, ut Rex Franciæ per. c. Venerabilẽ extra qui filii sint legiti. col. pen. in prin. ibi insuper cũ Rex de Rege Francorum loquens, in temporalibus minime superiorem recognoscat, ubi. s. Papa id fateri uidetur, & Innocentius quartus declarauit id intelligi de iure, & Abb. i. c. nouit. vii. col. ante fi. de iudic. & ibi Fely. iii. col. ãte fi. uers. ultimo scias li
5 cet, † φ de facto ibi intelligatur, tenet simpliciter Gurcens. i. d. suo libello de coronat. char. xiiii. i. col. sub. §. omnis ad fi. cui Regi Frãciæ catholica Ecclesia omnem fauorem suum præstat, nec uult ei præiudicare per extrauag. Bonifa. viii. unam Sanctam de

R.

maio.& obe.de quo ſupra uidimus in.l.q.ut ex tex.not.in exra-
uag.meruit,de priuilegiis Clem.v.ibi.nec per illã, Rex regnũ,
& regnicolę, prælibati, amplius Eccleſię ſint ſubiecti Roma-
nę q̃ antea exiſtebant, & per eam notat Guilel. de Monte fer-
rato in tractatu de ſucceſſione Regum.i.dubio.viii.col.in prin
cipio,nu.40.& Fely.tradit.d.iii.col.& idem i.c.cũ nõ liceat.viii.
col.uerſ.vi.conſidera,extra de præſcription.pro Rege Frãcię te
net Bal.ut ab Imperio ſit exceptus i tit.de prohi.feud.aliena per
Federic.in uſibus feud § fi.col.fi.poſt mediũ, & ſpecul.per.d.c.
uenerabilẽ i tit.de appell.§.nũc tractemus.i.col.& i tit. de feud.
in.l.§.ii.col.x.&.xvi.q.poſt mediũ gl.not. inſtit.de patr.poteſtat.
de qua tñ quomodo intelligat elegãter q̃dã ſcribunt moder. ui
uẽtes.in.ii.libro diſpunctionũ.c.xxii.& bonus tex.in.c.ſup ſpe-
6 cula.de priuileg.extra ibi,† quia tñ in Frãcia & nõ nullis ꝓuin
ciis laici Romanorũ Imperatoriis legibus nõ utunt, & in ſui de
ciſione licet gl.dicat ibi id eſſe de facto,non de iure idẽ ꝓ Rege
Francię tenet Bal.in.l.i.ff.de offi.pæfec.urb.& in.c.i.ii.col.de in
ueſtit. in maritũ facta idẽ Io.faber.in rubr. inſti.in uerb. fran-
cus euitando illũ tex.ut ſupra retuli.vii.q.ante fi.& de rõne cur
de iure Rex Frãcię Imp.non ſubſit ſcribit ẽt firman.in tract.de
gabell.i.parte col.ii.ſ.quia Carolus magnus in cuius pſona fuit
trãſlatũ Imperiũ in Germanos nõ uidet ueriſimilẽ, ꝙ uoluerit
ſuum temporale patrimonium, qđ erat Regnũ Francię alteri ſu
biicere qui immo ſemper fuit in ſua diuturna,quaſi poſſeſſ. Rex
Et Hiſpanias,& Gallias Imperatori nõ ſubiici aliquo iure nec
eum in ſuperiorem recognoſcere de iure late probat ille Epiſ-
copus in libello de origine principatus, char.xxii.&.l.&.liiii.
& ſeq.quia Hiſpanos gens Gothorum a iugo Rom. liberauit,
Hiſpani.incolatu poſtea effecti item quia conſtat glorioſos Re
ges Hiſpaniarum poſt illam infelicem cladem qua ſaraceni, om
nes fere Hiſpanias ad cultũ ueri dei,& eorumdem Regũ prin-
cipatũ reduxerint nã ſereniſſimi Reges Caſtellę octo potẽtiſſi-
ma Regna,& latiſſimas ꝓuincias Deo auxiliãte fidei catholicę
adiecerũt,& Dominio eorũ addiderũt q̃ regna tres Metropoles
toletanã Hiſpaleñ,& Cõpoſtellanã ac.xxv.Ampliſſimas Dioce
ſes cõſtituũt,&,ꝙ Reges inclytiſ.Arago.gl̃ioſe ꝓ fide certarũt
uictoriis,& incremẽtis regnorũ ẽt cõtra Arabes,Iacobus filius
Regis petri Baleares inſulas ſub ditione Mahometica degentes
eſt aggreſſus,& maioricã,& Minori cã,& reſiduũ utriuſq; inſulę
fidei lucro fecit,& ualentiã ciuitatẽ nobiliſſimã Item,ꝙ ſic Re-

ges

ges Portugallię qui multa castra quæ in solo Africæ à perfidis Mahometis potenter acquisiuerunt, & tuentur unde hos princeps non subiici Imperio ait ille, iura naturalia, diuina, & humana uoluere, et præsertim quia a faucibus hostiũ regna eripuerũt post gl. in. d. c. Adrianus. lxiii. dist. et Bal. in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure Imol. & doct. in. c. sup specula de priuileg. et l. c. et si necesse de donat. inter uir. et uxor. subdit item ille item char. lv. ii. col. ꝙ. in. ll. Hispanię cauetur, ꝙ quicunq; l. Imperialē recepe rit capite puniat; & ait notari in. d. iuribus, et per Paul. i Clem. præsenti de cēsibus unde, ꝙ Hostien. dicit paucas ꝓuincias uti. ll. Imperialibus, Non Franciam, non Hispanias nõ Angliā neq; Vngariam neq; plurimas alias, Et etiam, ꝙ uterentur eis Hispaniç, et Francia, et illas legi. in scholis et iudiciis permittant non per hoc fatentur se Imperio subditas, tum quia id non sequitur de necessitate, ut ibi ꝓbat, p. l. ii. ff. de orig. iur. ibi placuit. x. uiros constitui per quos peterētur. ll. a gręcis, & in. §. tum quia id nunc contingit ex præcepto, et confirmatione regum eorum qui tales. ll. tanq; optima, et naturali ratione conditas in suis quoq; Regnis seruari uoluut (ut, et dic tu Romę etiā, et in terris Ecclesię uidemus) Et ꝙ licet iuribus aliquibus, de quibus etiā infra dico, habeat Hispanias, et Gallias Imperio subiectas fuisse ui, et Armis fuisse dicit, unde, ꝙ iure naturali recte se in pristinā libertatem reponere potuerũt, ut in. d. loco late. char. lviii. col. i. quod latius probat char. xxvi. et seq. prouincias. s. a uiolento iugo seruitutis se posse liberare propria authoritate iure naturali, diuino, et humano, et char. xxviii. in. i. genere probatiõis de quo infra. q. lxxxii. Cõcludens, ꝙ primo Hispanias iuste, et recte liberas esse ab Imperio, & ab Imperatoribus nolentibus, aut non ualentibus easdem defendere nouem fundamentis id principaliter probans, præsertim præscriptionis, Demum. ii. char. lxi. & seq. etiam deducit Franciam principaliter nõ subiici Imperio multis testimoniis, et rationibus præcipue quia, & ipsa regnum recuperauit ab hostibus. Item quia, & regimen Francię dignissima conditione Imperii pars est pari diuisione etiam legis dignitate, & authoritate cum, et Frācia Imperium quondam obtinuit, aut ibidem iura eius exercuit, ut ait patere in historiis approbatis, & in Regño Caroli Magni appellato Item quia nõ uidetur uerisimile immo absurdũ, & ab omni rõne alienum, ꝙ Carolus Magnus in cuius personam translatum fuit Imperium in Germanos, passus fuerit, Regnum Francię quid suum erat patrimo

nium uelle alicui subiicere, ꝙ, & si fecisset non potuisset in præ⸗ iudicium Regię dignitatis, & successorum postremo prædictus Episcopus.char.lxii.& seq.soluit ratiões factas cõtra Reges, & Regna Hispa.char.l.& seq.& alias cõtra Regnũ Frácię necnon aliquas cõtra utrãq; natioñe pcipue cõtra Hispa. illud Mach. i.viii.c.ubi de eis subditis Romãis fit mentio.ſ. ꝙ id narratiue ponat nõ approbatiue.Et illa iura quibus contra caueri uidet. ut supra dixi, et specialiter de Francia,in.l.ii.C.de municip.& origin.lib.x.&.l.in nomine domini.C.de off.pręf.affrice sic, & idem,ꝙ in Historiis legit Rom.Imper.subiecisse Franciá præ cipue Cęsarem quia uidelicet iniuste fuit,& ui. Et in Gallia.ll. Imperatorum non seruantur nisi inquãtũ fundantur ratione na turali Bal.not.in.l.nemo in principio.C.de senten.& in.c.i.§.in iuria alias.§.factum de pac.iura.firm.quẽ refert Paris de puteo, in tract.de sindic.in parte testis.c.ii.incip.fui interrogatus in fi ne,& Barthol.Cassaneus.con.lxiii.quidã col.vi.nu.24.sed no⸗ uissime Tauriren.in rubrica.ff.col.xii.contra Fabrum,tenẽt, & ꝙ in.d.c.i.de sponſ.d.Fabri non probatur, Vnde, ꝙ iura in uer⸗ bo Francus,loquũtur de Francia,que est in Gallia,quam subdi⸗ tã fuisse Ro. Imperio, certũ dicunt,ut aiunt Clarissime liquere ex Cęsare Suetonio,& aliis historicis,et,ꝙ defecit Gallia a Ro
8 mãis sub Nerone,ut Sueton.i Nerone scribit,† & qualiter Iusti nianus meruit francus appellari tradit ille in.ii.dispu.cap.xxii. cui tamen.d.moder.d.loco,non astipulantur tanq̃ narranti rem nõ uerisimilem,et ridiculam idem nouissime.pro Rege Ias. in.l. i.C.de sum.tri.et fide cathol.iii.col.ante fi.et Card.in clem.uni⸗ ca de iureiuran.in prin.ii.col.iiii.oppo.declarando not.ut ibi,et late etiã reassumit Firman. in suo tractatu de Gabellis.i. parte. i.col.et seq.ii.q.et Ias.in.d.ii.col.dicit cõmuniter teneri, ꝙ Rex Franciç de iure nõ sit subditus Imperatori,per.d.c.uenerabilem, et tangit Mart.laud.in.d.tract.de principib.not.xvii.ad fi.remit tens se ad dicta per se in sua disputatiõe legitimatiõum , et glo. in extrauag.Io.xxii.prodiens,de crimi.fal.et idem Regnũ Frã⸗ ciç nullo iure subesse Imperatori per not.in.c.ꝙ clerici de foro compet.et.c.Adrianus.lxiii.dist.et Bal.in.c.olim de rescript.re⸗ fert Card.Iacob.in.d.suo tractatu nouiss.de concil.lib.iii. arti.
9 i.fac.cxxix.col.i.in prin.et fac.cxxxi.col.i.in fine,† et alias du⸗ cẽ not.priuilegia Regis Fráciç,referunt Moder. de sylua Galli in tract.de beneficio.ii.parte.q.xxiii.i.col.& sequenti. Sed quia cõtrarium multi tenuerũt etiam de Rege Franciç,in.d.c.per ue⸗ nerabilem

uenerabilem, illum tex. de facto loqui intelligentes Bal. alias in c. i. de pace ten. & iuram. firmanda in prin. col. i. post gl. ibi dicit, peccare frācigenas, & multos alios Reges, qui, ut de iure debēt, non sunt subiecti de cōsuetudine Imperio Rom. &, ꝙ ibi glo. dicit Rem Frācorū esse sub Imperio Romanorum arg. ꝙ quia semel fuit ergo est quia semel uerum semper uerum idē contra Regem tenet Aret in. §. ius autem in fine instit. de patr. Potest. Bar. in. l. si duas. §. grāmatici de excus. tut. & gl. in. d. c. super Specul. & in. c. adrianus. ii. lxiii. dist. & super hac. q. Impressa reperit ple nissima disputatio celebratis. Iuriscō. Do. Io. ignei, i sua dispu. præallegat. an Rex Francię recognoscat Imperatorē p. vi. char.

10 plenas & plures, † Ibidemq; post eā an saltem ĩ temporalibus recognoscat summum Pontificem per multas col. & spetialis tractatus etiam Io. feraldi de iuribus, & priuilegiis Regni Francorum in. iiii. uol. tract. ne uidear alienis laudibus, transplantādo has paginas nostras implere, ubi uidendum est, pro altiori indagine, & ab ouo. & ab unguiculis, materiā, & historias repetēdo

11 † unum tamen non omitto, ꝙ, et Franciam, aliquando Romanorum Imperii fuisse etiā iura met nostra testantur, ut. l. i. C. de offi. præfet. pret. afri. in prin. ibi, et omnia quæcunq; in partibus Hispanię, uel Gallię, siue Francorum aguntur, et per illum tex. not. glo. Regem Francię esse debere sub Imperio glo. i. in. tit. de pace tenenda, & iur. firm. in prin. in usi. feud. & in. c. uolumus. xi. q. i. ibi loquens Imperator, ut omnes nostrę ditioni subiecti tam Romani q̄ Franchi Alemani, & Hispani, et ex historię ueritate omnes Gallos Romāis principibus paruisse, & quo tempore, & de ipsis, et Francis. contra Accurs. & Moder. scrib. eleganter, dicti moder. in. ii. lib. dispu. cap. xxii. & notat Card. in. c. ego ĩ fi. lxiii. dist. post Archid. & tex. ibi olim. s. Rom. Imp. tenuisse Frāciam, & de Hispania ultra dicta iura, tex. in. l. relegatorum. ff. de interdict. & relegat. §. interdicta, ibi Imperator, et ibi prę sidi prouincie Hispanię rescripsit, & tex. clarus ĩ. l. ii. §. capta deinde Sardinia &c. Item Hispania, & in inscriptione. l. si a sponso. C. de donat. ante nupt. ibi ad Vic. Hispanię, & ad comitem Hispaniarū scribit Imperator in. l. cum seruū. C. de seruis fug. condendo l. et ad Vicarium Hisp. in. l. uitia. C. de acquir. poss. & in. l. ii. C. si per uim uel alio modo, et sentit. l. p̄cia rerum. §. fin. ff. ad. l. Falc. & meminit de ea Tex. in. l. seruus. §. i. ff. de statu lib. Germa. etiā & parthi hostes Imperii fuerūt. l. hostes. §. fin. & l. latrones. ff. de captiuis, et postlimi. reuer. &c. Oldr. con. lxix. consueuit col. i.

post.i.Machab.viii.cap.de Gallia, quod paruerit Imperio i inscriptioñ.l.i criminali.C.de iurisd. omni.iud.ibi pfecto ptorio Galliarum licet ad.d.l.ii, Igneus conetur respõdere, in.d.sua dispu. col.xix.et ad.l.fi.ff. de censib.et de Hispania etiam infra quędã
13 tangam proxime, † Prætendunt, et quidam alii Reges, et principes simili iure non subesse Imperatori, ut Rex Hispanię, ut per glo.in.c.Adrianus.lxiii.dist.ii.Abb.et alii in. d.c.nouit, et in d.cap.uenerabilem de elect.et in.d.cap. per uenerabilem extra qui filii sint legi. et per Firma. late in. d.ii.q.i. parte de Gabellis, et infra dicam, et Card.in.c.ius quiritum.ii. dist. et supra
14 dixi, † & rex Anglię, ut tangit Bar.in.l.hostes.ii.col.ff.de captiuis, et de Rege Francię, Anglię, et hispanię Abb.et alii tangunt in.c.per uenerabilem qui fi.sint legiti.et Fely.in.c.cũ non liceat de præscript.col.vii.et cum eo, Io.Franc.Balbus in tract.de pręscrip.v.uol.tract.char.ccliii.ii.q.nu.5. et Ias.in.l.i.C.de sum.tri. col.iii.et.D.Nicolaus de Vbaldis in suo tract.de success. ab intest.v.char.ii.col.uers.ultimo legitimandi modus, ubi inter alia multa ponit de Rege Anglię pręcipue, quod debeat recognoscere
15 Ecclesiam, † et quia si non facit ideo habuit tot tribulationes, et est bonus tex.in.c.dilecti de foro cõpetent. ibi omnibus An-
10 clementiam adorare decernimus, † Et principalis maieſtas ueneranda, eſt. l. famoſi uerſ. hoc tamen. ff. ad. l. Iul. Maieſt. ſed debet eſſe adoratio non illa qua deum adoramus ſed Regia quadam ſubiectione, ut p gl. in. l. i. C. de ſilentiar. lib. xii. Io. de Plat. in. l. primicerium. C. de fabric. libro. x. Luc. de pẽna in. l. euectionum per illũ tex. in uerbo ueneratione de cur. pu. libro. xii. ubi dicit, ꝙ Imperator mereť adorari, uenerari, coli, & ſupplicari. & in. l. duos. C. de ſuſcept. & tex. in. l. fin. C. qui milit. poſſ. lib. xii. l. i. C. de propoſ. ſacr. cubic. & i. d. l. i. C. de ſilent. notat. Io. de plat. ꝙ nullus debet genuflecti coram alio q̃ coram Principe, uel coram Papa, & refert etiam Io. Montaigne in tract. de authoritati. concil. vi. uol. tract. char. lxx. §. præterea col. ii. & hęc ſignanda ſunt ſupra. q. præced. in fine, & ſupra nu. ix. i. &. viii. huius. q.

Sexageſima

SEXAGESIMA SEXTA QVAESTIO.

1 *Quibus incedendo Imperator præcedat.*
2 *Rex Franciæ quomodo incedat cum Imperatore.*
3 *Dextrum latus honorabilius sinistro.*
4 *Princeps cur dicatur.*
5 *Ordo præcedentiæ graduum utriusq; fori.*
Imperator presbytero præferri non debet.
6 *Præcedentia quandoq; dari potest, quò 1 non attendatur sed ad paria iudicentur.*
7 *Electorum ordo in procedendo, & sedendo, cum Imperatore. & Augusta.*

1 SEXAGESIMO SEXTO Quæro. † quibus incedendo pcedat, uel nõ Papæ nõ pcedit imo ẽ cõtra, ut liquido apparet, ex late supra adductis 1.q.l.&.q.lxiiii.& patet ĩ ordine pcessionis Põtificis, & Cæsaris p urbẽ ĩ.d.lib.cerẽmon.primo.v. sectione ubi uidẽdũ ẽ, de ordine incedẽdi ĩ oĩbus Cardinalibus ẽt, & principibus aliis, & quæ sectione.xii.c.primo eod. libro, & late per.D.Nicolaum Botriũ in tract.de ordin.graduũ col.iiii.vi.uol.tract.licet Papa pręponat sibi Imperatorem in inscriptione epistolę inter claras.C.de sũm.tri. q̃ hodie nõ fieret, ut ibi gl.& in.c.i.de prohibit.feud.alien.per loth.& Alb.tangit
2 neq; firmat in.d.epistola, † Et in Rege Frãcię, dicit Guid.Papa q. ccxxxix.Rex Francię audisse a non nullis dicẽtibus uidisse Regem Francorum, & Imperatorem eadem porta transeuntes, simul, & indifferẽter ita, ut Imperator non præcederet, ut referũt Moder.Taurinen.ĩ.d.l.i.ff.de offi.eius.v.char.i.col.ãte fi. uers. & pro his, &.d.Nicol.Botr.in.d.iiii.col.Sed tamen considerandum est, quia uerum nõ põt esse quin saltem fuerit alterius præ
3 cedẽtia respectu lateris, cuius dextrum magis, † est honoratũ q̃ sinistrum, glo.iii.in.l.decernimus.C.de sacrosanct.Eccl. & ibi Bal.iii.not.gl.in.c.q̃ periculosum.vii.q.i.& psal.r.cix.sede a dextris meis, & not.Fely.ĩ rub.de maior.& obe.iiii.col.ãte fi.uers. nota etiam, & quę supra diximus.q.xxii.Sic, & aliis uidetur pręcedere debere, quia cũ ipse proprie princeps dicat̃, ut supra dixi
4 mus.ii.q.princeps dicitur quasi primum locum capiens, † ut per gl.not.in.c.fundamẽta de electiõn.in.vi.in.§.pinde ĩ uerb.princeps cum concord.Sed de ordine, & pcedentia graduũ utriusq;
5 fori, qa † Romę ẽ obseruãtia ex stilo ĩ lib.cerẽmon.supra alleg. & late scribit in speciali tractatu.d.Nicol.Botr.supra citato eo.

recurrendum est ueniente casu.i.&.ii.parte tractatus ibidẽ, ꝙ de ordine Consistorii Regii Sanctus Martinus Imperatore Valentiniano, dixit indignum esse, ut Imperator presbytero præferatur, ut scribit Pet. de Natalibus in suo cathalogo sanctorũ i
6 uita.s.Martini, † prædictis tamen addẽdum est de iure alias uideri possibile, duo, in eodem gradu esse neutrumq; alteri præferri quandoq;, ut est tex.not.in.c.renouantes ad fin. xxii.dist. ibi nisi quis forte duas contendat esse secundas, ut Constantinopolitanam, & Alexandrinam parem locum, uelit dignitatis obtinere licet.c.seq.non uideaẽ teneri, & ego alias quandoq; uidi quosdam Doctores perusii doctoratos hac.l.ut neutri alter ꝓcedat
7 sed eant, ut casus tulerit, &c. † Electores autẽ sacri Imperii quo ordine, ẽt cum Augusta procedant, uel sedeant cum Imperatorẽ uide supra i Aurea Bulla Carol.IIII.Rom.Imp.relata supra in.viii.q.ad fin.cap.xxiii. xlix.& seq.&.lvi.et.l.ubi etiã est per quos portẽtur insignia.

SEXAGESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

1 *An Imperator sit perpetuus.i.donec uiuit.*
2 *Officia regulariter in iure, non sunt perpetua.*
3 *Honores non sunt continuandi.*
4 *Rationes cur honores non continuentur.*
5 *Officia annalia, uel biennalia, uel triennalia.*
6 *Imperator Reges, Duces perpetui sunt.*
8 *Imperium quid sit.*
9 *Salutationis mos Regum in ueteri testamento.*
10 *Sylla, & Cæsar Remp.oppressere.*
11 *Papa Imperatorem ex causa deponit, & priuat.*
12 *Officiales aliqui perpetui.*
13 *Imperator semper est.*

1 SEXAGESIMO SEPTIMO Quæro, † an Imperator sit perpetuus idest, ꝙ creatus in Imperatorem donec uiuat, Imperator esse, & manere debeat, uel etiam, suum officiũ
2 sit temporale ꝑut alia officia regulariter in iure esse solent, † ad quod dicendum est, ꝙ licet in iure ꝑpetuitas dignitatis, et officii reprobetur, ut in.c.fundaméta.§.proinde de electión.in.vi.in

uerbo

uerbo perpetuum,et.ll.de officiis loquentes, nolũt ea esse perpetua,sed aliquo tẽpore finiri,ut in.l.i.C.de Castrens.& minister. libro.xii.& lege.i. C.de decan.& in.l.i.C. de mensor. &.l.fi.C. de domesti.& protecto.libro eod.in.l.ii.C.de fabric.libro.xi.& in.l.unica.ff.de offi.præfect.prçto.ibi dictatoribus ad tempus, summa potestas crederetur,& in.l.ii.§.post deinde,cum seq.ff.de origin.iuris,& ibi hunc magistratum quoniam summã potestatem habebat, non erat fas ultra sex menses retineri,in.l. memisisse.ff.de offi.proconsul. & in.l.si forte.ff.de offi.prçsi.l. si adulterium.§.fi.in.l.nec magistratibus.ff.de iniuriis.l.pars litterarũ ff.de iudic.l.pridie.ff.de feriis.cum gl.& glo.in.l.antepen. ff. de offi.procon.& i.§.fi.in auctẽ.de defensoribus ciuit.ubi not.tex. ut infra proxime dicam.l.fi.C.de repetend.ibi post depositũ offi
3 cium,& in rub.& nigro.c.ut omnes iudic.cum simil.† Ideo iura dicunt honores non continuandos.l.honor.§.gerẽdorum. ff. de muneri.& honor.rubro,& nigro.C.de muner.& honor.non cõtinu.l.x.& tex.not.in.l.unica.C.ad.l.Iuliã de ambitu.ibi nullus omnino principatum,uel cętera officia repetere audeat,cum publicę disciplinę, semel gesta sufficiatur,iuncta.l.ex imperfecto
4 C.de testam.&.l.digna uox.C.de.ll.† Et plures rationes huius regulę uident̃, & quia non expedit reipublicę, ut quis ꝑpetuus sit,ut in.d.§.post deinde,& ne det̃ uia corruptioni, & ambitioni d.l.i.C.de decan.libro.xii.&.d.l.unica.C.ad.l.Iuliam de ambitu.item ut errans puniri possit.d.l.pars &.d.l.neminẽ, cũ simil. Item quia dicit tex.not.d.§.fi.i auctẽ.de defensor.ciuit.ne frequentia,& ordinatione,& continuatione curę, & per quandam
5 machinationẽ,† semp renouanda fiat infinita gubernatio,& officiales annales debẽt esse,uel ad plus biennales, ut.d.l.neminem ubi Ioãnes de platea notat in.l.ii.C.de munerar.libro.xii.trienales tabularii,ꝓximi sacror.scrin.annales.l.ꝑ biennio. C.eod. eod. libro sacrarum largitionum,annales.l.ad similitudinem.C. de palatinis,sacris,eod.libro sic consules.l.pen. C.de cõsul.eod. libro.actuarii etiam anno durant.l.officio.C. de numerar.l.xii.
6 † Tamen i Imperatore,Regibus,Ducibus,& similibus, antiquã & comprobata cõsuetudine,perpetuo.i.q̃diu uixerint, eligunt̃, & eorũ dignitas durat,ut in terminis scribit Ant.Sicul. i tract. suo de potestate,& excell.Reg.ii.q.ii.col.ante fi.& fi.ad fi.& licet ipse nihil alleget,sed tamen testet̃,ut supra de antiqua, & approbata cõsuetudine, et idem Soci.i reg.cccxxxiii.Rector.i.fal
7 lẽ. † Ego allego aliqua bona iura quæ pro hac opinione quan

doq; obseruari, Imperatorem.f.q̃diu uixerit durare, in Imperio tex.in aucten.ut Ecclesia Rom.§.quod igitur nostra ęternitas i l.ii.C.de offi.eius qui uic.alt. gerit ibi Imperialis eternitas in tex.not.in tit.de pace const.c.priuilegia in usi.feud ibi cum aũt nos Imperator diuina uocatione decesserrimus, ergo sola morte desinit esse Imperator, & in inscription.iii.rub. C. ibi semper Augustus, & in prin.proœ.ff.ibi Domino nostro Iustiniano perpetuo idem i rub.proœ.institut.& in.i.rub.C.ibi perpetui, licet glo.pro generali exponat, & in rub.i.ff.ibi semper, & not. tex.in aũcten.ut præpon.nom.Imp.§.si qua uero, ibi sicq; in omnibus nominentur Imperii anni, & nostri inquãtum eos Deus elongauerit, & decetero Imperium, & paulo post, ibi, & ita de cętero donec nostrum Deus Imperium extenderit, et in.l.ii.C.de fabricens.libro.xi.ibi adoraturus eternitatem nostram, et tex.expressus in.l.i.ff. de offici.præfect.præto.in prin.ibi cũ apud ueteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, et regimentis rei pub.ad Imperatores translatis, perpetuo, et tex.in.l.fi. C. de uet.numisin.pot.cod.libro.ibi, uel eternalis uultus, cum glo. facit.l.ęterne.C.de murilegul.libro.xi. cum simil.et.l.i. in prin. C.de uet.iur.enucl.ibi codex consummatus in ęternã memoriã, et.§.fi.in aucten.de rapt.mulie.i fi.ibi nostram statuit ęternitas legem, et faciunt ea quæ dixi, et allegaui infra.q.xciii.in prin.et tex.in.l.iii.in prin.C.de Episc.aud.ibi, affatus nostrę perennitatis expectat licet dici possit dicta iura loqui quo ad ipsum Imperium in abstracto quod semper est, ut infra in fine huius.q.Et suadetur quia cum olim successione, Imperium deuolueretur, ut supra tactum fuit.viii.q.in prin.et hodie electione, ut in.d.viii. q.fuit Immutatum, de modo creandi nouum Imperatorem, non autẽ quomodo post finiret, et sic hodie etiam donec uiuit Imperator, durat talis arg.l.pręcipimus.C.de appellation.l.sancimus C.de testam.cum simil.et donec uiuit durare, sentit etiam tex.in c.uenerabilem extra de elect.ibi nam se prout olim, et facit quia
6 originaliter Imperium describitur, hoc modo, † Imperium est quoddam publicum officium, Augusto per Rom. populum ad eius uitam concessum, ut alias in alio proposito per.l.ii.§.nouissime.ff.de origin.iur.refert Ant.de Rosellis in tract.suo de potestate Papę.xiii.iii.col.post prin.sub uers.ex his etiam Vnde i testamento ueteri, mos erat salutandi, et alloquendi Regẽ Rex in sempiternum uiue, in ęternum uiue, et patet Daniel.ii. cap.a et.iii.vi.bene tamen licet de iure, et cõsuetudine in Imperatore

ita

ita sit hodie uerum uidetur alias, maximam esse urbis custodiā
ut in.iiii.lib.ab urbe condita, narrat Liuius, si magna Imp. diu
turna non sint sic, & Philosophus.v.politic.cōsulit maximos ma
gistratus, aut non dari, aut si dentur paruo durare tempore, & p
10 bant iura allegata supra in prin.huius.q. † Vnde Sylla, & Cæ
sar, qui rempub.oppressere, tyrannidis inuisum atq; infame no-
men, euitare cupientes perpetuos dictatores se appellari dicíq;
uoluerūt testes Fenestella Plutarchusq;, & Trāquillus in Sylla
& Cęsare prædicta tamen declaranda sunt, nisi Pontifex ex legi
11 timis causis, Imperatorē deponeret, † & Imperio priuaret, quod
potest, iuxta tex.in.c.ad apostolicę de re iudic.in.vi.ubi ita ī Fe
derico factum fuit, & scribit late Aug. de anch.in suo tract. de
Potestate Papę.q.xl.art.i.ii.iii.&.iiii.ubi concludit Papam ex
causa, posse Imperatorē deponere, & excōmunicare, & eius sub-
ditos a iuramēto fidelitatis absoluere, ut ibi late per eum, & est
tex.in.d.c.ad apostolicę, & in.c.duo.xcvi.dist.cū simil. & p Bal.
late in tit.de pace const.in prin.in uerbo cōcesserimus, ante me
dium uers.unde Dominus Papa, & āte fi.ibi unde Dominus Pa
pa sub.c.priuilegia Et alias etiam erant quidam officiales per-
12 petui.l.pręsidis.ff.si cert.pet.cum glo. † Et an officia sint perpe-
tua per Io.And.in.c.fin.de iudic.secūdum Mart.Laud.in tract.
de officialibus dominorum cap.primo in fine, & Bal.not.in tit.
de feud.March.col.ii.post principium, dicit in regalibus digni
tatibus quantum ad successionem seruandam esse consuetudinē
13 quod ait esse fixum cordi teneñ. & menti. † & Imperium alias
ī se semper est, ut in auct.quomodo oporteat epis.§.pen. & Bal.
notat per illum tex.in auct.quas actiones col.pen.in fine. & quæ
infra.q.lxxii. & tex.in auct.ut præpon.nom.Imperatoris.§.pen.
& quæ infra.q.lxxii.nu.3.&.viii.&.q.xc.nu.5.ubi uidendū, not.
& facit tex.in§.fi.in auct.de consul.ibi iugis, & indefinēs consu
latus Imp.

SEXAGESIMA OCTAVA QVAESTIO.

1 *An Imperator coronet Reges.*
2 *Papa an Reges coronet.*
3 *Reges qui inunguntur a Pontifice.*
4 *Imperatori communiter omnes Reges subsunt.*
5 *Imperatori collationes Regalium dignitatum spectant; & quæ.*

6 *Princeps est fons a quo descendunt Magistratus. & nu. seq.*
8 *Collatio Regalium dignitatum ad Imperatorem spectat.*
Regem Boæmiæ regnicolæ eligunt.

1 SEXAGESIMO OCTAVO Quæro, † an Imperator Coronet Reges in lib.i.sacr.cerẹmon. section.v.cap. iii.ii.col.ante fi.dicit, ꝙ de cerẹmoniis seruandis in Coronādis Regibus, uidendum est in libro Pontificali, nuper emendato, & eo relegat, & sic supponit, Reges ab Imperator. non Coronari & in.d.libro Pontificali char.xc.& seq.sub rubrica de benedictione, & Coronat on. Regis a Metropolitano Episcopo ciuitatis Regni cuius est Rex Coronādus supponitur, cū cerẹmoniis de quibus ibi ordinatim conuocatis aliis Episcopis Regni, ad ciuitatem ibi coronatio fieri debet, & sic nō ab Imperator. præsupponunt istos Reges Coronandos, sed a Metropolitano Episcopo,
2 † Et pro opi.ꝙ a Papa etiam Reges Coronandi sint, facit quia, & omnes Reges, subiiciuntur Papẹ, etiam quantum ad temporalium recognitionem, ut late Aug.de anco.scribit in tract.de potestate Papẹ.q.xlv.art.i.ii.& iii.unde est, ꝙ eos etiam potest publice corrigere cum malefaciunt, & ex causa deponere, & in quolibet Regno Regem instituere, ut idem tradit in.d.libro.q.xlvi. in tribus ibi articulis, & idē Ant.sicul.in tract.de potestate Reg. q.xxxix.s.quod omnes Reges terrẹ, subiiciuntur Rom.Pontifi
3 ci. † Et quatuor Reges ungi a Summo Pontifice, Franciẹ Hierosolimẹ Siciliẹ, et Angliẹ nō alios nisi ex consuetudine, uel priuilegio, habeant secundum Alb. in prima rub.C.notat specialiter Mart.Laud.in tract.de princip.not.lxxvi. quatuor, & tetigi supra.q.xviii.in fi. Vnde cum inungi supponant a Papa p̄fatos per consequens, & coronandos, ab eo cum insimul hẹc expediri uideantur, ut in clemen.unica de iureiurand.cum concordan. supra positis in.qq.de unctione, & seq.sed glo.in.c.in apibus.vii. q.i.notat, ꝙ omnes Reges Coronat Imperator, cū qua trāseunt, eam simpliciter notantes, Moder.Bonon.in repeti.l.unicẹ.C.de rapt.uirg.col.xviii.ante fi.uers.& dixit gl. & Firmanus s uerbo Imperator, debet Coronari, & Mart.Laud.in not.cxxx.Reges s
4 d.suo tract. † Imperatori cōmuniter omnes Reges subesse, not. Moder.Taurinen.in rub.ff.de iur.om.iudic.nu.io. & idem p.d. c.in apibus Imperatorē super omnes Reges esse, notat glo.in.c. uenerabilem de elect.in uerbo transtulit in germanos, & facit pro opi.gl.in.d.c.in apibus, ꝙ dicemus infra.q.lxxiiii.idem Io. Vgo.in libro quadruuii Ecclesiẹ ad Maximil.Regem.c.xxviii.

ii X ii.col.

ii.col.§.est autem allegat.c.scitote.vi.q.iii.idē char.xxxii.col. secūda in uerbo.princeps Iac.aūt Aluar.in tit.de Feud. March.
5 in prin.in usi.feud.intelligit.d.glo.in.d.c.in apibus uerā,† i Regno suo.s.ꝙ collationes Regaliū dignitatū,spectant ad ipsum Imperatorem,uel Regem in Regno suo,& idem notat in tit.qs dicatur Dux.in prin.uers.ꝑmitte, eod. lib.sed cū de iure omnia uideantur ei subesse,ut supra suo loco uidimus circa hoc.d.Iac. considerandū est,et pro Imperatore facit.l.i.ff.ad.l.Iul. de amb. et tit.q̄ sint Regalia.&.l.sacrilegii.C.de diuers. rescrip. et tex. not.expressus,in Rege multum signandus, in.l.iiii.ff.ad.l. Iul. maiest.ubi dicitur,lege Iulia Maiestatis tenetur ille, cuius dolo malo,opera factū erit quo Rex exterę nationis populo Rom. minus obtemperet iuncta.l.i.ff.de consti.princip.cum simil. concord.sed.l.postliminium.§.postliminio de capti.ibi ad Regē socium,uel amicum uenerit,argumentū cōtra nisi dicamus ibi ante aduentum Christi,quo tempore plura erant Imp. ut supra late diximus.vii.q.in prin.secus autem hodie, post Christum quo unū tantum est,& esse debet,ut infra seq.q.de consensu ordinatione,et approbatiōe.S.M.E.cui standum est, et ideo Bal.alias notabat,in tit.quis dicatur dux,uel comes,in prin.primo not. in
6 usi.feud, † ꝙ Princeps est fons a quo descendunt magistratus tanq̄ riuuli,et refert,et tenet Ias.in.l.i.in prin.i.col.ff. de offi. eius cui mād.est iurisd.et subdit Bal.in.d.loco i principe Rom. omnes thesauros dignitatum reconditos,& probat etiam ibi ra
7 tione,et iure. † Et collationem omnium dignitatum regalium
8 spectare ad Imp.licet Papa.quātum potest usurpet,ad se,† notat Bal.in tit.de Feud.March.col.ii.post principium per illum tex. & facit quod infra.q.cx.casu.xvii.et.q.ci.in fine, et cum glo.in d.c.in apibus,ꝙ Imperator.s.Coronet Reges licet hodie ꝑ successionem fiant,nisi forte in his qui cum in superiorē non cognoscunt sentit Ludo.Mōtaltus in suo tract.de Reprobatione sentē
9 tie Pilati artic.iiii.§.i.x.uol.tract.† In Boęmia tamen uacāte Rege regnicolę eligūt,Regē ita attestať Carol.IIII.Rom.Imp. in sua Aurea Bulla relata supra per me.viii.q.ad fin.cap.xxix.in fine,et dicit esse ex consuetudine,et priuilegiis eis concessis ab Imperatore Romano.

SEXAGESIMA NONA QVAESTIO.

1 *An plures possint esse Imperatores eodem tempore.*

2 *Vnitas multum attenditur.*
3 *Imperatores plures quandoq; fuerunt eodem tempore.*
4 *Papa unus tantum esse potest, non plures simul, & ratio.*
5 *Monstrum est, ut in uno corpore duo sint capita.*
6 *Papatus, & Imperium paribus passibus ambulant.*
7 *Imperatores ante Christum plures erant.*
8 *Imperium uerum Romanorum, non Græcorum.*
9 *Imperium ex quatuor, quæ erant, quale iustum sit.*
10 *Romane iuste Imperium adepti sunt, & cur potius ipsi q̃ alij.*
11 *Constantinus Imperator sedem Imperij in Byzanti constituit.*
12 *Imperium translatum in Germanos quo tempore fuerit, & cur.*
13 *Constantinopolitanus Imperator an proprie uerus Imperator sit, & quis.*
14 *Rex Franciæ licet non subesset Imperatori non tamen alter Imperator est.*
15 *Reges in eorum Regnis dici Imperatores quomodo intelligatur.*
16 *Imperatores duo eodem tempore an possint esse, & an Papæ consensu.*

1 SEXAGESIMO NONO Quæro, † an plures possint esse Imperatores eodẽ tẽpore tex. in. c. i apibus. vii. q. i. dicit, Imp. unus, et de unitate, late Fely. multa cõgerit i. c. q̃ i ecclesia
2 rum pen. col. de consti. † et facit. l. deprecatio. ff. ad. l. rhod. de ia ctu. ibi ego mundi Dominus Imperator ergo non plures, quia duo insolidum unius rei Domini esse non possunt. ll. uulg. ideo tex. in. d. c. in apibus dicit, Romam duos fratres simul Reges ha
3 bere non potuisse, † sed tamen tex. in. c. fundamẽta de election. in. vi. contra uidetur, p̃supponere in. §. proinde officii, ibi nullus Imperator, siue Rex Romanorum, aut alius Imperator, uel Rex Princeps, et simul plures Imperatores fuisse quandoq; suppone re uidentur iura, ut. ff. de pœnis. l. diui fratres. ff. de iurepatron. l. Imperatores. ff. de transaction. cum simil. sępe in iure nostro, p̃ cipue in multis inscriptioñ. ll. c. a pluribus Imperatoribus simul et. l. licet Imperator, de legat. i. et fortis tex. in. c. ab Imperatori bus. xxiii. q. vii. dicit ab Imperatoribus uniuersis, iustum est au xilium postulandum, propter afflictionẽ pauperum, et in inscri ptione. c. reatina. 63. dist. & ibi. Archid. facit tex. i. c. quo iur. viii. dist. ibi iura humana, p Imperatores, et rectores huius seculi, et de Diocletiano, et Maximiano simul, eodem tempor Imperatori bus colligitur in inscriptioñ. l. unicę. C. ne liceat potẽt. & scribit in. c. nunc autem. xxi. dist. ubi etiam per Archid. notatur per illũ

tex.

tex.Bal.in.l.arethusa.ff.de statu.hom. q̄ nō ē nouū duos simul Imperatores administrare per tex.& gl. not.in.c. non autem in
4 glo.magna ante fi.vii.q.i.licet in Papa gl.secus eē dicat, † quia offenditur illa Reg.unam Sanctam Catholicam,quam ad id sin gularē dixit Abb.in.c.quoniā de offi.ordin.pen.col.ad fi. addens,q̄, & esset in Papa contra illud Euangelium,fiet unū ouile,& unus pastor,late Iac.Aluar.in Papa in tit.Episcopum, uel Abbatē.iiii.col.& Mart.Laud.in.d.tract.not.lxviii. incip. duo Apostolici, & idem dicit,Abb.ubi supra,q̄ secus est in Imperatoribus,cum sint Vicarii,& defensores Ecclesiæ Rom. Allegat clem.Romane de iureiurand.subdēs dic,ut ibi not.Petr. de Mōte,in tract.de monarchia ad fi.iii.q.in prin.mouet, & ipse, licet breuiter, hanc.q.& concludendo simpliciter tenet, q̄ quicquid probetur,duos fuisse quandoq; Imperatores fuisse a casu, & de facto,non de iure per.d.c.in apibus, & quia ad Imperium ideo deuentum est,ut per unum toti reipub.consuleretur.l.ii.§.nouissime.ff.de origin.iur.† Et quia monstrū est, ut in uno corpore,
5
6 duo sint capita.c.quoniam, &,q̄ ibi not.de offi. ordina. † Item quia Papatus, & Imperium uidentur paribus passibus ambulare,capitulo solitę De maiorit.& obedientia sed non potest esse nisi unus solus Papa.vii.q.i.factus ē Cornelius, & ultra eum in Papa est glo.not.in.d.c.non autem.vii.q.i.post medium sing.secundum Abb.& alios ibi supra ꝓxime dixi ergo idem uidetur diceñ.in Imperatore,& ita teneñ.Puto unicum tamen Imperatorem de iure esse posse,uel debere per supra alleg.ī hac.q. et quæ de unitate late dicta sunt supra in.q.v.quare Imperator.s.cordinatus sit,quę hic bene deseruiunt,et ita fatetur,etiam ille.D.Io. igneus in.d.sua solenni dispu. An Rex.Francię col.xix. ad finē p.t.in.d.c.in apibus ibi Imperator unus licet ille tex posset ī cōtrariū pōderari secūdū Alex.in.c.nūc aūt.xx.dist. post prin. idē tenet Mart.Laud.i.d.not. lxviii.q̄.s.nec duo apostolici nec duo Cæsares, eodē tépoř eē possunt allegan.solū gl.p̄fatā sing.in.d. cap.non autem.q.tamen,ut supra diximus, in Papa licet id uoluerit,in Imperatore tamen dicitur secus fuisse,per.d.c.nunc autem.xxi.dist.& ibi not.Alex.in principio.Conclusio tamen est uera in se experientia docet,et ultra iam dicta, suadetur etiā ex illo dicto domini omne regnū, in se diuisum desolabit̃ Matth. xii.D.Itē ex interpretatione Ecclesię,& Papę.de duobus Luminaribus a Deo Creatis in.c.solitę.§.p̄terea de maiorita.et obed. et tex.in cap.conuenior.xxiii.q.viii.in prin.ibi Imperatorem in

cuius potestate essent omnia,& ad fin.i.col.ibi,ipsius eē uniuer sa cū similibus late supra allegatis in.q.lii.ubi tenuimus Imperatorem Dominum esse totius orbis,non dominos, & sic nō plures,Et iura in contrarium alleg.resolui uidentur,ex responsione Petri De Monte,ubi supra.s.ꝙ de facto,ita fuerit, nō autem sit de iure, & ita declarat ultra eum, glo. in.d. cap. in apibus in glo.ii.in prin.per.d.cap.nūc autem.xxi.dist.& Episcopus Gurcens.in.d.libello de coronat. char.xxv.ii.col.sub.§.iam fide uel forte dici posset ultra eum, ꝙ ante aduentum Christi cum ab Ecclesia Imperium non dependeret,plures esse potuerunt, cum
7 omnes ꝓ libito uolūtatis occuparent,† Regna iuxta late tradita per Oldra.in illo solenni cons. suo.lxix.et per.d.Io. Igneum in.d.sua dispu.An Rex Frācię,et nota.in.l.ex hoc iur.ff.de iusti. et iure,et per illum tex.Bar.in Extrauaganti qui sint Rebell.in uerbo Lombardię,in prin.unde est, ꝙ erant olim quatuor Imp. seu Monarchie Babilonicum Macedonicum Affricanum Romanorum,ut late supra diximus.vii.q.in prin.et ita tradit Aluarotus in.c.i.iiii.col quis dicatur Dux, uel Comes.sed hodie uerū
8 Imp. † & uerus Imperator post aduentum Christi, est Romanorum,non aliorum,nec grecorum amplius, quia ille improprie ē Imperator,ut per glo.& scrib.in.d.c.uenerabilem in uerbo Germāos de electio.et gl.in.d.cap.in apibus.vii.q.i.& in.c. si Imp. xcvi.dist.Alex.in.l.i.in prin.ff. de offi. eius cui mand.inprin.v. col.& ibi alii,et supra diximus in.d.vii.q.et notat Marti.Laud. cū gl.in.d.c.in apibus,not.lxxxvi.Imperator in.d.tract.suo idē Episcopus Gurcens.in opusculo suo, supra allegato char. xxv. ii.col.Græcum.s.non esse uerum Imperium, et licet in.c.solitę de maior.& obedien.Papa enunciet Græcum Imperatorē Ant. Rosell.in loco de quo infra char.fin.col.fin.dicit, uel, ꝙ id fuit ante translationem, uel,ꝙ de facto nominatur,uel, ꝙ largo modo,uel, ꝙ Papa enunciat de facto alieno i quo principaliter nō disponit,ut ibi not.per eum,et Alex.in.d.c.nūc aut.in prin.post glo.in.d.cc.uenerabilem,et in apibus Et hanc distinctionem de ante aduētum Christi,et post uidetur sentire Bar. in extrauag. ad repri.In uerbo toties licet cauendū sit, quia.d.l.deprecat.ante Christum uidetur,et tamen dicit,ego mundi dominus, † Et
9 latissime.D.Anto.Rosell.in tractatu,de Cōciliis uersus finem char. liiii.ii. col. & sequentibus, sub.§.i. incipien. multa quidem disputat,quis ex Imperiis orbis quatuor,q̄ fuerunt, excelsi solii palmam,prius fuerit iuste adeptus,et præcipue an soli Ba-

bilones,

bilones, ob illud Daniel. ii. cap. ibi tu Rex Regũ es, & Deus cœli Regnum fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitãt filii hominum, & bestię agri, &c. sub di
10 tione tua uniuersa constituit &c. Romanos, Imperiũ, † & Principatum iniuste adeptos, omni iure, & indebite uendicasse primo arguit a dicto loco usq; ad §. xv. tandem conatur subtiliter deducere, in seq §. §. ex sententia Dei fuisse, Romanos, orbis terrarum dominium, iuste nancisci, per plura deducens, præcipue ratione permissionis dignitatis charitatis, necessitudinis, & per alia de quibus ibi per eum latissime, & ille Gurc. licet breuiter, in. d. libello de Coronatione char. xvi. i. col. & seq. §. cęterum tenet ex disciplina diui Thomę Deum optimum Maximum Imperium Romanis contulisse, ꝑpter amorẽ patrię, sanctismas. ll. & pietatem, ac proprias uirtutes, post. c. omnes. xxviii. q. i. ideoq; iustum ẽẽ præcipue per diuturnũ prouinciarum populorumq; consensum qui uoluntarie tot annos sub Imp. degerunt, unde uitium uiolẽtię purgatum fuit, atque dissensus in consensu transiuit, iuxta. l.
11 ii. C. q; met. causa, & supra dixi, etiam. q. iiii. in fine, † & in §. fin. seu conclusioñ. illius tractatus, de conciliis. §. elucidauit discutiẽ quomodo apud græcos Romanum Imperium amplius iuste nõ fit, cum Constantinus Gloriosissimus fauore Beati Siluestri, & totius Ecclesię Sanctę Dei elargita Vrbe, ipsi matri Ecclesię. d. c. Constantinus. xcvi. dist. c. futuram. xii. q. prima cum concordañ. sedem Imperii in Bizantium constituerit sed solum hodie iuste apud Germãos, & Theutonicos, ut supra uidimus. c. in. die v. dist. de consecrat. cum concordañ. & sic unum tantum uerum esse debere Imperatorem Romanorũ apud germanos licet quãdoq; de facto duo fuerint, ut supra, & gl. in. c. in apibus. vii. q. i.
12 referẽs causam de qua supra suo loco uidimus, † & fuisse trãslatum anno domini. D C C. L V I. secundum Gofredum, uel secundum alios. xlv. &, q; iuridica fuit translatio, & non absoluta per rationes not. de quibus ibi plene, &, q; propter infidelitatem, & iniustitiam, post Innoc. & alios in. c. uenerabilem de electi. notat Mart. Laud. i tractatu de princip. not. xxiiii. ꝑpter, & ex his patet inepte dubitasse Moder. Ferrarieñ. D. Ludouicum sard. in tractatu de legitimatioñ. x. char. vii. q. & dixisse, Cõstantinopolitãum esse, & hodie uerum Imperarorem, & non Germanum nec illum potuisse deponi ab Ecclesia sed Germanũ esse tã
13 tum Ducem, † & defensorem Ecclesię quia dicit contra cõmunẽ opinionem, & contra Ecclesiam, ut supra, & scribit ille in libro

sacr.ceremon.primo sectioñ.iii.cap.i.iiii.col.in prin. in uers.ꝙ autem,ꝙ Imperator intelligitur de Imperatore Roman. non autem grecorum,quia ille ut Rex tractaẽ in ceremoniis,& Mart. Laud.in tractatu de principibus,not.xviii.Papa simpliciter notat,ꝙ ponere duos principes est hereticum,sicut ponerẽ duos Vicarios gñales equalis potestatis,post Hosti.& Io.And. Et idẽ Imperatorem.s.unicum esse debere auctoritatibus iuribus,& rationibus,& philosophorum Ant.sicul scribit in tractatu de potestate Regia. q.lxxiiii. unde cum uerus Imperator uniuersalis, sit Romanorum Imperator ut supra in.d.locis, & probatur in cap.nos Romanorũ Imperator in titu. de pace cõstãtię in ꝓœ. Insti.in prin.& in clemen.unica in principio de iur.iuran. & Iaco. Alua.in tit.de pace teneñ.& eius uiola.in prin.in.ii.col.post tex.ibi,&, ꝙ non Constantinopolitanus,ut late idẽ in titu. quis dicaẽ Dux.iiii.col.ad finem unus tantum esse debet, & si secus unq̃ factum legatur, de facto fuerit non tamen de iure,& ideo

14 est,ꝙ cum unus tantũ sit Imperator Ro.uniuersalis, † Rex Francię,licet etiam de iure non subesset Imperatori non tamen ipse est alter Imperator, ut not.dixit Bal.in tit.de prohi.alie. feud. per Federi.§.fina.ad fi.in usibus feudorum uers.ita excepto uno & refert,& tenet Fely.in cap.nouit de iudiciis extra ante finem uers.& nota,ꝙ licet facit quod supra diximus.q.liiii.ad finem

15 uers.unde ad rem, † Et sic illud, ꝙ dicitur,ꝙ omnis Rex in suo Regno dici possit Imperator,ut not.Bal.in.l.exemplo col.fina. C.de probat.et in Rege Francorum,per multa singul. comprobat Brunus astensis cons.xlv.in causa cast.col.v.D.Decius in.c. pasto.col.ii.de app.in prin.et tradunt Moder. Taurineñ.in.l.i. in prin.ff.de offi.eius cui mand.v.char.i.col. & late in Rub. ff. de iurisd.om.iud.uers.agiẽ. xi. annus cũ similibus,per prędicta declarañ.est id uerum lato modo loquendo, & quo ad effectum ac exercitium omnimodum iurisdictionis,in subditos suos,non autem,ꝙ proprie Imperator dici posset,per supradicta, et ita loquũtur scrib.in.d.locis,& ꝑcipue.D.Decius in.d.ii.col.in prin. & in cons. cclxix. consultus.iii.col.ad finem libro. ii.et cons. cclxxi.i.col.in fin.et seq.in prin.in casu,&.cccxc.quoniam ex fa

16 cto.v.col.eod.libro.ii. † Bene uerum est,ꝙ Alex.in.l.licet Imperator in prin.de leg.primo per illum tex.qui dicebat, licet Imperator noster cum patre suo rescripsit nec dicebat, ꝙ successiue, trahit ad.q.an duo possint esse Imperatores eodem tempore, remittit ad not.per Io.de Imol.in.l.fina.ff.de hered. instit.ubi dicit

cit concludere ꝙ sic per illum tex. cum simil. nam in d. l. fina. dicitur pecunia magna, in casu de quo ibi, supplicauit Imperatoribus nostris, ergo plures eodem tempore per illum tex. satis arguitur sed pace Domini Alex. Imol. in. d. l. fina. viii. col. tenet totũ cõtrariũ, & , ꝙ immo. s. de iure unus tantum debet esse Imperator per. d. c. in apibus, & dictum philosophi. v. ethico. entia nolunt male disponi Princeps ergo unus orbis licet quinq; fuerunt alias duo, ut iuribus præallegatis cum simil. multis. l. Imp. ff. de iur. fisci. l. fina. ad turpil. ff. l. cum proponebatur. ff. de leg. ii. de facto. s. nõ de iure secundũ gl. not. in. d. c. in apibus, & Imol. in. d. l. fina. viii. col. & sequitur Ias. in. d. l. licet in prin. & bene cõsiderãdo etiã Alex. idẽ uidetur uelle cũ se in ea. q. remittat, ad notata per Imol. in. d. l. fi. l. asse. toto. ff. de hęred. insti. l. nihil. ff. de coniungen. cum emancip. lib. cum simil. & unum tantum esse debere Imperatorẽ Clare colligitur, etiã ex notatis, in proxima sequẽti. q. lxx. Et in terminis etiam idem unum tantum esse posse Imperatorem eodem tempore uerũ, & iustum theutonicum, & non Constantinopolitanum scribit, & probat per quædam licet non, ut supra Ioan. Lecirier in suo tract. de primogenit. vii. q. primi libri. col. i. & seq. i not. q. primogeniturę an penes duos esse possit per tex. in. d. c. in apibus per exempla rei finis, & propter repugnantiam, & , ꝙ contraria de facto fuerunt post Alb. in. l. bene a Zenone col. ii. C. de quadr. præscript. uel, ꝙ fuerunt
17 successiue, plures fratres, & Pręposit. in. c. non autẽ. vii. q. i. † Prædictis tamen addo not. & magnum dictum Card. Alex. in. c. nũc autem. xxi. dist. post prin. qui dicit, ꝙ cũ ex causa olim constet. quandoq; fuisse duos Imperatores pro bono pacis ac utilitate, reipub. diceret procedere etiam hodie, & esse posse Papa concedente fine tamen permissione Papę non etiam de cõsensu electorum quia ipsis est data electio nõ sectio Imperii reputabũtur tamen ꝓ uno secundũ Alex. d. loco quod not. est in mate. huius. q.

SEPTVAGESIMA QVAESTIO.

1 *Quid si de duobus facta est electio ad culmen Imp. in discordia, & quilibet administret, an quilibet eorum possit concedere priuilegia, quæ ad Imperatorem spectant.*

2 *Electores Imperii an sex, uel septem.*

3 *Electus a minori parte potius nullus est, ꝙ secundus.*

4 *Papa cognoscit de iure plurium electorum.*
5 *Electis duobus in Papam in concertatione quid fiat.*
6 *Imperium, & Ecclesia fraternizant.*
7 *Rex quis sit ex duobus in pari gradu existentibus.*

1 SEPTVAGESIMO Quæro, † quid si de duobus facta est electio ad culmen Imperiale in discordia, & quilibet administret, an qlibet eorũ possit priuilegia concedere, quæ ad Imperatorem spectant hanc.q. ꝑ pulchra ponit Pet. de mõte in.d.suo tractatu, de monarchia ad finem.ii.q. iii.quæstionis. Arguit pro, & contra q̃dam, tandem dicit hanc q.tactam per glo.in clemẽ.Romani, quæ est unica de iureiuran. dic tu in .§.porro, in uerbo Regis, quæ dicit se uidisse, & habere formas quarundam literarum, de registro Innoc.I I I. quę emanarunt super negotio discordię electionis de qua fit mentio, in c.uenerabilem de electio.cõtinentiũ, ꝙ inconcussa consuetudo Imperii, consona rationi iuris per patientiam sedis Apostolicæ tolerata, & per tolerantiam approbata hoc habet, ꝙ duobus electis in discordia uterq; administret, ut Rex, & omnẽ Imperii iurisdictiõem exerceat, quod declarat uerum, donec per Papam alterius electio fuerit approbata, uel reprobata & huic consuetudini relatę per.d.glo. Pet.de monte.d.loco, ait standũ cum eius non sit uilis auctoritas.l.de quibus.ff.de.ll.cũ simil. & cũ.d.gl. ꝑ sing. & menti teñda not.Bal.in sua Margharita in uerbo Imperator, &.d.Ludouicus Sard.in tract.de legitimation.x.char. i.col.v.q.et hanc.q.tangit etiam an ualeant priuilegia utriusq; Io.And.in additi. ad Specul.in tit.de rescript.præsent.§.fi.uers. itẽ obtentum circa medium, et per Alb. de Rosat. in.d.l. bene a Zenon.C.de quad.præscript.et ibi Salyc.& ibidẽ quid si super eadẽ materia cõcessa sint priuilegia an ambo, uel alterũ ualeat, uel an pendeat ex futuro euẽtu, & cum.d.gl.in.d.clem.i.de iure iur.et aliis concord.glo.tenet simpliciter Io.Bertachin in tract. de Episcopo.v.uol.tract.char.lxxxv.col.ii.iii.q.nu.v.ad finẽ cui addo, ꝙ hanc.q.originaliter etiam posuit Oldr.cõs.xxii.ad quęstionem.i. & seq. cuius dicta transplantauit Petrus de monte in.d.loco nulla de eo facta mentione, qui Oldr.post argumenta hinc, et inde, concludit pro ueritate, effectus cõcessionũ utriusq; dependere, ex euentu, et, ꝙ ueritate apparente ei standum sit, opinione repulsa per iura, et rõnes notas de quibus ibi subdens bene not.l.ii.q.ꝙ cũ duo sint electi, ut supra, et uterq; administrat,

& omnia

et omnia agat, ut Rex, et uterq; super eodem negotio, eiusdē formę, seu substantię priuilegium concessit, ex concessione facta p ambos sic negotium est solidatum sicq; robur habeat, q; non dependeat aliter ex euentu cum certissimum sit, unum ex eis ius habere, ut ibi notanter per eum, et cū. d. conf. Oldra. de duobus electis in Imperatores, simpliciter not. ponit Mart. Laud. in tractatu de principibus, not. vi. quando, et cum gl. in. d. clem. unica de iure iuran. cum qua etiam glo. idem late tenet scribens Ant. Siculi. i tract. de potestate, et excellētia Regia. q. lxxx. post Card. in. d. §. porro. ii. col. q. et de dicto consil. Oldr. in hac. q. simpliciter meminit nouissime Card. Iacob. in tract. de concil. libro iii. artic. i. fac. clxxiii. col. i. subdens, q; Bal. tamen in proœ. decretal. uidetur tenere aliter in eo, q; Oldr. tenebat usum priuilegiorum interdictum Impetrantibus nisi priuilegia essent contraria uel nisi constaret de alterius intrusione, uel notoria iniustitia, ut ibi per eum, et aliquid in summa. xxiiii. q. i. et, q; etiā si dubium est an Imperator sit intrusus non tamen tenetur cedere possessioni si est colorata possessio, et si sit scisma locus ē gratificationi, et qui semel acceptauerunt eum non possunt ei subtrahere obe-
2 dientiam post Bal. ubi supra, † Sed tamen circa primam conclusionem duorum electorum ad Imperium consideran. est quia forte prædicti doctores, q dictos duos electos administrantes præsupponunt, uidentur posse uerificari, quando forte secundū opinionem quorundam, sex sunt electores tantum tres Archiepiscopi, et tres principes, secundum, q; late supra declarauimus. viii. q. qui sint illi qui eligant, quia quidam dicunt Regem. s. Bohemię superaddi. cū alii sint in disco dia nō autem, q; de necessitate uocan. sit uidelicet, q; id ius habuerit ex antiquo, post gl. pen. in. c. ad apostolicæ de re iudic. in. vi. et plene tractauimus supra. d. loco nam cum sex tantum interueniāt cadere potest uerisimiliter discordia probabilis, ut tres unum eligant alii tres alium, sed si supponamus septem electores hodie interuenire seu interuenisse non uideo quomodo probabilis discordia possit considerari, quomodoue duo electi ad Imperiū probabili discordia dari possint nam aut unus est electus a quatuor, et alter a tribus, et tunc non duo, sed unus tātum electus est cum a maiori parte electus sit, quod sufficit secundū commu. opinio. de qua supra uidimus late. q. xi. et in impari nume. maior semper duabus consideratis inest cui standum erit, ut dicit alias tex. not. in. l. itē si unus. §. in
3 impari. ff. de arbi. cum simil. † Et ille a minori parte electus, po-

lxxix.electores, in fine in.d.tract.de princi. Et probatur, per rationem de qua in.d.c.uenerabilem ibi est enim regulariter, & generaliter obseruatum, ut ad eum examinatio personę pertineat, ad quem impositio manus, spectat cap.quod est.lxxviii. dist. & q̃ scribit August. de anco. in.d.tractatu de potestate Papæ.q. xxxviii.art.primo, et sequentibus, † Alias in Papa cũ duo electi essent, temeritate concertantium, dicit tex.not. in cap. si duo lxxix.dist.si duo forte contra fas, temeritate concertantium, fuerint ordinati nullũ ex eis futurũ sacerdotẽ permittimus sed illũ in Sede Apostolica permansurum censemus quẽ ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudiciũ, & uniuersitatis cõsensus elegerit, cum ergo, & unus tantum debeat esse Imperator ut supra uidimus, cur, & duobus in discordia electis, idẽ dicen. non est per illum tex.cum, & de Papa, ad Imperatorem arguat, etiam alias. P. de monte in pręcedenti.q.per cap.solitę de Maiorita.& obedientia, † & fraternizare Ecclesiã, & Imperatorem alias dicant scriben.per tex.in auct.quomodo oport. Episcopos in prin. alias dicitur in cap.fina.lxiii.dist.si forte, ꝙ nec reprehẽsibile nec irreligiosum iudicamus uota eligentiũ in duas se diuiserũt partes, in electis ad Episcopatũ Metropolitani iudicio, alteri præferatur, qui maioribus iuuat studiis, & meritis, et gl. in d.cap.si duo. dicit ibi cum malo zelo in.d. cap. fin. cum bono uel cum timetur scãdalum in.d.cap.si duo, † Alias quis Regnũ assequi debet, cum duo sunt in eodem gradu ponit plures opin. Ioan.lecirier, i tract.suo de primogenit.x.q.primi libri col.i.ad finem, & seq.post Petr.Iac.& Abb.& Bertach.ubi ibi, & doct.in c.cum autem de iurepatron.& Ant.sicul.in tract.de potest. reg. q.lxiiii.in not.q.quid si duo nascuntur reges in eodem instanti, neq; apparet ordo nascendi.

SEPTVAGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 *Quæ sint insignia inter cætera principaliter ipsius Imperatoris.*
2 *Ensis, sceptrum, Pomum rotundum, & in qua manu, & cur.*
3 *Ensis Imperatoris interpretatio mistica.*
4 *Iustitia, cur in manibus gladio depingitur.*
5 *Iudices quandoq; portant ante se ensem, & cur.*
6 *Traiani uerba ad Præfectum Prætorio cum eo cingulo, & insignijs denaret.*

7 *Ensem nudum ante Cæsarem quis portat.*
8 *Sceptrum quid, & cur.*
9 *Sceptrum quis ante Cæsarem portet.*
10 *Pomum rotundum quid, & cur.*
12 *Pomum quis portet ante Cæsarem.*
13 *Anulus, armilla, & insignia Imperatoris quæ, & quid significent.*
14 *Insignia Imperatoris quæ olim essent, & hodie.*

1 SEPTVAGESIMO PRIMO Quæro, † quæ sint
2 insignia Imp. inter cetera principaliter, ultra, † Diadema, seu coronam Imperii est ensis sceptrum, & pomum rotundum, de sceptro quod portat in manu dextra, de pomo i sinistra, colligit experientia rerum magistra, & ex forma sigilli Imperatoris q̄ hęc habere debet, ut supra diximus post Specu. in. q. xlvii. ante finem, & de sceptro Regali Cęsaris meminit tex. in cap. inter dile
3 ctos de fid. instru. uers. iii. quia falsum, † Gladii seu ensis, mistica interpretatio uidetur assignari in libro Pontificali, & sacrarū cerœmoniarum in loco de Coronatione Imperatoris, ex oratione quam, dando illum ei Papa dicit posita in. d. locis, accipe gladium &c. ibi in defensionē Sanctę matris Ecclesię diuinitus ordinatum, ad uindictam malefactorum Laudem uero bonorum, post id quod in Psalm. xliiii. post principium legitur accingere gladio tuo super fæmur tuum potentiss. ut in hoc per eandem uim ęquitatis exercens molem iniquitatis potentiss. destruas, & sanctam dei Ecclesiam eiusq; fideles propugnes &c. sim. de quibus in solenni, & pulchra oratiōe, ibi posita, & Io. Vgo. in. d. lib. Quadruuii Ecclesię char. xxx. col. i. sub. §. cōsistit in uers. gladio post Hosti. i summa de pœniten. §. cui sub. §. peccat, & cap. si quis igitur. xxiii. q. iiii. &. q. v. Regum de nulloq; magis posse placere deo q̄ si iustitiam exerceat cōpescendo eos qui i suam, & alio rum perniciem debachantur. xxiii. q. v. qui malos idem char. xl. col. i. in uerbo gladium. d. lib. Io. Et facit quod habetur Psalm. cxlix. ibi, & gladii in manibus eorum ad facien. uindict. in nationibus, & increpationes in populis, Et inde sumptum uidetur
4 q; iustitia habēs gladium in manibus depingitur, † Et ideo ministri, & ultores irę dei, nō sine causa gladiū portant, dicit tex. not. in cap. non solum, & cap. sunt quidam. xxiii. q. v. & originaliter ad Roman. cap. xiii. B. † Et hinc forte inoleuit i aliquibus
5 locis, mos portandi ante magistratum, unū ensem, pro quo fa
6 cit tex. in. l. ego. ff. de manumiss. uindic. cum glo. † Vnde alias legitur;

gitur, Traianum, cum præfectũ prætorii cingulo donaret digni tatis eius insignia, dixisse accipe hunc ensem, ut si recte Reipublice Imperauero, pro me sin secus in me utaris, ut latius elegãs Budeus scribit in.l.i.ff.de off.præfect. prætorio. Et hunc ensem nudum, Dux Saxoniæ, ante ipsum Cęsaré fert ut supra diximus
8 in.q.viii. † Sceptrum autem, uirga est uirtutis, atq; ueritatis un de ipsum dando ei Pontifex, Dicit Accipe uirgam uirtutis, atq; ueritatis &c. ut late ponitur in.d. libris Põtific. & cerçmoniarũ, suis locis, in Ponti.char.lvi.ii.col.ad fin. & sequen. & cerçmonia.char.xxiiii.ii.col.in fin.& seq.& Psalm.xliiii. uirga directionis, uirga regni tui, & Beatus Hieron.i expositiõe illius Psalm. ad Principiam uirginem ait sceptrũ insigne esse regnantis quia propheta dicit sceptrum equitatis sceptrũ regni tui. Et sceptrũ propterea portatur, ad Imperium designandum, And. Sicul lib. iiii.consiliorũ.cccclxxviii. illud, col.i. dicens, q̃ prçsides sceptrũ portant ad uindicanda crimina Quadruuii Ecclesiæ char.xxx. col.i.in uerbo sceptro dicit Imperatorem eo uti ad ostendendũ signum clementiæ iustis, et innocentibus eosq; contra insidiatores defendendo, ut inter improbos tuta sit innocentia.c.facte. iiii.distin.exemplo Assueri qui uirgam aureã præbebat ad osculandum summitatem eius qui in conspectu suo gratiam inuenebat, ut patet Hester cap.v. & idem Io.tangit char.xliiii.col.i.in uerbo sceptrum.d.libro Euseb.cęsarien.in libro.viii.demõstrationis Euãgelicę char.iiii.dicit sceptrum esse signũ Regii Principatus, super illud non auferetur sceptrum de Iuda &c. Io. auté
9 Vgo.in.d.lib. † Hoc ante Cęsaré, portat Marchio Brandeburgensis, ut supra in.d.viii.q.dictum est, † Pomum rotundum etiã
10 Imp.est ornamẽtum de quo.i.de eius mistica interpretation.nõ uidentur facere mentionem prædicti in dictis libris rituum, sed solũ, q̃ illud ponit Papa Imperatori in manu dextra. & iura de hoc pomo pariter mentionem facere, non uidẽtur, potest tamen forte dici, q̃ dominium uniuersi orbis designet cum ad mundi si
11 militudinem factum sit, secũdum late supra uisa, † Vel forte cũ Pomum rotundum, sit ex sui rotunditate arguat in Imperatore ipso demi Principium, & finem, ut alias de Diademate eius rotundo exponit gl.not.in clem.unica de iur.iuran. in uerbo dia
12 dema in fin. quod satis in idem recidit, † Et hoc pomũ ante Imperatorem Palatinus comes portat, ut supra in.d.xi.q. diximus & de pomo ense, & sceptro, portandis per prædictos tradit etiã
13 Carol. IIII. in Bulla sua supra relata p me.q.viii.c.l. † Alias

Ant.sicul i tract.de potest.& excellētia Regia.q.xxiii. dicit insi
gnia Regum esse anulum, qui signat fidem anulare ornamētum
manus, signans bonam operationem sceptrum iustitiam gladiū
uindictam,& purpuram de Aquila.i.dicemus.lxxxix.q. ubi ui-
14 den.& de aliis insigniis, † Et ille Episcopus Gurcensi, in.d.tra-
ctatu de coronation.char.v.& seq.sub rub.quę fuerint olim Re
gū insignia tradit (nihil tamen in iure allegando) insignia Re-
gum fuisse sceptrum in quo iurisiurādi religio inerat sella, cui
alteri q̄ Regi insidere capitale fuerat,& trabea uestis, auro pur
puraq; intertexta post Virgil.& sellā regni trabeamq; insignia
nostri sceptrūq; sacerq; tiara, item,& diadema, quod, quid esset
ibi late declarat licet absq; iuribus, nostris, tu de trabea da.tex.
15 & glo in.l.i.C.de consul.libro.xii. † Addo, q̄ equitum, olim in
signe erat Aureus anulus, senatorii ordinis Lunati calcei, & la-
tus clauus unde,& tribunus laticlauius in iure.i.senatorius scri
16 bit Andr. Alci.his uacans, in.l.plebs.ff.de uerb.signif. † Et ho-
die, etiam in solennibus ante Imperatorem, portat Archicancel
larius super baculo argēteo omnia sigilla,& tiparia, et regalia,
ut cauetur in Bulla.Carol. IIII. Rom.Imp.relata supra p me
q.viii.ante fin.cap.lvi.

SEPTVAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 *An Imperium debeat durare usq; ad finem seculi.*
2 *Antichristi tempore multi subtrahent se a Ro.Imp.*
3 *Aeternus solus deus est.*
4 *Iudicij uniuersalis tempore deficient Cœli,& Luna.*
5 *Vnum ouile fiet,& unus Pastor.*
6 *Non est nostrum nosce tempora,uel momenta.*
7 *Romanum Imperium diuisum an ante finem seculi debeat redintegrari.*
8 *Imperium semper est.*

SEPTVAGESIMO SECVNDO Quęro,
1 † utrum Imperium debeat durare, usq; ad finē seculi Aug.
de Anco.in libr.de potest.Papę.q.xlii.art.primo mouet hanc.q.
& argu.hinc inde auctoritatibus sacrę Scripturę, Tandem re-
soluit, q̄ licet ista.q. dubia sit propter illud quod legitur Apo-
chalips.xx.c.ibi,& cum consumati fuerint mille anni tamen di-
cendū sit Roman.Imperium auctoritate Papę cōfirmatum, usq;
ad finem

ad finem seculi esse duraturum q̃tum ad iurisdictionem, nõ q̃tũ
2 ad actualem administrationem, † quia.s.ante Christi, tempore,
multi subtrahent se ante illud tẽpus a Romano Imp.& ab Eccle
siastico dominio iuxta illud Aposto.primo ad Thimoth.iiii.c.
in prin.ibi quia in nouissimis temporibus discendẽt quidam a fi
de attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, et
ultra eum dominus in Ioannem.v.cap.in fin.ibi ego ueni in no-
mine patris mei, et non accepistis me, si alius uenerit in nomine
suo illum accipietis, et quę idem Aug.d.lib.q.xxxi.art.iiii.et.i.
ad Thimoth.ii.cap. ibi quoniã nisi uenerit dissentio.primũ, Et
addo, q̃ sic etiam Cõstantinus Imperator cum Beatissimo Papa
Siluestro, Videntur supponere in cap. Constantinus xcvi.dist.
ante fi.ibi Cõfirmauimus usq; ad finem mundi, & ibi Deo uiuo
qui nos regnare præcepit, & bon.tex.in auct. de consulib.§.fin.
ibi Imperatoris iugis, & indefinens consulatus, Et faciunt mul
ta iura supra alleg.in.q.an Imperator sit perpetuus.q.lxvii.q̃ de
perpetuitate, & de ęternitate Imperatoris faciunt mentionẽ, quę
3 intelligi debent.i. usq; ad finem seculi, † & Impropriẽ ęternus
quia solus deus ęternus est, ut.l.eum, cum gl.ff.de seruitu. not.
in.l.ii.C.de fabricen. libro.xi.& facit.§.penul.in auct.ut propo
natur nomen Imperatoris ibi nobis, & ad Imperiũ, quod sem
per est, & bonus tex.in auct.ut præpo.nom.Imperatoris.§.si qua
uiro in fine ibi cõtinue maneat immortalis memoria Imperii, et
quæ supra dixi.q.lxvii.in fine, et infra late.q.xc. nu.¶.item, et
tex.in.cap.solitę de Maioritate, et obedientia.§.præterea ibi lu-
minare minus lunę, quã Deus creauit, Genesis cap.i. cui Papę,
ibi Imperium ascribit, usq; ad finem seculi durabit, ut præsit no
cti ponendo in firmamento cęli, ut in.d.cap.i. Genes.B.et infine
4 tantũ seculi, † & die iudicii deficiet, pro ut cęli, qui nunc sunt, ut
not.legitur in.ii.Epistola Petri cap.iii.B. & Ecc.cap.xvii. i fine
ibi quid Lucidius sole, & hic deficiet item Esai.xxiiii. ante finẽ
erubescet Luna, & confundetur Sol. & Ioel.iii.cap.&.ii.ad finẽ
5 † Et in hac.q.ẽt considerandum est illud quod legitur in Ioan.
6 x.cap.C.& fiet unum ouile, & unus pastor, † Sed de hac.q.satis,
cum scriptum sit nõ est uestrum nosce tempora uel momenta in
terrogantibus illis dominũ an restitueret Regnũ Israel, Actuũ
primo cap.post principiũ, & Imperator met.in auct. ut præpon.
nom.Imp.§.ii.ante fin.dubitasse uideẽ dum Deo remittit quan-
tum eius et de cętero Imperatorum annos elongauerit, & prudẽ
7 ter fecit in manu enim eius omnia sunt, † Et idem Aug.q.supra

alleg.xlii.articul.ii.ponit an Romanum Imperium diuisum, ante finem seculi debeat reintegrari ubi uiden.notâter, rationibus diuine scripturę nam cũ hęc citra ordinem iuris nostri ac disciplinam sint in messem nõ omnino meam falcem nõ immittam.c. per uenerabilem in prin.cũ gl.extra qui fil.sint legit. & Deute-
6 ronom.xxiii.cap.in fine, ✝ Alias tex.in.§.pen.in auct. quomodo oport.Epis.dicit Imperium semper est,& ibi gl.concord. & per eum notat.Bal.in auct.quas actiones col.pen.ad fin.C.de sacro sanct.Eccles.& supra numero.3. & quae supra.q.lxvii. ad finem, idem Bal.in not.q.Pacis factę ab Imperator nomine sedis.d.ratione in tit.de pace constant.col.ii.ad finem in glo. in uerbo in perpetuũ post tex.in.d.§.pen.&.l.ꝙ principi. de leg.ii.c.si gratiose de rescript.in.vi.& per Cyn.in.l.si quis Imperatorẽ.C.qui testam.fac. possunt.

SEPTVAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

1 *Cuius aetatis debeat esse Imperator cum eligitur.*
2 *Iurare impubes non potest.*
3 *Auct. sacramenta puberum.C.si aduers.uendit. an habeat locum in proximo pubertati.*
4 *Proximus pubertati in arduis, & criminalibus non ita capitur, ut alias.*
5 *Minor.xxv.annis quando honores habere possit.*
6 *Iudex, cuius aetatis esse debeat ad minus.*
7 *Imperator est aduocatus Ecclesiae.*
Aduocatus cuius aetatis esse debet.
8 *Imperatar procurator est Ecclesiae.*
Procurator cuius aetatis sit.
9 *Annorum.xxx.esse debet, qui ad curam aliorum per electionem est,*
10 *Tutor maior esse debet.xxv.annis.*
11 *Imperator pacem saepe facit.*
Pacis iuramento maiores. xviii. annis requiruntur.
3 C.de appel.† & in.l.penul.ff.de manu.uind.inferiorũ et iudicũ Concilium appellatur in.l.i.C.qui, et aduers.quos glo.ibi exponit arbitriũ uel deliberationẽ alias pro quolibet catholico collegio, concilium.l.i.C.de sac.san.Eccles.& de Concilio, & in.l. iiii.in prin.C.de aduoc.diuers.iud.ibi sacri nostri consistorii, & facit tex.in.l.cum aduocatio.C.de aduoc.diuers. iudic.ibi cum comitiua consistoriana, & tex.in aucten.sed, & lis.C.de temp. appell.ibi in Consistorium Principis, et in corpore unde eximiẽ et not.tex.in.l.litibus in fin.C.de agric.et cens.libro.xi.ibi recitata in intimo Consistorio palatii Iustiniani, Auditorium siue Cõsistorium Episcopi unum pro alio ponit.c. Romana in prin. de appellat.in.vi.& cap.secundo de consuetud.eod.libro noster sacratissimus comitatus, in.l.fin.in prin.C. de temp. appell.et.i. constit.C.§.i.in fine ibi comitem sacri nostri Cõsistorii.l.humanum.C.de.ll.ibi in sacro nostri nominis Consist. Et hęc notanda sunt, quia Martin.Laud.in tractatu de princip.not.xxxi.Cõsistorium notabat simpliciter, post Arch.in cap. Romana de appell.in.vi.Consistorium esse Papę Auditorium Imperatoris, sed

4 etiã praefecti est auditorium.l.lecta in prin.ff.si cert.pet.† & de

Auditorio Imperatoris, bis tex.in.l.si appellationē ī prin. C.de appell.et in.l.iiii.C.de liberali cā.ubi pro cuiuslibet iudicis arbitrio ponitur.l.minor aūt.§.primo.ff.de minor.alias, et arbitri priuati, auditorium dicitur in.l.cum.l.§.fin.ff.de arbitr.et alias in.l.cum in fundo.§ penultimo ī fine.ff.de iure dot.dicit iurecōsultus, ego dixi in auditorio, Et de auditorio, not. D.Decius in d.l.lecta.i.col ad fin.uers.et in his licet prædictá nō alleget, sed alia iura late de auditorio ꝓ loco ubi cāç audiri solēt, et termi nari gñaliter, et tex.in.l.prima.ff.an p aliū causa appell.et in.l.
5 nemo.C.de iuris.om.iud. † Et auditorium Capitolii, et Auditorium nostrum, uocat tex.in.l.unica. C.de studiis liberal. urbis Romæ libro xi.et tex. not.in.l.si quando ante fin. C. de appell. ibi communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationū &c. Auditorium fori urbani in.l.fin.C.de suariis li bro.xi. & Audientia Principis in.l.pręcipimus.§.sane.C.de appellat.ibi nostram audientiam.l.ii.C.de.ll, ibi sacri nostri Palatii procerum auditorio, et inferiorum, etiam audientia est.l.fin. C.de arbit. et l.l.mulier.ff.ad trebel.ibi diuū Marcū in auditorio, et in.l.titius.ff.de act.emp.la prima, et.l.i.§.fin.ff.ne destat
6 defunct.in fi.ibi in publico auditorio ego idē consecutus sum, † hodie, ut audio, Cōsiliū, et Consiliarii Imperatoris dicunt, et facit.d.l.quisquis in prin.C.ad.l.Iul.maiest. et in subscriptiōe c.in memoriam.xix.dist.ibi ex Consilio Caroli Imperatoris, et l.ii.ante fin.C.de liber.et eorum liber ibi consilio nostro cū gl. et.l.iurisperitos in prin.ff.de excus.tut.ibi in Consilium Princi pum, Et alias Iu.cō.dicit in.l.celsus de leg.ii.celsus pater meus
7 deferebat dum esset in Cōcilio Ducennii uiri cōsulis, † Cōsistorium autem duplex est particulare, et plenum, Plenum cum ipse Princeps personaliter iudicat, sub cōmuni audientia, et consilio omnium suorum procerū iussu eius cōuocatorum in aucten. de appellat.§.ad hęc facit.l.pręcipimus in prin.et uers.sane.C.eod. & cap.anteriorum.§.ad hoc.ii.q.vi.et istud Consistorium in Palatio Principis exercebat.l.fin.§.in his.C.de tempo. appellat.l. in offerendis.C. de appel.l.omnem.C.quando prouoca. nō est necess.et tradit.P.cotercan.in suo libello, schedularis magistratuum ciuil.char.xxv.sub rub.de sacro.cōsist.in prin.alias sacratissimus comitatus.l.fin.in prin.de temp.appell. C.et de Auditorio Sacro, et diuino Cōsistorio tex. in auct.de administ.of. in
8 sacr.in prin.et post, † Et hodie Papa seruat prædicta, ut habeat et uocet Consistorium intimum, et secretum particulare, et plenum,

num, ut supra, et hi qui sunt Romę sciunt, et uiderunt.

OCTVAGESIMA QVAESTIO.

1 OCTVAGESIMO Quæro, † an unus, et idem homo possit esse Papa, & Imperator Martin. Laud. in tract. de prin. not. cccciii. idem homo, dicit, quod non, allegando glo. in c. quoniam. x. distin. dic tu, in gl. iii. ante finem, ibi nõ, quod una persona illa duo officia exerceat, uel exercere debeat, quia duo dona sunt Imp. et sacerdotium, et facit ultra eum quia duo sunt a Deo creata luminaria Sol, & Luna Genes. primo. c. quæ inter se ualde differunt, & in quibus Imp. et Pontificatus repręsentatur capitulo solitę de maior. & obedientia, & glosa notab. in fin. in cap. duo sunt. xcvi. dist. et tex. ibi in prin. et i cap. nos si incompetenter. §. sed notandum est, quod duę sunt personę quibus mundus
2 iste regitur. ii. q. vii. † Item, quia diuersimode iurisdictionẽ exercent. c. Clericus, & cap. sententiam sanguinis extra ne clerici uel mon. c. si iudex de sent. exco. in. vi. Rom. not. dclxxxi. tu audiui sti cũ simil. & tex. in. d. c. quoniam, dicit idem mediator dei, et hominum Christus sic actibus propriis, et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discreuit, et in fin. deo militãs minime secularibus negotiis se implicaret, acuicissim ne ille rebus diuinis pręsidere uideretur, qui esset secularibus negotiis implicitus, Et ideo altera carere debet nemo enim potest duobus dominis seruire utiliter. l. fin. C. de assess. Ant. sicul, in hac. q. in
3 tract. de potest. reg. q. l. i. licet prædicta non alleget, † Item facit quia difficile est, quod unus homo, duorum uicem sustineat. l. si plures. ff. de pactis, ubi glo. exponit. i. impossibile late cumulãs, & ibi scribẽ. et not. tex. in. c. ii. lxxxix. distin. ubi tex. not. Greg. legitᵉ neque enim quantumcunque exercitatæ uni personę uno tempore duarum rerum, officia committẽda sunt sed unum uni, alii aliud quia si totũ corpus, est oculus, ubi auditus? sicut enim ua

rietas membrorum per diuersa officia, robur corporis seruat, et pulchritudinẽ repreſentat, ita uarietas perſonarum, per diuerſa nihilominus diſtributa officia, & fortitudinem, & uenuſtatẽ. S. Eccleſię Dei manifeſtat, & ſicut indecorũ eſt, in corpore humano, ut alterum membrum, alterius fungatur officio, ita nimirum noxium ſimulq; turpiſſimum eſt, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa, et idem tangitur in cap. i. ead. diſt. itẽ facit quia cum Imperator a Papa approbetᷓ ungatᷓ conſecretur, coronetur, et etiã deponatur, ex cauſis legitimis, ut ſupra late uidimus ſuis locis, abſurdũ, & cõtra regulas utriuſq;
4 iuris, † & rationem eſſet, ut idem, eſſet Imperator, & Papa cum inter dantẽ, & accipiẽtẽ debeat eſſe diſtinctio perſonalis, uulg. cap. fin. de inſt. extra. l. ii. ff. de ſtipul. ſeruor. l. ſi mandauero. §. ſi ti bi. ff. mandati cap. debitum extra de baptiſ. l. prætor. ff. de tut. & cur. et not. tex. in. l. i. ff. de rerum permut. ibi nec ratio patitur ut una eademq; res. &c. cum ſimil. Et facit, quia nemo poteſt ſe ipſum eligere, q̃tũcunq; ſit idoneus & ſufficiẽs. c. ꝑ nr̃as de iure
5 patron. cum ſimil. † Hinc eſt, ꝙ uir catholicus, Cõſtantinus ex Roma. Imperium traſferẽdo dicebat quoniam ubi Principatus ſacerdotum, & Chriſtianę religionis caput ab Imperatore celeſti cõſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem cap. fundamenta. §. ne autem de elect. in. vi. cap. Cõſtãtinus ante fin. xcvi diſt. et pet. Bertrand. ĩ tract. de origin. iuriſdiction. iii. q. ix. uol. tract. in prin. arguendo in not. q. ponit quædam quæ ad idem hoc faciunt, ꝙ unus, & idem homo nõ debeat eſſe Papa, & Imperator licet in alia. q. loquatᷓ de qua ſupra
6 q. l. † Imo ſi Imperator fiat ſacerdos, uel Monachus deſinit eſſe Imperator gl. not. in cap. ſcripſit. xxvii. q. ii. & per eam ita tenet Io. Vgo. in. d. libro quadruuii Eccleſię char. xxxiii. col. i. §. quis fortius, et Ant. ſicul. in tract. de poteſt. reg. q. lxi. ergo idem ſi Papa, qui eſt ſupra omnes ſacerdotes &c. & Bal. addo p. d. glo. not. in. l. deo nobis. §. i. col. ii. iiii. not. C. de Epiſ. & cleric. cum addit.
7 ad eum Rom. not. xxxvii. utrum gl. in. cap. præſens. xx. q. iii. † & Anton. de Roſell. in tract. de poteſt. Papę. iiii. uolu. tractat. char. xxxviii. col. iiii. uerſ. ex quibus dicit, ꝙ Papa, uel quis alius in ſacris conſtitutus nõ poteſt eligi Imperator licet in minoribus conſtitutus ſic per cap. i. de cleric. coniug. in. vi. illa ratione præcipue ne a cultu diuino per temporalia ſubtrahantur.

Octuageſima

OCTVAGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 OCTVAGESIMO PRIMO Quæro, † an Imperator poſſit deponi, & a quo & qua cauſa, & quidem ꝙ Papa poſſe deponi ex cauſis legitimis, late patet in cap. ad apoſtolicæ de re iudic. in. vi. & ibi cauſę etiam ponuntur periurii ſacrilegii hæreſis, & exinanitionis feudi quod ab Eccleſia teneret 1 ſeruitutem redigen. clericos, & laicos, & ibi late ſcriben. poſt glo. ponunt, & , ꝙ ſolus Papa deponit Imperatorem etiam ſine concil. quia Papę, & Chriſti unũ eſt tribunal poſt. Hoſti. in. c. quanto de tranſlat prælat. tradit Card. Iacob. in tractatu ſuo nouiſſ. de concil. libro. iii. fac. cxxx. col. ii. poſt Bar. Bal. & gl. ubi ibi ac

tex.in.d.c.ad apostolicæ,& idem.D.Catald.de bom compagnis in tract.de pōt. Papę seu in addit.Bologni.ad eū.iii.uol.tracta. char.xcv.quæ est char.pen.tract.col.iiii.sub.§.ulterius nu.5.idē Ant.sicul. not.in tract. de potest.reg.q.xliii.post Card. in.d. clem.unica circa finem.xviii.q.quia Papa est maior ut supra.q. l.dicens,ꝙ de uoluntate Principum accusatur,& cōuincitur, & tunc monetur,& si nolit satisfacere excommunicabitur, & si nō rescripsit poterit deponi a Papa,uel a principibus de uoluntate Papę,& Papa principem quātucunq; exemptum,si expedit, punit,& deponit,ut late ꝓbat Ferdinād.in libello de origine prin
2 cipatus.ii.parte char.lxxviii.& seq.& ubi etiā infra. † Et idem late, Papam posse Imperatorem ex cā deponere etiā propter cō tumaciā, & excōmunicare,& eius subditos a iuramēto fidelitatis absoluere rationibus deducit, & retinet cōtrariis argumētis responden.Aug.de Anco.in suo tract.de potestate Papæ,q.xl.ꝑ iiii.articulos plene,&.q.lxxi.art.iiii.x.char.& idem not. Bal.ꝑ d.cap.ad Apostolicę,ꝙ Papa deponit Imperatorem in.l. rescripta.ii.col.in fine uers.ultimo.C.de ꝑcib.Imper.offer. & Petrus de mōte in suo tract.de monarch.ad fin.iiii.q.ad fin. uers.habet Papa,& Mart.Lauden.in tract.de princip.not. cxi. licet in fin. & sic inepte,& male aliter sensit Dominus Lud.sardus in tract. de legitimatione.x.char.vii.q.idem,ut supra Modern.in tract. de Beneficio.iiii.parte.q.viii.casu.xvi.Et solū Papam sine Concilio posse Imperatorem deponere ex causa licet laudabilius faciat si cum Concil.expediat,ut fecit Innoc.in.d.cap. ad apostolicę.tradit Pręposit.in.d.cap.si Papa.xl.dist.col.v.uel deponi potest a principibus de uolūtate Papę Ant.sicul.i tract. de potest. reg.q.xliii.& scribit Io.lecirier in tract. de primogen.q.vii.iii. libro.col.ii.nu.x.viii.uol.tract.immo non ualeret consuetudo.l. uel priuilegium ne aliquis rex etiam non recognoscens superiorem non possit a Rom.Pont.puniri,& deponi,ut late dixi supra q.l.ad fin.& infra.q.cxi.casu.100.post illum in d. libello de origine principatus.ii.parte char.lxxvii.& seq.§.uerum. Quod suadetur ex eo quod supra diximus, late.q.l. ꝙ Imperator subest Ecclesiæ etiam in temporalibus,& Papæ, † Item quia auctori-
3 ctate Papæ fuit translatum Imperiū a Græcis in Germanos, & iterum posset a germanis in alios,ut per eundem Aug.d.lib.q. xxxvii.iiii.&.v.art.ergo &c.et Card.Iacobat.in tract.de Concilio.lib.ult.art.viii.fac.dcclxxix.col.i.uers.& ista, et in cap. displicet.xxiii.q.iiii. dicitur notanter, ꝙ Ecclesia per incrementa

tēporū

temporum semper maiori potestate utitur ante fin. illius tex. Et glo. in cap. si Papa. xl. dist. in fine dicit not. q Imperator potest deponi pro quolibet peccato pro quo est incorrigibilis, unde ait deponi si est minus utilis allegat cap. alius. xv. q. vi. ubi tex.
3 not. dicit, q Rom. Pontifex Zacharias, Regẽ. † Francorum, non tam pro suis iniquitatibus q̃ pro eo, q tãtæ potestatis erat inutilis a Regno deposuit, et Pipinum Caroli Imperatoris patrẽ, in eius locum substituit, omnesq; Francigenas a iuramento fidelitatis absoluit, dicit ibi gl. notabilis inutilis, nõ sufficiens quia tunc debuisset ei dari coadiutor, sed dissolutus erat, cum mulieribus, & effæminatus, & Zachariã Rom. Pont. a Chilperico in Pipinum Regnum transtulisse, scribit etiam Alci. in. l. bona ciuitatis. ff. de uerb. signific. & in. l. inter claras. C. de sum. trinit. in glo. ii. col. iii. in prin. & dixi supra etiam. q. iiii. & per illũ. c. alius lat. scribit. d. Episcopus Zamoreñ. in libello de origine principatus char. lxxviii. ii. col. & seq. contra uiolantes illam literam.
4 † Et de causis, ponit etiã Iac. Aluarotus in tit. quis dicat Dux in prin. vii. col. in usibus feud. uers. an autem, & quãdo possit Imperator deponi. Et Mart. Laud. in tract. de prin. not. vii. Papa. dicit Papam posse Principes coercere si nimis grauãt subditos, sine causa post gl. Bal. & Innoc. Abb. autem ultra. d. gl. in. d. cap. si Papa dicit uiden. Innocen. in. d. c. ad Apostolicę dicẽtem, hoc q Imperator, et alii reges, non debent priuari nisi ex maximis causis seu delictis quia cum nõ possint deponi sine magnis periculis detrahen. est rigori arg. cap. latores de cler. excõmunicat. ministr. sic abbas inq̃ tradit in cap. per uenerabilem. iii. col. ad fin. de electio. post bon. tex. ibi qui in uers. nunquid ponebat sacrilegũ, Excõmunicatũ, tyrannum fatuum, hęreticũ, uel paganum electum ad Imperium obtinen. non admitti licet idẽ Abb. aduertat tex. secundum intellectum glo. in. d. cap. alius, et Bal. in l. non Ambigitur. ff. de. ll. i. col. in fine, simpliciter supponat Imperatorem inutilem, uel mentecaptum, uel ebriosum, q non sufficit, curę reipublicę posse priuari, uel dari ei coadiutorẽ Ant. sicul. in tract. de potest. reg. q. lxxix. quando esset factus hęreticus, uel Paganus de Christiano, et Io. lecirier. d. vii. q. & Papa potest deponere Principes si nimis grauant subditos, secundum Lauren. calcan. cons. li. licet col. i. per not. xv. q. vi. si alius. Innoc. Bal. Card. Alb. ubi ibi Alias ipse Bal. in. l. fin. C. de. ll. not. dicit, q Imperator non ex omni causa deponi potest, sed solũ ex causa graui, & not. ex qua turbatur uniuersalis status Christianus,

uel Ecclesie per.d.cap.ad Apostolicę, & addit etiam.d.cap.alius cum glo. Et cum Bal.in.d.l.fin.Aret.in.§.sed et quo ad principi instit.de iure natur.col.fi.& Ias.in usibus feud.xix.col.pro pulchro, & Mart.Laud.in suo tract.de princip.not. xxxv. Imperator, & Ioan.d.vii.q.in prin.& per.d.cap.alius, & alios, glo.alias. in cap.primo de renunciat.in.vi.in uerbo uidebantur in prin.notat. Seculares deponi propter insufficientiam, et negligētiā Bar. tamen in.l.barbanus in fine.ff.de officio pręfect.pto. p illū tex. dixit, Imperatori nihil posse opponi dummodo sit catholicus &c.sicut neq;, et Pape, & Ant.de Rosell.in tract.de potest.Papæ i.q.princip.dum respondet.x.rationi col.ii.uers.sed quia, dicit, licet in alia.q.credo, q̄ si Princeps esset fidelis, & non excommunicatus, nō sacrilegus Papa nō posset ipsum improbare allegando, q̄ alius eē posset magis idoneus rōne de qua ibi, Et Episcopus Zamoren.i libello de origine principatus.ii.parte in prin. late scribit Reges naturali, et licito.s.iure regna obtinentes nō recognoscentes aliquem in superiorem in temporalibus, nō posse propter eorū delicta iuste deponi, nisi per Rom.Pont.& seruatis seruādis, in forma iudicii, Itē sufficienti causa probata, alias depositio, sit nulla, et inualida late pbās iure naturali diuino, & positiuo, Et per consequens, q̄ non a populo, nec a Baronibus regni char.lxxiiii.et seq.ēt neq; ratione.l.uel consuetudiuis, ut in
5 fra dicam seq.q.lxxxii.† Et legitur Innoc.iii.Ottonem Imp.de posuisse quia fidelitatem iuramenti quod Ecclesiæ fecerat, non
6 sęruauerat, † Et Federicum Innoc.iiii.in.d.cap. ad apostolicæ, & Bar.in aucten.si nero.C.de heret.dicit, q̄ per illā aucten . fuit destructus Imperator Federicus, et q̄ Papa cōcessit Carolo, Regnum Sycilię, dicit tamen Aug.de Anco.in.d.libro.xl. q. artic.
7 i. post mediū, † q̄ post depositionē eius, electus est iterū, & eū Honorius (qui Innoc.iii.qui primo eū deposuitur in Pontificatu successit) coronauit in Basil.Sancti Petri, quem postmodum simili modo a iuramento resiliētem, et cōtra Ecclesiam, Hostiliter insurgētem (quā protegere tenebatur) Innocentius.iiii. natione Ianuēsis, in Cōcilio Generali Lugduni celebrato, publice deposuit, et Imperio, priuauit, ut patet, dic tu, in.d.c.ad apostolicę, de hoc.s.ult.iūcta inscriptione.i.c.et illius.c.ad.apostolicę, & in tex.met.ibidem ante fin.ibi uos itaq; &c.cū fratribus nostris et Sācto Concilio &c.et meminit de isto Federico, et, q̄ secundus fuit, et quo tempore, et quanto durauit Iac. Aluar. in tit. de pace tenen, et eius uiolat.in.i.col. late Deci.in auct.cassa.C.de

sacr.

sacr.sanct.Eccles.in prin.dicens, ꝙ tandem sepultus fuit in Ec-
clesia Panormit.his uersibus literis aureis scriptis, Si ꝓbitas sen
sus,uirtutū gloria,census Nobilitas orti,possent obsistere mor
ti,Nō foret extinctus Federicus,q iacet intus,Et in Papa nō est
dubium per prędicta posse.s.eum priuare,Imperatorem ex cau-
9 sa ab Imperio,et deponere, † Sed probabilis qō est, & not.an
& alius possit puta Populus Roma. Bal.mouet hanc.q.in.d.l.
nō ambigitur. ii.col.in prin.ff.de leg.& arguit primo,ꝙ sic de-
mum concludit cōtrarium,quia Populus Rom. est sub Papa,un
de in eo residet hęc potestas,quia in eo residet cerebrum, & uer-
tex totius populi. Itē quia Populus Rom.non potest confirma
re Imperatorem,ergo nec priuare,& quia Imperator non iurat fi
delitatem Populo Rom.sed Domino Papæ, & hanc ait ueritatē
esse,cōtra Cyn.& Ray.de Forliuio,Et addo,ꝙ ante Bal.hanc.q.
etiam mouit Io.Fab.inst.de iure naturali gen.& ciuil.in uerbo
populus ei,& in eum,post medium,arguens primo Populū Ro-
manū posse Imperatorem deponere,demum in oppositū, ut Bal.
concludere uidetur,tum quia tex.ibi.dicit oēm ei,& in eum, &
ꝙ hanc partem tenet glo.in.d.l.nō ambigitur,tum etiā quia Im
perator maior est Populo,& ad eum tanq̄ ad maiorem habetur
recursus.§.i.cap.i.si de inuest.inter dominum,& uas.lis oriatur,
10 † & sic per minorem maior nō debet deponi.ll.uulg.cap.cum in-
ferior de maior.& obed.cap.est ordo.xxxiii.q.v.cū simil.& ma
xime quia tota iurisdictio trāslata fuit per Populū Ro.in Impe
ratorem,nihil sibi reseruādo,& ea usus est Imperator.d.l.i.ff.de
const.prin.&.d.uers.Populus cum simil.unde reuocare amplius
non potest cum penes se nihil remanserit,arg.c.q̄uis de officio
11 de leg.in.vi.cum simil. † Est uerum ꝙ Faber ibidem,ultimo lo-
co subdit,sed tamen satis dici posset,ꝙ Populus ex causa posset
eam destruere,per cōtrariā quæ ibi primo posuit,&.ff. de excus.
tuto.l.sed,& reprobari,dicit tamen,ꝙ id attentare periculosum
est,Et ea opin.cum Bal.contra Populum Romanum tenenda vř
pręcipue per sua fundamenta,& idem tenet Aret.(licet de Fabro
ibi,& Bal.in.d.l.non ambigitur,nō faciat mentionem)in.d.§.sed
ꝙ principi inst.de iur.na.gen.uel ciui.col.fi.uers.nota secundo
ex glo.dicens,ꝙ hodie id non tolleratur,cum electio Imperato-
ris spectet ad Principes Alemanię.Et ius priuādi ipsum spectet
ad Papā,& Populus non posset reuocare Imperatorem cum de
ipso Imperio,& potestate Imperatoris nō habeat se impedire,&
ꝙ hanc opi.sequitur Bal.in.l.fi.C.de.ll.(in fine dic tu)ubi dicit

solum Populū posse deponere Imp.&q; hęc est cōis opi.& eā te nen.puto quicquid Bar.cōtra senserit in.d.l. nō ambigitur post Cyn.dicens, q; Populus posset Imperatorem degradare, per gl. in.d.c.i.§.i.si de inuestitura, &c.quia illa gl.tenet potius cōtra be ne uisa dum dicit in fine, plus posse Imperatorē allegādo.l.Barbarius.ff.de officio pręt.ubi tex.in fine dicebat potius Populus Romanus &c.Demum subdit, quod ius multo magis in Imperatore obseruādū est contra gl.dicat.s.hodie.l.prima.ff.de const. princ.Et hanc opi.etiam nouiss.tenent Moder.Taurinēses in.l. ii.ff.de orig.iur.sub uers.fin.primę partis illius.l.col.fin.in principio post Bar.& Aret.supra, et Felyn.ubi ibi. Et idem late pro uериss.opi.concludit, et defend.q; hodie Papa, et non Populus Romanus, aliquo modo deponit, et degradat Imperatorem.Iac. Aluarotus in tit.si de inuestitura inter dominum, & uass.in principio.v.col.& seq.in usibus feud.et not.Mart.Laud. in tract. de prin.not.ccccl vii.hodie post Bal.& Moder.i tract.de Benef.iii. parte.q.viii.v.col.uers. Papa solus, et Io.lecirier in tract.de primogen.q.vii.iii.lib.viii.uol. Tract.col.ii.nu.x.post Io. Fabr.et

11 glo.ubi supra, et Præposit.in.c.si Papa.xl.dist.col.v.† Et Populum Rom.hodie amplius potestatem nō habere, probat tex.not. i.l.ii.ad fi.C.de adop.ibi arrogatio principali auctoritate facta perinde ualet ac si per Populū iure antiquo facta esset, & sic hodie non posset.&.D.Bened.Capr.perdissinus noster, in not.q. per illum tex.consil.cxv.ii.col.in med. Et hanc etiam com.opi.testatur hodie.s.Populum Rom.Imperiū non habere Alex.in disputatione sua incip.Sigismundus.i.q.v.col.in principio Paul.de cap.in.l.de quibus.ff.de.ll.i.col.ii.notab.& solum Papa deponere Imperatorem per.d.c.ad apostolicæ, simpliciter not. Bal.in l.rescripta.ii.col.ad fi.C.de precib.Imp.off.& Bar.in.d.l.fin. C. de.ll.post.d.cap.ad apostolicæ cum ibi not.intelligens.l.ii.§.exactis.ff.de orig.iu.& per consequens similia etiam loqui eo tempore, quo adhuc Populus, & Senatus non abdicauerant a se omnem Imperii potestatem. Et sic quando quis nō esset uerus Rex & Imperator, ut in sequenti.q.tangit, & pro Bar.& Bal.gl. not. in.d.c.ad Apostolicę in uer.priuamus, Et q; Papa propter crimē priuat,

13 † Imperatorem, ut ibi, & cū est inutilis.d.cap. Alius. xv. q.vi.& q; det Coadiutores male administrantibus, & per negligentiam ipsorum, iurisdictionē assumat, & compellit. iustitiam facere, & ius Canonicum debitis casibus obseruare, quia unum oportet esse Principatum, ad quem omnes recurrāt.c.in apibus

ad vii.q.i.

14 vii.q.i.cum simil. † Et scribit notabiliter Innoc.in.c. grandi de supl.negl.prel.in.vi. q. Regi nõ seruanti iustitiã, datur Curator, & refert Ant.sicul.in.iii.q.in fine infra citanda seq.q. & facit, q. per.d.glos.supra relatam in.d.uerbo priuamus notatur, quæ ad
15 id de Coadiutoribus, allegat.d.c.grãdi, † Qualis aũt debeat eẽ Coadiutor, & eius qualitates, uide not.p Moder.in Trãct.de be
16 neficio.ii.parte princi.iiii.q.col.pen. † Et Regibus, & aliis Dominis dari Curatorẽ, iustis de causis, præcipue si nesciũt Regnũ suũ defendere, Itẽ si nõ seruãt in eo bene custodiã, & pacẽ maxime locis religiosis, & pauperibus, uel si pdita nesciãt recuperare notat Bal.i marg.sua in uerbo Regibus post Innoc.in.d.c.grãdi, & ibi p eũ quis det talibus curatorẽ, & dari Coadiutorẽ Imperatori ex causa, sentit Bal.in.l.nõ ambigit.ii.col.in principio ff.de.ll.& gl.not.in.d.cap.alius.xv.q.vi.per capitulum quamuis &.c.petisti.vii.q.i.et tetigi etiã infra.q.cvi.& cum Bal.in dicta Marg.Ant.sic.in.Tract.de potest.& excell.regia.q. xvii. &. D. Lud. Montaltus in Tractatu de reprobatione sentẽtię Pilati, ar
17 tic.iiii.col.ii.nu.7.x.uol.Tract.† An aũt ipsi Electores Imperii possint deponere Imperatorẽ ex cã, infra tãgo seq.q.quibus ibi dictis in eo puncto, adde, q. Bal.in.l. Barbarius.ff.de off.prętor. dicit in terminis, q. Electores nõ possunt neq; priuare neq; deponere, quia postq̃ elegerunt functi fuerunt suo officio, & solũ habuerunt a Greg.potestatem eligendi, non deponendi, & Aluarotus idẽ.in.c.i.quis dicatur Dux, et tenet, & refert Io.Lecirier, in tract.de primogen.q.vii.iii.libro.col.ii. nu.x.viii.uol. Tract.
18 † Illud scien.est, quosdam hęreticos olim tenuisse omnem potestatem tam laicalem, q̃ clericalẽ amitti per peccatũ mortale, unde Vualdẽses dicebãt, non esse parcẽdum illis qui mortalis culpę rei essent, & Io.uulcleff.et Io.us.quorum opin. fuit damnata in concilio Cõstan.viii.sessione, articulo.iiii.et.xv.& session.xv. artic.ult.Io.Huss.& nouissime per Fratrẽ Alphons.de Castro in lib.aduersus hęreses.xii.lib.in uerbo Ptãs, ubi late cõprobat.

OCTVAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 *An Imperatorem propter suas iniustitias intolerabiles, & facientem tyrannica subditi possint expellere propria authoritate.*

2 *Reatus omnem honorem excludit.*

3 *Subditi non possint derogare iuri superioris.*

4 *Tyrannus non uenit Principis appellatione.*
Tyrannus an possit impune occidi, & damnata memoria.
Io. hus in Concilio, qui secus dicebat.
Alexander primus Dux Florentiæ occisus, & a quo.

5 *Ius dicere nemo sibi potest propria auctoritate.*

6 *Regi etiam malo, subditi sumus.*

7 *Iurant fidelitatem Imperatori Principes.*

8 *Electores Imperij cur non possint deponere ex causa Imperatorem, & quando. & nu. 10.*

9 *Inferiores in facto maioris non se intromittunt.*

11 *Restitutio ad illos spectat ad quos institutio.*

12 *Obedire an teneantur iniusto, & iniquo Principi, subditi.*

13 *Serui a Dominis supra modū sæuientibus in eos, nō recedunt propria auctoritate.*

14 *Populi, Dominos delinquentes propria auctoritate corrigere non possunt, & damnata in Concilio Constantien. mem. Io. Vuicleff, qui secus dixit.*

15 *Rebellio, & inobedientia subditorum quando priuet Superiorem possessione iurisdictionis.*

1 OCTVAGESIMO SECVNDO Quæro, † an Imperatorem propter suas iniustitias intollerabiles, & facientē Tyrannica, subditi possint expellere ꝓpria autoritate uideatur, ꝙ sic, argumēto. ff. de or. iur. § & cum placuisset. l. ii. & ibi Bal. notat, ꝙ usurpātes statum trucidātur, & Ciuitas recipit statum suum, & facit § exactis deinde Regibus ead. l. ii. Item quia unus quisꝗ potest propriam salutem tueri. l. ut uim. ff. de iust. & iure, cum mat. item a quo Remouetur effectus nominis debet remoueri ipsum nomen, & dignitas. l. iii. C. de sent. ex peric. recit. c. q̄ ipsis. xxxviii. dist. c. cor episcopi. lxviii. dist. & l. f. in fi. C. de
2 officio præfec. urb. l. a nullo. C. de feriis; † & reatus omnem honorem, & prærogatiuam excludit. l. i. C. ubi sena. uel clariss. auctēn. qua in ꝓuincia. C. ubi de crim. ibi omni priuileg. tex. & gl. not. in § non permittas in auctēn. de mand. princ. glo. not. in cap. admonere. xxxiii. q. ii. ubi notat quem priuari nomine, ratione criminis, cum simil. Sed breuiter in contrarium uidetur ueritas tum ex supradictis. s. quia solus Papa Imperatorem deponit, ut in præcedenti. q. post Bal. dictum fuit, tum etiam quia ita in terminis in Rege, ut subditi non possint eum expellere, etiam propter suas iniustitias intollerabiles, & facientē Tyrannica, tenet

Bal. in. l. ex hoc iure. i. col. ii. q. ff. de iust. & iu. illa ratione quia
3 subditi non possunt derogare iuri superioris, † Vnde licet de
facto expellant, superior tamen non amittit dignitatem suam p.
l. moueor. C. si seruus expor. uen. Et cũ Bal. in. d. decissiõe referoy
& tenet Ant. sicul. in Tract. de potest. & excel. Reg. iii. q. prin. ad
dens pro ratione Bal. Bonum tex. in. c. uenientes de iur. iuran. &
clem. ne Romani in prin. de electio. c. inferior. xxi. dist. c. cum in
ferior de maiorit. et ob. et not. per Bal. in. l. ii. iii. col. C. de serulo.
& aqua. & l. c. primo, ut lite pendiet Bal. & Saly. in. d. l. moueor.
ubi dicunt delictum esse execrabile, quando serui uolunt po
testatem in dominum exercere, et declarat id uerum in uero Re
ge secus in Tyranno tacito, & uelato, & per consequens etiã fal
so Imperatore &c. per ea quæ ibi late. et notater deducũtur, per
4 Ant. sicul. d. loco, et sic contraria per consequens resoluũtur, † et
facit quia Principis appellatione, non uenit Tyrannus glo. not.
in Clem. prima de Baptis. in uerbo Regum ante finẽ, Sed cauen
dum est in hoc, de Tyranno cõtra dominum Antonium siculum
quia totum contrarium uidetur alias determinatum per Conci
lium Constant. in quo, fuit damnata illa opi. Ioan. Huss. qui di
cebat quemlibet Tyrannum posse, & debere licite, & meritorie
occidi, per quẽcunque uasallum suum, et subditum, etiam per in
sidias, uel Blanditias, uel adulationes, non obstãte quocunq; iu
ramento seu confederatione, factis cum eo, non expectata sen
tentia, uel mãdata iudicis, et fuit damnata ꝑ erronea i fide, et in
Moribus, et ut scandalosa, ꝙ qui pertinaciter, id assererẽt, essent
Hęretici, ut patet in dicto Cõcilio Constan. sessione. xv. col. iiii.
uers. præcipua, et quæ late per Fratrem Alphon. de Castro, in li
bro aduersus hęreses. xiii. in uerbo subditus, et in uerbo Tyran
nus, Imo nec possunt subditi dominos delinquentes corrigere
ne dum occidere, ut late. in. d. uerbo subditus deducitur, quæ no
tanda sunt ad declarationẽ eorum quæ scribit ille Eps Zamo.
in libello de origine Principatus char. xxvi. et seq. ubi conatur
deducere Prouincias posse pro pristina libertate a uiolento Iu
go seruitutis se liberare propria authoritate etiam conuocatis
amicis, iure diuino, naturali, et positiuo, ut, et supra tetigi. q. liii.
post princ. sed ibi ille de iniusto domino, et uiolẽto loquitur; ꝙ
patet ex his quæ idem scribit. d. lib. ii. parte char. lxxiiii. et seq.
multis, et char. lxxxix. et seq. ubi late. ꝓbat. Regem naturalẽ, &
licitum, nõ posse deponi, neq; puniri ob aliqua delicta a populo
neq; a Baronibus suis, etiam ratione cuiuscunq;. l. uel consuetu

dinis de quo tetigi infra.q.cxi.casu.xcix. respondés etiam qui
busdam arg. in contrarium ut ibi not. limitando nisi Princeps
esset si quem communitas eligeret, ut infra dixi. d. casu. xcix.
ut Veneti, & Ianuen. demum idem char. xc. et seq. not. in. d. libel
lo de origin. Princip. deducit multa quæ cogunt subditos tolle
rare Reges, & Princeps suos, etiam si delinquant iuribus, & exé
plis etiam diuinę. l. ubi uiden. quæ notanda sunt, etiam, ꝙ Rex
scãdalizaret Rempub. etiam si deuius esset a fide, ꝙ a Sede Apo
stolica, & Ecclesia, non a Populo iudicandus est q̃diu tolleratur
per eam sed arguendus sic, post Isidor. in libro de summo bono
c. xxxix. et. c. quoties. xxiiii. q. iiii. Quod facit contra illos, qui
uolunt excusare illum Laurentium Medicem Florentinum, qui
anno præterito Illust. Alex. Medicem, Ducem Primum Floren.
interfecit, et cõtra Ant. sicul. ubi supra, nisi dicamus Ant. sicul.
nõ dicere, ꝙ tyrannũ liceat occidere sed expellere, quo casu Con
cilium non loquitur, et tunc uide, notatã in. d. libro Alphons. in
5 d. uerbo subditus, & Epm̃ Zamor. d. loco. † Pro quo in supradi
cto primo membro, ultra eos facit ẽt, quia nemo debet sibi ipsi
ius dicere propria auctoritate in Rub. & nigro. C. ne quis in sua
cã iud. uel ius, sibi dicat. l. nullus, C. de iudeis cũ glo. iiii. q. iiii.
cap. primo, &. c. si clericus. ix. q. i. & reg. l. extat. ff. ꝙ met. causa,
& tex. not. sing. in. l. penul. & fin. ff. ad. l. Iul. de ui priuat. & quod
6 precipitur Deuteron. xxiiii. B. in fine. † Et finaliter hæc Decis.
Bal. & Ant. sicul. (ultra ipsos) notanter uidetur probari in pri
ma Epistola Petri cap. secũdo. C. ibi subditi estote &c. siue Re
gi quasi præcellenti &c. et ibi Deum timete Regem honorifica
te. serui subditi estote in omni timore Dominis, non tantũ Bo
nis, & modestis, sed etiam discolis, hec est enim gratia &c. quia
& Christus passus est pro nobis uobis relinquẽs exemplum &c.
qui peccatum non fecit, qui cum malediceretur nõ maledicebat,
& reliqua, et ad Titũ. ii. cap. C. seruos dominis suis subditos eẽ
7 in omnibus placentes, non contradicentes, † Suadetur, ꝙ cum
omnes Principes, fidelitatem Imperatori iurare debere uidetur
ut supra diximus. lxxiiii. q. et per consequens, etiam ipsi Princi
pes electores Imperij contra proprium iuramẽtum inconsulto
Rom. Pont. propria auctoritate etiam si diceretur illicitum, ue
nire non debent, ut ad literam alias dicit tex. not. in cap. uenera
8 bilem, de elect. ante fin. uers. non ualet, ad plenam, † Et ista, for
te, põt esse ratio, de uno in quo alias, dubitabã cur forte ipsimet
Electores Imperii non posset dici, ꝙ possent Imperatorem
ex causa

et causa deponere § sed solus Papa secundum mentem scribentium supra quia, & et ipsi forte, eo electo, ei iurant fidelitatem, & obedientiã, per dictã in d. q. lxxiiii. a quo iuramẽto, ipsi propria auctoritate sine Pontifice, non possunt recedere. d. uers. nec ua- ualet, et ibi notat Abb. v. col. nu. 13. cũ negotium. s. est arduum, et inter magnas personas, post sing. dictum Spec. ubi ibi, et illũ
9 tex. † Item quia ubi Imperator est Coronatus approbatus unctus, et cõsecratus à Papa, inferiores quomodo iuris ratione, se possunt i eo intromittere deponẽdo. d. c. cũ iferior. de ma. et ob. cũ simil. et sing. tex. l. ii. C. de liber. et eorũ lib. uers. sane cũ simil.
10 infra. q. cx. casu. xii. † Et ex his uidet. inferri, q si electus esset solum ab illis nondum tñ a Papa approbatus neq; coronatus &c. & ipsi nõ iurassent, uel forte nõ iurarent ei fidelitatẽ Nõ uideo, pronunc in puncto iuris stricto, cur tũc ex causis legitimis De quibus supra, non possit ipse electus per ipsos Electores de
11 poni priuari, et degradati, † cũ de iure alias ad illos destitutio. spectet ad quos, et istitutio pertinere. c. cõquerẽt. de offi. ordin. extra. c. admonet. extra de renunciat. et reg. uulgata, eius est soluere, cuius est ligare &c. et nihil tam naturale, et cap. cũ ex iniũcto in fin. de hereticis cum simil. quæ nota sunt, et q̃ infra dixi. q. ciiii. uers. ulterius q. Et cessante ratione, et respectu iuramẽti, et appositionis manus Papæ uidetur cessare impedimentum ipsis electoribus, c. cum cessante de appell. cum uulga. cogitabis, nisi diceremus ipsos esse nudos ministros, et executores tãtũ in electione, unde i. aliis sẽnã possint itromittere, iuribus uulg. prout alias in simili de eligentibus Papam scribit Anton. de Rosell. in Tract. de potest. Papæ. i. q. princip. respondendo. x. rationi col. ii. §. sed quia, qui eligunt Papam, et confirmant, et tamen non tribuunt potestatem neq; dominiũ sed habet a Deo ex se, ut supra q. l. late, unde idem in eligẽtibus Principem. c. quæsitum. xxiii. q. iiii. quoniam licet eligatur ab electoribus habet tamen suo iure Imperator, et nõ alieno, ut ibidem Ant. prædictus licet in alia q. Quæ adde. ad. q. præcedent. supra in fine ubi de hoc etiam dixi not. Et cum Decisione Bal. in. d. l. ex hoc iure tenet, et notat Mart. Laud. in tractat. de princi. not. cxi. licet subditi, subdit tñ, q licet non possint dicto casu, expellere non tenentur tamẽ obedire, interim eidem, allegat Bal. in prima rub. ff. ueteris sed non inuenio in libro meo, et puto, q sit dubium hoc ultimum dictum donec de iniustitiis, non esset declaratũ, et depositus arg. c. prim. ut lite penden. cum mat. et not. per. d. Deciũ, post Abb.

in.c.i.v.not.& in.c.significasti.iii.not.de appel.cum simil. Item quia alias Aug.de Anco.in Tracta.de potestate Papæ.v.q.art. viii.tenet Papę etiam aperte malo, obediendum, præcipue per illud Petri in prima Epistola supra citata.sic.ibi; subditi estote
13 dominis Vestris etiam Discolis; † Vlterius etiam pro dicta resolution. Bal.& Ant.sicul.ut supra per nos cōprobata, subditos non posse Imperatorem etiam intollerabilem, de iure expellere, facit not.& multum in simili, quia sic alias uidemus, q̃ serui, in quos dominus supra modum seuiat ac intollerabili asperitate persequatur, nō propria auctoritate, se ab eius dominio eximūt sed superioris officio; ut in.§.sed hoc tempore insti.de his qui sunt sui uel alie iu.usq; ad finem tituli, &.l.ii.ff.eo.per totam, & bonus tex.solitarius in.l.penul.C.de præpo.sacr. cubicul. libro xii.ante finem ibi.sed sicut implorādi præsidii facultatem denegari non conuenit, ita nec calumniandi uiam, diuitius patimur patefactā i ratione sui, &.l.si lenones.C.de Epis.aud.ibi Episcoporū implorato suffragio, omni miseriarū necessitate absolui, &
14 reperio, † q̃ olim in Concilio Constan.fuit damnata mem.Ioannis uiucleff, qui inter alia, ponebat, Populares posse ad arbitriū suum dominos delinquentes corrigere, ut patet in octaua sessio-
15 ne eiusdem Concilii; † Illud notandum est incidenter circa prædicta, q̃ inobedientia, & rebellio subditorum non priuat superiorem possessione iurisdictionis, nisi subditi eum expellerēt de Territ.uel caperēt, & ponerēt i carceribus ita not.tradit Bal.in l.ii.C.de seruit.& aq.viii.col.in prin.iiii.q.post.l.i.§. pen.ff. de ui.& ui.arm.l.moueor.C.si seruus export.uen. Alex.tenet cons. xciiii.uisis.i.&.iiii.col.libro.v.& Ias.pro ualde signando in.l.i. in prin.ff.de acqui.poss.col.xii.ante fin.nu.42.

OCTVAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

1 *Quibus de iure pateat ingressus ad Imperatorem.*
2 *Consiliariis, patriciis, & senatoribus, & qui hi sint. & nu. seq.*
Silentiariis, & qui sint, proximi sacr. scrin.
3 *Notarius Principis.*
4 *Secretarys.*
5 *Militantibus in sacris scriniis.*
6 *Vicariis.*

Magistris

7 *Magistris sacrorum scriniorum.*
8 *Tributis scholarum, & qui sint scholares. & nu. seq.*
10 *Domesticis, & Rectoribus Imperatoris, & qui sint. & nu. seq.*
12 *Præpositis laborum, & qui sint.*
13 *Fabricensibus, & qui sint.*
14 *Primicerio, & secundicerio, & qui sint.*
15 *Honoratis uiris, & qui sint. & nu. seq.*
16 *Doctoribus patere an debeat ingressus ad Imperatorem. & nu. seq. & nu. 21.*
18 *Doctor an dicatur Consiliarius Principis.*
19 *Vincentius de Herculanis de Perusia, Aduocatus Consistorialis, præceptor meus consumatissimus. I. V. Doctor.*
20 *Io. Baptista filius eius singularis uirtutis, & indolis.*
D. Aeneas de Vbaldis de Perusia. I. V. Doc. Præclarissimus.
D. P. Paulus Parisius auditor Cameræ, Olim collega meus Bononiæ.
Doctores nostri temporis præclari, ibidem quidam referuntur.
22 *Ingressus ad Imperatorem pro Iustitiæ expeditione, etiam uilibus patere debet.*
23 *Acceptio personarum apud Deum esse non debet quomodo intelligatur not.*
24 *Valuassoribus, & qui sint, & etiam Capitaneis patere debet ingressus ad Imperatorem.*
25 *Episcopis etiam patet, & quidam hodie uenerabiles Episcopi.*
26 *Cardinalibus etiam patet, & quidam hodie Reueren. & Illu. Exprimuntur.*

1 OCTVAGESIMO TERTIO Quæro, † quibus de iure patere debet ingressus, ad Imperatorem: nam non quilibet admittitur etiam neq; ad salutandum, ut per glo. in. l. i. C. de uetera. libro. xii. et breuiter primo omnibus qui sunt de cõsistorio eius, ut experientia docet, in similibus in Põtifice, & in Imperatore Cõsiliariis Patriciis, & Senatoribus in. l. quisquis in prin. ff. ad. l. Iulia. maiest. l. fina. C. de consul. libro. xii. §. filiusfamilias insti. qui. mod. ius. pa. pot. sol. Item Silentiariis qui. xxx. erant, & Decurionibus eorum Palatii. l. i. C. de silentiariis libro xii. quos cõsiliarios interpretatur, glo. in rub. ibi, Moderni autẽ
2 † Mediolanen. ibi post Procop. dicunt ad ea quæ quietis sunt, in Palatio ministrũ Silẽtiariũm uocari, Et Patricii qui sint per glo. in. d. §. filiusfam. licet Alc. aliter in rub. C. de consul. libro xii. char. iii. † Item et Proximis sacrorum scriniorum ut in. l. ii.
3 C. eo. libro. xii. ibi consistorium nostrum sæpe ingredietibus, &

f.ꝙ Doctori ingredienti curiam Principis, non debet denegari
16 † ingressus, sed admitti etiam ad secreta iudicum, in.§.Item Ro-
mę ante fin.uers.priuilegio Instit.de excusa.tut.& Honoratis ꝑ
Aduocatis, alias exponit glo.in.l.i.C.de offi.ciuil.iud. in glo.i.
17 † Sed tamen aduertēdum est, quia alius sensus uidetur esse eius
uocis, ut in titul. C.de honorat.uehicul.libro.xi.& ibi glo. rub.
ꝗ ultimo dicit, ponit̄ pro his qui haberent dignitatē, sine admi-
nistratione, Vnde elegantes Moder. Mediolanē.in libro primo
prætermissorum suorum col.iiii.post prin.certius dicunt eē, qui
palatinam dignitatem habent, & administratione abstinent, mu-
neris extortes nomine participes post Amiā. Marcell. & Mod.
in.d.iiii.col.uidentur sequi nouissime, Moder. Taurinen.in.l.i.
ff.de off.eius.vi.char.ii.col.in fin.& seq. Et ego do bonū textū
expressum in.l.ii.C.ut digni.ord.serue.libro.xii.uer.iiii.Hono
rariorum, Ideo uidetur, ꝙ.d.l.fina.glo.et Areti.ubi supra ꝑ ani
mi, et interesse proprii passione, in Doctoribus generaliter inter
pretati sint, bene uerum, ꝙ alias tex.hoc uerbo honorari, utit̄ ꝑ
Doctoribus legentibus, ut in.l.i.C.de profess.qui in urb.Const.
in fine libro.xii.sed respondetur illū tex. confirmare prædicta
quia.s.ibi de Doct.qui per.xx. Annos legerunt, loquitur, quo ca
su consequuntur dignitatem Vicarię, & comitatus, ut ibi in tex.
& glo.& sic sine administratione, quod nō magis est de Iurecon
sultis ꝗ de aliis legentibus, et de quibus ibi, idem in.l.ad simili
tudinem.C.de Epis.& cler.in glo.ii.Sed tñ dictum in se equum
est, nec minus eis, cū digni sunt, liber ingressus debet̄ ad Prin-
cipem, ꝗ quibusuis aliis, cum eorum doctrina mundus illumine
tur, et ad obediēdū Deo, & Imperatori eius ministro, uita subie
ctorū informetur, ut affirmat ipse in aucten. habita.C.ne filius
pro patre, ꝙꝙ nō minus prouident humano generi, ꝗ si præliis,
atꝗ uulneribus patriam, parentesꝗ saluarent, ac gloriosę uocis
numine, laborantium spem, uitam posterosꝗ defendunt, ita dicē-
te Imperatore met.in.l.aduocati. C.de aduoca.diuerso.iudic.&
cum laudabile uitęꝗ hominum necessariū sit, aduocationis offi
ciū, maxime principalibus præmiis oportet remunerari, ait tex.
in.l.iiii.in prin.C.de aduocat.diuers.iudi.unde legitur, ꝙ intel-
ligentes.i.docti.fulgent quasi firmamētum, et stellis, et Cęlo cō
parantur, & qui ad iustitiam erudiūt multos, quasi stellæ in per-
petuas ęternitates, ut in Daniel.xii.cap.declaratur a Diuo Hie-
ronymo in.iiii.suo Prologo, super Biblia. Et Alexā. in additio.
18 ad Bar.in lib.i.C.de digni.l.xii.Dicit † ꝙ omnis Doctor, dicitur

Consiliarius Principis,& simpliciterallegat.d.l.fi.C. de offi.di-
uersi.iudic.licet scripta deprauate dicant,de Aduoca diuers.iud.
Tamen id nõ uidetur ibi probari ex præmissis,& uidetur contra
mentem doctorũ in.d.l.i.ff.de off.eius. Vbi in Doctore.xx.anni
requirunt.& Barto.met.se Consiliarium Principis uocat, quia
eum expresse fecit Imperator, non ex eo solo ꝙ doctor esset, ut
in suo Tractatu de insign.& arm. in princ.& alibi sæpe : ut & in
Rubrica extrauag.ad reprimendum.& in.l.gallus.§.forsitan.ff.
de lib.& posth. Qualis est tempestate nr͞a celebratissimus inter
omnes,& consũmatissimus Dominus,& præceptor meus obser-
uandissimus Dominus Vincẽtius de Herculanis de Perusia,Ad
uocatus Consistorialis, Speculum Iuris, Pater patriæ, sub quo
eiusq; profundissima,ac castigatissima disciplina qui militauit,
felicem, beatumq; tanq̃ ab oraculo Apollinis pendentẽ semper
20 Iure oẽs arbitrati sunt. † Vtinamq; ego talis aliquo unq̃ tẽpore
euaderem,ut tali tantoq; Præceptore dignus saltem discipulus
apparere possem. Plura de eo dicerem(ut teneor)sed quia adhuc
uiuit,eiusq; clarissima monimenta testimonium dederunt, dant
quotidie,ac dabũt,alia multa de tãto uiro subtrahã prout alias
Diuus Hyeronimus dicit,de Ambrosio in lib.de uiris illustrib.
Sed pro me minimo,& debili supplebit, si Dii uitã dabunt (qđ
faxint) singularis uirtutis, & indolis filius suus nobilissimus
Dñs Io.Baptista pulcher animo,& corpore,qui in ætate uix ad-
huc.ix. annorum, talis est, totq; literis,moribus, & uirtutibus,
ad uestigia excellentissimi parentis diuinitus præditus ; ut iam
de eo dici merito possit,ꝙ de Samuele in Libro uitæ primo Re-
gum.ii.cap. E. Puer autem Samuel proficiebat,atq; crescebat,&
placebat tam Deo q̃ hominibus. Necnon qualis est Dñs Aeneas
de Vbaldis de Perusia. V.I.consultus excellẽ.& præclarissimus.
subtilitate,præstãtia,ac consilii integritate,infalibiliq; iudicio,
celebratissimus.D.meus hon.& de quo dũ etiã in Rota Florẽti-
na esset,Ita honorifice exorditur.D. Deci.in consilio.diii.supe-
rioribus.& consilio.dlxx.casus.& consil. dxxv. uisis libro.iii.&
dliiii.qđ supra. Qualisq; R.D.P. Paulus Parisius,nũc Romę di-
gnissimus Auditor Cameræ,olim hon.collega meus Bononiæ.
Vel Dñs Raynaldus Petrutius Senensis, Dominus Marcellus
Crescentius Romanus, Dominus Ludouicus Gomesius His-
panus, Sacre Rotæ Romanæ doctissimi,ac integerrimi Audi-
tores. Necnon qualis Dominus Andreas Alciatus Medio-
lanensis,Iuris,ac multarum scientiarum Doctissimus, & orna-
tissimus

tissimus Vir Dominus Marianus Socinus, Iunior, Senẽsis, Dominus Arrigutius de Arrigutiis Perusinus, Dominus Cęsar de Nobilibus Nobilis Luccẽsis, nuper Almę Vrbis Senator demũ totius Romandiolæ Præses, de quo ita laudabiliter exorditur Dominus Decy. consi. ccccclxxi. Iuridicam. & consi. dlxxvii. uiso. Dominus Ioan. Baptista Massarius, Dominus Iulius Scarllatinus Regienses, de quo etiam Decy. consil. dxlvi. consului. Dominus Syluester Aldrobandinus Florẽtinus, de quo idem consilio. dxcviii. uisis his. Dominus Laurentius Pynus, Dominus Ieron. Gratus Bononiense, & Alii similes. V. I. consultissimi, ac præclarissimi, quorum quidam famosissime publice uariis in Gymnasiis legunt eminentissimi. Quidam iustissime regunt, & Prouinciis integerrime præsunt, ac Iudiciis. Necnon Magnificus, ac insignis. I. Conf. Dominus Franciscus Purpuratus Senator, & Præses in supremo Conf. excellentiss. Sabaudiæ Ducis, Dominus Benedictus de Benedictis Calliensis, olim coætaneus meus in Perusino Gymnasio, tũc acutissimus scholaris, nunc Iurisconsul. & Romæ pro Almæ Vrbis Gubernatore. Iustissimus Locumtenens. Dominus Hieronimus Iustinus de Castello. Dominus Io. Aloysius de Aragonia. Dominus Antonius Gabrielus Romani. V. Iuris Doctores in Alma Vrbe famosissimi, ac Consistoriales Aduocati pręclarissimi. Dominus Iacobus Cortesius Mutinensis celebratissimus Romæ causarũ Patronus, & merito primus ante alios excellens, uir summi ingenii, & Praxis Reuerẽn. Dominus Nicolaus de Ardinghellis. Florentinus, Vtriusq; Iuris. D. Prothonotarius, & Referendarius Apostolicus, necnõ multarum scientiarum consultus, integer Vir, ac prudens opere,
21 & consilio. † Sed contra hoc dictum Scribentiũ supra, ut scilicet Aduocatis, & Doctoribus etiam Fisci, non pateat ingressus, semper ponderatur text. arguendo a speciali, in dicta. l. iiii. in principio. & in. l. restituende post medium. uers. licentiam. C. de
22 Aduo. diuers. iud. † Pro iustitia tñ expedienda, obseruandũ est, quod præcepit Moyses Deutoron. i. cap. quod iustum est iudicate, siue Ciuis sit ille, siue Peregrinus, nulla distãtia erit personarum. Ita Paruum audietis sicut Magnũ, nec accipietis cuiusq; personam, quia Dei iudicium est. & x. cap. ante finem eod. libro. Deus magnus & potens, & terribilis qui personam non accipit, nec munera. & Sapien. vi. cap. ibi, æqualiter est illi cura de omnibus & Actuũ. x. Cap. F. & in Auct. de Monachis. §. ii. in fi. c. illud. xl. distinst. c. nouit de iudi. uers. cæterum. cum similibus. Quod

13 dictum q̃ apud Deum nõ debet esse acceptio personarum, & per consequens nec apud eius ministros. Declara. not. circa æqualia, & circa æquales, ut inæqualitas seruari non debeat. Sed ubi personæ sunt inæquales, si inæqualitas etiam seruatur, nõ est per hoc acceptio personarum. Ita notanter declarat. d. præceptum Abba. dicens, q̃ Deus idem facit in. c. de multa de præbend. iii. col. ante medium, & allegat. c. ad hoc. xcix. distinct. (sed est. lix.
14 distinctio.) † Item Valuassoribus patere debet ingressus ipsius Imperatoris. Qui ideo Valuassor appellatur, quasi dignus stare ad ualuas, Id est portas Dñi, & eas intrare propter beneficium ab eo receptũ. Et notat Iacobus Aluarottus post And. de Isern. in. c. i. quis dicatur Dux in princip. ii. col. in fine. Et sunt hi qui
15 Capitanei dicuntur, inuestiti de aliquo loco, ut in. d. tex. † Episcopis patere debere ingressus ad Imperatorem, probat text. arguendo a speciali in. l. quisq̃. C. de epis. & cler. Ibi nec nostra secreta adeat, & a maioritate rationis supra dictorum. In præcedentibus personis, quarũ Eps non uidet minor, cum sit maior dignitas, & ordo in Ecclesia Dei, ut p gl. in procemio Decretal. & vi. Præcipue cum talis est qualis. R. Dñs DVRANTES de Durantibus nobilis a Brixia Eps Algarensis integritate, moribus, ac charitate celebris. S. D. N. Pauli. III. Pontificis Maximi Cubiculi Præfectus, charissimus, & dignissimus uir, iustus, pius, amator uirtutum, & homo sine querela, uel qualis R. Dñs Sebastianus Delius Durantes Episcopus Bitũtinẽ. Primus Dux in literis latinis, & grecis reuerẽdiss. & illustriss. Cardinalium. S. sue Nepotum. Alex. de Farnes. V. cancell. & Guid. Asca. Sfortiæ Camerarii Dñorum meorum, uir græce, latineq̃ doctissimus. Vel qualis Reuerendus Dominus, Dominus Georgius Andrasius Nobilis Mantuanus Episcopus Clusinus uir summe probitatis, fidei, ac religionis, Senator Mediolanensis, & diu prius pro illius Duce apud Pontifices Romæ dignissimus, Orator, semperq̃ gratissimus, nunc uero apud Venetos. S. D. N. Legatus. Vel qualis Reuerendus. D. Io. Mattheus Gibertus Ianuensis, Episcopus Veronensis, bonarum artium studiosissimus, studiosorumq̃ & amantissimus, & liberalissimus Alumnus, semper seruator, ac hospitium, moribus, & exemplo prestantissimus. Vel qualis Reuerendus Dominus, Dñs Hugo Rangonus, Episcopus Regiẽsis, uir integer, doctus, & iustus, Nobilis animo,
16 & corpore. † Reuerẽdissimis et Cardinalibus. S. R. E. pari & fortiori ratione, eodem modo liber ad Imperatorem patere deberet

ingressus

ingressus, arg. not. supra præcipue in princ. huius. q. iuncto cap. Constātinus. xcvi. dist. uer. uiris. ibi Patricios, & consules effici, & q supra. q. lxvi. pſertim. cū essent cardinales. Tales quales sunt ad pñs in. S. R. E. & hi quos. S. D. N. Paul. III. Pōti. op. max. creauit tpe sui Pōtificatus, ut. n. fulgētissima sydera in medio illius sacrosancti Senatus corruscāt, radiisq; uirtutū oium illustrant, eas hñtes qualitates quas sancta Basiliēsis synodus in spūscō legitie cōgregata, i eis uoluit atq; cōstitit. xxiii. sessione. Cęte⁊ de priuilegiis Cardinaliū als ultra tradita in locis & Trac. uulg. nouissime uide p Mod. Hisp. in comēt. sup reg. cāc. in cōp. utriusq; signat. nu. xlv. & seq. ubi Decem priuilegia ordinate congerit.

OCTVAGESIMA QVARTA QVAESTO.

1 *An Imperatori transeunti debeat acclamari, ut Papæ fieri solet: & cur, dicendo uiuat, uiuat, & similia.*

1 OCTVAGESIMO QVARTO Quęro † an Imperatori transeunti, debeat acclamari, ut Papæ fieri solet, dicendo, uiuat, uiuat, & similia. Et dicendum est q sic, & ita factum reperitur in. l. i. C. de Vetera. libr. xii. in princip. Ibi acclamatum est. Auguste Constantine, Deus te nobis seruet, nostra salus, nostra salus, &c. Et illa ratione id inductum uidetur, quia qui attonito, & terribili splendore uigent, acclamatione debent solita excipi, ne prætereant ut incogniti, ait text. not. in. l. i. C. de quęsto. lib. xii. dicit ibi glo. uiuat talis, ut faciunt Romani de Papa. & ibi Bart. not. licet ibi. t. generaliter in his qui in administratione publicorū officiorum, se bene gesserunt loquatur
2 sic in. l. iii. C. de offic. Rect. Prouin. † ibi, iustissimos, & uigilantissimos Iudices, publicis acclamationibus collaudandi damus potestatem, ut honoris eius auctiores proferamus processus, & e contrario, iniustos, & maleficos, querelarū uocibus accusandi &c. & per. d. l. iustissimos, notat Bal. in aucten. habita. C. ne filius
3 pro patre. iii. col. ii. not. Sicq; in Veteri Testamento, alias Saul † & Dauid. præcinebāt ludentes, & dicebāt, percussit Saul mille
4 & Dauid decem millia. i. Reg. cap. xviii. B. &. xxi. D. † Sic præcepit Dauid, ut cū fieret Rex Salomon filius suus super Israel, canerent illi Buccina, & dicerent, uiuat Rex Salomon, ut legitur iii. Reg. cap. i. Et ibidem Bersabe ad Dauid dicebat, uiuat Dominus meus Rex Dauid in ęternum. Sic uiri Chaldei cum accusauerunt Iudęos, Sidrach, Misach, & Abdenego, non adorantes Statuam Regis Nabuchdonosor, dixerunt ei, Rex in ęternum uiue, ut legitur Daniel. iii. cap. B. licet hæc ibi salutatiue stent.

OCTVAGESIMA QVINTA QVESTIO.

1 *An equitando solenniter, magis debeat Mulam, uel Equum Imperator equitare.*
2 *Mulam Salomon equitauit cum Rex fuit electus.*
3 *Salomonis multitudo equorum.*

1 OCTVAGESIMO QVINTO quero,† an equitando, magis debeat Mulam, uel Equum equitare Imperator, prout facit Papa, cum in solẽni, & Regali habitu incedit. Vulgus ignarum credit ꝙ Mulę sint proprie Prælatorũ, & Sacerdotum, Equi Principum laicorum, ut experientia uidetur docere, facit Rub.C.de equestri dignit.cum nigro lib.xii.& rubr, & nigr.in.c.nulli licere in fren.equest.lib.xi.&.l.i.C.de Stratoribus lib.xii.ibi, equis.&.l.i.C.de Tractoriis, & statuis lib.xii. ibi animalia, atq; equos, sacro usui necessarios.& ibi glo. Rubr. in princ.&.l.non uidetur.C.de mun.patr.lib.x.ibi equos curiales alere cum glo.&.l.licet.C. de Spectaculis lib. xi. ibi equos
2 quos, uel serenitas nostra. † Sed tamen in Veteri Testamẽto legitur, ꝙ cum Dauid uellet Salomonem filium suum in Regem Israel inungi, iussit, ut imponeretur per seruos suos super Mulam suam, & duci per Hyerusalem, ut sederet super Solium suũ, ut est.iii.Reg.capit.i.E. & sic Mula ibi propria pro Regalibus
3 insigniis denotari uidetur potius, q̃ Equus.† Licet & postea als Salomon Rex bene haberet quadraginta millia presepia Equorum Curilium, & duodecimmillia equestrium, ut legitur. iii. Reg.cap.iiii.C.Sed hodie pro libito uoluntatis utrisq; utuntur Principes utriusq; ordinis, præcipue cum recreationis gratia equitant. Et colligitur, ꝙ & olim Imperator utrumq; genus habebat in.l.i.C.ne rustican.ad ull.obseq.deuo. libr.xi.ibi mularum fiscalium, uel equorum ministerium.

OCTVAGESIMA SEPTIMA QVESTIO.

1 *An Imperatoris appelletur Palatium prout Papæ.*
2 *Priuatorum, domus dicuntur & ædes.*
3 *Palatium Imperatoris Romæ erat.*
4 *Referendarii Sacri Palatii Imperatoris.*

Palatium

5 *Palatium, Imperatoris per excellentiam dicitur.*
6 *Palatii, & Praetorii differentia.*
7 *Palatium Apostolicum Perusiae incensum.*
8 *Auditorium quid.*
9 *Palatium Comitis, & aliorum Magnatorum etiam, quandoque.*
10 *Domus Episcopalis dicitur.*
11 *Dominica domus Imperatoris, & Augustae quandoque.*
12 *Basilica Imperialis.*

1 OCTVAGESIMO SEXTO Quero, † an Imperatoris appellet Palatiũ ꝓut Papae.iuxta clem.i. de iudi. ibi Palatio Papali.& ibi gl.aduertit, ꝙ alias dicitur Aula. cum simi.& an sacrum? Breuiter respondetur ꝙ sic, bonus tex.in.l.unica.C.de Palatiis.lib.xii. Ibi consecratae nobis aedes, Id est inclyta Palatia.tex.in.l.ii.C.de primic.libr. x. post principium. Ibi Sacrum Palatium,& rubr.& nigr.C.de Comit.& Archi. Sacri Palatii.& in Rubr.C.de priuileg. eorum, qui in Sacro Palatio militant, eodem libr.& in.l.hac, post medium.C.de diuers. offi. eod.lib. Ibi, siue in hoc Sacro Palatio nostro.in.l.i.C.de Silen-
2 tiariis.eodem lib.ibi Decuriones nostri Palatii. † Priuatorum autem Domus, & ędes dicuntur, ut in.l.Paulus.C.de off.Recto. Prouin.in princ.& in.d.l.unica.C.de Palatiis.lib.xi. &.l. ii.C. de.ll.Ibi Sacri nostri Palatii Procerum; & in Procemio Instit.§. cũqꝫ hoc.ibi exquestori Sacri nostri Palatii. & de iure.ff. tex.not.in.l.antiqui .§. sed & tres.ff.si pars hęred.pet.Ibi Elius scribit se uidisse in Palatio liberam mulierem &c.& textus not. in.l.qui ex concubinis.ff.de re milita. Ibi qui excubias Palatii
3 deseruerit, Capite punitur cum glos. † Ideo Constantinus cum Vrbem Romam Ecclesiae donauit in capit. Constantinus. xcvi. distinct.ante fin.dixit. Tam Palatium nostrum, q̃ Romam Vrbem,& de Palatio Principis,&.i.&.ii.uelo eius, Id est Camera uel hostio, meminit tex.in.c.Guilisarius.in princ.xxiii.q.iiii.& tex.not.in.l.quicunqꝫ.C.de oper.pub.Dicit, ꝙ Palatium Imperii priuatorum non parietibus coarctandum,& per illum text. not. glo.in.c.nulla.xii.q.i.& cum illa glos.Mart.Laud. in Tractatu de Princip.not.cclxix.Palatium, ut dixi infra, inter reseruata. Imperat.q.cx.casu.lxx.Et est tex.in.c.cõuenior.i.col.ante finem. xxiii.q.ultima. Vbi Ambrosius dicit, cum ad Palatium Imperatoris iret, libẽter si hoc cõgrueret Sacerdotis officio &c.† Et Re-
4 ferendarii Sacri Palatii, etiam apud Imperatorem rubr. & nig.

in aucten.de Referend.Sacri Pala.l.eos.C.de excu.mun.libr.x. ibi Palatio nostro .in.l.litibus, in fine.C.de agric.& censi. libro xi.Ibi in intimo Consistorio Palatii Iustiniani.&.l.unica.C.de castren.om.palat.pecul.eod.lib.Ibi Palatio nostro. & in.l.i. C. de uet.iur.enucl.§.his itaq;.Ibi in nostrum Palatium introdu/ ctis.&.c.vi.xvi.distinct.Ibi exequente piissimo Principe Con/
5 stantino intra Palatium suum. † Notandum tamen est, q; licet Palatium per excellentiam de Palatio Imperatoris pro materia nostra intelligendum uideatur, argu.prædictorum.&.§.sed quo ties, Instit.de iure natu.cum similibus. Tamen in Iure, sacra Pa latia etiam specialiter dicuntur omnia, que in Ciuitatibus sunt publica pro Præsidibus Prouinciarum, & Rectoribus earum, ut
6 est tex.not.in.l.nulli.C.de offi.Rect.Prouin. † Et ibi not. dif/ ferentia Palatii, & Prætorii, & de usu utriusq;, et q; nulli Iudi/ cum relictis Palatiis priuatorum, domos habitent, et ibi notan/
7 ter de ratione. † Quę lex Perusiæ patriæ meæ, nunc male serua/ tur, eo quia Annis præteritis. M. D. XXX V. de Mensę Nouembris, in Die ingressus Dominorum de Balleonibus in/
8 censum fuit Palatium Apostolicum. † Et auditorium præfect. prætor.alias Palatium exponit, glos.in.l.lecta.ff. si cert. peta.et ibi Albe.Ang.Ias.et in titu. quæ sint regal.in usibus feudo.Ibi
9 Palatia, in ciuitatibus. † Palatium Comitis in tit.de pace tenē. et eius uiolat.in usibus feudo.in uersicu.quinto ac Palatium, et ibi Bal.Cardi.in clem.unica.de Baptismo.in princ.post Stepha. notat per.d.c.conuenior, q; Palatium est imperatorum, Princi/
10 pum, Regum, et Magnatorū, licet quandoq; confundantur, † Et predia Domus nostræ, appellat quandoq; Imperator, ut in.l.fin. in princ.C.de locat.predio.ciuil.lib.xi.et ad Diuinam nostram Domum.in.l.ii.C.quibus mune.lib.x.et in Rub.C.de priuileg. Domus August.uel rei priuatę lib.xi.sacras nostras Domos.in §.si uero quisq;.in aucten.ut omnes obed.iud.col.v. et in inscri/ ptione.l.bene a Zenone.C.de quadrien.præscriptio.Dñica Do/ mus Principis, et Dominica Domus Serenissimæ Augustæ uo/
11 catur, et.§.fin.Insti.de usucap. † Alias Basilica Imperialis.§.fin.
12 in aucté.de Iudicibus, dicit ibi gl.i. in lateranensi Palatio, † Et alias domus Episcopalis dicitur in.c.ubi periculum.§.porro, de elect.in.vi.ante fi.Ibi in domo Episcopali, etc.

OCTVAGESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

1 *An imperii Sedes dicatur, prout alias Sedes Apostolica, & sedes etiam aliorum Iudicum in iure dicitur.*

2 *Sedes Præfect. prætor. etiam dicitur.*

1 OCTVAGESIMO SEPTIMO Quero, † an dicatur sedes Imperii, prout alias sedes Apostolica. text. uidetur ꝙ sic in. l. i. in fine. C. de apoch. libro. x. Ibi quam nostra
2 sedes statuerit. † Et facit, quia & Præfecti tantum sedes amplissima dicitur in. l. ii. C. de off. eius qui uic. alie. in princ. &. l. fin. in princi. C. de pen. l. non prius. C. de calumniator. Quanto magis idem admittendum est in ipso Supremo Principe. ll. uulga. &. l. non debet cui licet. ff. de reg. iur. cum similibus. Quæ nota sunt §. filiusfamil. insti. quib. mod. ius patr. potest. soluitur &c. Et ad idem text. in. c. futuram. xii. q. i. Ibi Sedem Imperialem reliquit. & ad præfect. prætor. dicit Imperator in. l. omnes. §. exequutoribus. C. de Episcop. & Cleric. ex sententia tuæ Sedis amplissimæ.

OCTVAGESIMA OCTAVA QVAESTIO.

1 *An Imperator sit Guelphus, uel Gebellinus & cur.*

2 *Guelphi sunt Romani Italici omnes, & Ecclesia.*

3 *Guelphus: & Gebellinus sunt passiones animi.*

4 *Filius potest esse Guebellinus: & si pater Guelphus fuerit.*

5 *Partialitales in Ciuitate: Spasmus: Vermis: & Diabolicum est: & ut arbor scissa.*

6 *Dei populus in Veteri Testamento (ut hodie Guelfi) in dextera parte ornamenta gestabant.*

7 *Dextera pars est dignior, & honorabilior.*

8 *Dignior debet a dextris sedere.*

9 *Honesto uiro non conuenit esse nec Guelphum, nec Gebellinum.*

1 OCTVAGESIMO OCTAVO Quero, † an Imperator sit Guelfus, uel Gebellinus, & cur? In qua materia, quia adest plena declaratio, & de origine istarum factionũ per Bar. in suo Tractatu de Guelfis & Gebellinis eo diligentem

lectorem relegamus, cum de facili & haberi, & uideri possit. & Abb.in.c. Pisanis.de restitu.spol.v.col.in princi. Et Plat na in uita Gregorii noni. Et Oldra.in consil.v.circa.ii.col.in princip.
2 dicit, † ꝙ Romani, & omnes Italici, magis sunt deuoti Ecclesię, & Guelphi omnes. Et quia Imperatores olim quandoq; soliti sunt contra Ecclesiam esse, ut per Bart.d.loco. Ideo Ecclesia cũ remaneat Guelfa, insequẽtes eã, gibellini dicti sunt, & successiue sequẽtes Imperatores, licet de præsenti inuictissimo Imperatore hoc non cadat, sed uerus filius sit.S.M.E.cum quo. Ideo & pro quo regnat, & pugnat Deus Summus, Optimus, Maximus. Ad
3 eius laudẽ, & gloriã. † Et pręclare dixit Bal.in.l.unica.C.ad.l.iul scell.ꝙ Guelphus, & Gebellinus sunt passiones, & partialitates animi, sicut amor, & odium, et ꝙ Ideo secundum rei ueritatem non sunt istæ passiones innatæ, quæ ueniãt a principiis rationis loquendo secundum rationem, quia passiones animi non trahuntur a consanguineis. Vnde idem Bal.in.l.filium.C.de suis &
4 legit.dicebat notanter, † ꝙ filius potest esse Gibellinus, etiam si pater fuerit Guelphus, cum non sint nomina gentis, sed sectæ, uel animi uitia. Et ita sępe nos experientia docet, & refert idem in.l.i.in fin.principii.ff.ꝙ cuiusq; uniuers.nom. Quod Dominus Raynerius in Ciuitate Tuderti, cõsuluit tempore quo Guelphi expulsi recognouerunt dominium Ciuitatis esse Ecclesiæ Romanæ, & an illa recognitio ualuerit, istas partes nos esse licitas,
5 † quia sunt ad æmulationem, de quo tamen latius scribit Bar. in d.Tractatu.iii.q.ii.col.ubi uidendum, bonus tex.in.l.si quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de captiu.Bar.& Docto.in.l.si quis filio.§.si parte.ff.de lega.i.& Bal.in.l.i.in princ.col.i.C.de caduc. tol. Signanter dixit, † ꝙ ubi est partialitas, & diuisio in Ciuita-
6 te, accidit ei eodem modo quo in arbore, si scinderetur per medium, uel præscinderentur eius rami, quia cito desicantur, Vnde ꝙ Ciuitati aduenit Spasmus, & plerunq; inducitur ad necessitatem Tyrannidis, sicut experientia docet. Ac quod quidam Sapiens dicebat, in Ciuitate esse uermem ingressum in caseo. Et patria mea Perusina plenius fidem facit de his, quibus forte Iustus Deus, & Pontifex iste optimus Maxi. Paul. III. quandoq; finem imponet. Et Mart. Laud. ad primum redeundo, in Tractatu de princip.not.cliii.esse, notanter dicit, † ꝙ esse Guelphũ, uel
7 Gebelinum, putat esse Diabolicum, cum omnes simus fratres in Christo, & ad consumptum Reipublicæ tendant per.d.§.in Ciuilibus. † Non omitto tamẽ unum, quod in Veteri Testamento
8 uidetur

uidetur colligi posse.s. Populum Dei, & Israel tunc in dextra parte ornaměta specialiter gestisse, prout & hodie Guelphi obseruare uidentur, ut deprehenditur Exod. xxxv. Cap. C. ibi annulos inaures, annulos, & dextralia. Et facit clarius leuit. Cap. viii. D. Ibi quē cum imolasset Moyses, sumens de sanguine eius, & tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ. Similiter & pedis, & num. cap. xxxi. ante finem. Ibi offerimus in donariis domini singuli, quod in preda auri potuimus inuenire Discelides, & Armillas, annulos, & dextralia &c. Que quidem ornamenta dextræ designare uidětur ex eorum significatione unde, & in lib. Iudith. cap. x. in princi. Induit Sandalia pedibus suis, assumpsitq; dextralia, & lilia, & inaures, &
9 annulos, & omnibus ornaměctis suis ornauit se. † Et illa ratione, hæc dextra pars defendi pōt, quia dignior uidetur, ut colligitur ex his que late cumulauimus in. q. in quo brachio iungatur Imperator supra. q. xxii. Et honorabilior est etiam pars dextra, ut est tex. in. c. solite. de maiorit. & obed. §. hæc autem. et ibi Abb. notat. ii. col. in princ. Licet subdat standum loci consuetudini. et
10 Bal. in. l. decernimus. C. de sac. san. ec. per gl. ibi, † ꝙ dignior de-
11 bet a dextris sedere. † Honesto tamen uiro non conuenit aliqđ dictorū nominū Guelphi, uel Gebellini assumere, nisi ex magna causa, ut notat Bar. in. d. Tractatu. col. ii. ad finem. nu. x. iii. q.

OCTVAGESIMA NONA QVAESTIO.

1 *Cur Aquila sit principaliter in Insigniis Imperatoris, & quando usus origo, & cur Biceps, & cur erecta?*

2 *Aquilæ maxima uis, & honos.*

3 *Aquilæ cur Ioannes Euangelista assimiletur.*

4 *Signum omne est alicuius rei demonstratiuum.*

5 *Aquilam quis primo dicauit Romanis.*

6 *Aquila cur erecta, & eleuata designatur in Armis Imperatoris, & cur biceps & quid olim.*

7 *Imperatoris Signa in Iure sæpe supponuntur, licet non qualia.*

8 *Insignia Imperatoris uictricia dicuntur, & istius Caroli. V. precipue. Carolus. V. Rom. Imperator gloriosus. ibidem.*

9 *Insignia aliorum magistratuum etiam sunt.*

10 *Cæcus non potest pro alio postulare.*

11 *Aquila bicipiti cur hodie Imperator utatur.*

1 OCTVAGESIMO NONO Quęro, † cur Aquila sit principaliter in Insigniis ipsius Imperatoris, & quando eius usus origo, & cur Biceps, & cur Erecta. Circa primū, ratio colligi potest, & respōsio ex his, quę late de Aquila scribit Pli.
2 de naturali Historia lib. x. cap. iii. Nam. s. † cum Aquilæ maximus honos sit, & maxima uis, operetur& & uoler. Cū fora hominum conuentu impleta sint, & eius pennæ mixtas reliquarum Alitum pennas deuorent, negent& (ut Plin. d. loco ad finem testatur unq̄ solam hanc Alitem fulmine exanimatam, & q̄ ideo armigeram Ioui consuetudo iudicauit, Imperator autem armis ornatus, & decoratus præ cæteris esse debet. ut Instit. in proœmio in princ. & eis præest. ut colligitur ex supra dictis in. vi. q. huius Tractatus, et in rubro, & nigro. C. ut armorum usus inscio Principe interdictus sit. lib. xi. l. hostes. ff. de uerb. sig. Ang. Are. in. §. ius autem gentium ii. col. Insti. de Iur. nat. Et quę de bello late scribit. Io. Lup. in Tracta. de liber. eccl. penul. char. i. col. & seq. Igitur &c. Item Aquila Ioui dimicanti contra Gigantes, fulmina ministrauit, hoc fingitur, quia Aquilæ natura nimii est caloris. Hinc ouis quæ parit, admouet Gagatem Lapidem frigidissimum, ne oua quibus incubat, coquat. Huc spectat illud Lu-
3 cani, fœta tepefacta sub alite saxa. † Et ideo in Diuino Iure etiā Ioannes Euangelista Aquilæ assimilatur, & in ea fuit præfiguratus, & repræsentatus. ut Apocalipsis. iiii. capite. Quia sursum ascendit, & alta perscrutatur. ut refert Diuus Hieronymus in ultimo prologo super Math. Et pręuisum Ezechiel. i. capitulo. & Specul. in Lib. Ration. Diuin. offi. prima parte, sub Rubr. de picturis. iiii. col. uersic, Ioannes autem. & lib. vii. sub Rub. de Euā-
4 gelistis. ii. col. † Nam omne signum, est alicuius rei demonstratiuum ut alias notat Bal. in. l. i. C. ut nem. lic. sine iud. auct. & est tex. in. c. signum de cōsecra. dist. ii. Signū. n. est res pręter speciē quam ingerit sensibus aliud aliquid faciens ex se in cognitionē uenire. post Ang. in lib. ii. de doct. christiana. & Bar. in Trac. suo de insigniis, & armis, post principium. Dicit q̄ insignia, & arma inuenta sunt sicut nomina ad recognoscendum. l. ad recognoscendos. C. de ing. manu. l. i. in fin. C. de muta. nom. Et alias dicitur, q̄ Imperator tanq̄ Magnificus, & gloriosus, sicut Aquila distribuit prædam suam, & nō curat in omnibus epulis os apponere. Bal. not. ubi per Ias. in not. q. in. l. qui Romæ. §. Seia. iiii. col.

5 col.post prin.ff.de uerb.obl.& infra dixi.q.xcv.nu.iii. † Circa secundum scribit Plin. in.d.x.lib.cap.iiii.q Romanis Legionibus Aquilam.C.Marius in.ii.Consulatu suo proprie dicauit,& antea etiam erat cum quattuor aliis,Lupis,Minotauris, Equis Apris,quę singulos ordines anteibāt,paucisq ante annis sola in Acie portari ceperat.Reliqua in castris relinquebātur,& q Ma
6 rius in totum ea abdicauit,ut latius ibi per eum. † Et designat in armis ipsius Imperatoris stans ut erecta,& quasi in Maiestate quadam eleuata,tanq̄ in nobiliori actu eius, & ut magis suum uigorem ostendat.ut instruit,in his alias Bart. in Tractatu suo de insigniis & armis.iii.col.in princ.uers.sed dubitatur,licet nihil ibi de Aquila dixerit.Cur autem Bicipitem Aquilam ponat Imperator hodie in suis Insigniis de iure clare adhuc non constat mihi,nisi ut infra in fine huius.q.dicam.Olim unius capitis tantum ponebat.ut ex prędictis patet.Et ego dum essem Bononiæ anno superiore. M. D. XXXVI. ordinarium de sero legens in Iure ciuili,uidi priuilegium Henrici.VI.Imperatoris antiquissimum sub anno. M. C. XCVI. v.Idus Septembris, manu Conradi, in fauorem Dominorum de Cattaneis de Montebellio Bononiēsium,super.d.Castro, & quibusdam aliis. in quo priuilegio erat appēsum Sigillum Imperatoris prædicti cereum,unius Aquilæ non bicipitis,sed unius capitis tantum,in his uerbis circūdatum.Filij hominum iuste iudicate. Aliud itē signum,quo Imperatores antiquitus utebantur in Bullis, et priuilegiis.uide supra.q.xlvii.in fine.Et dicit Bal.in.l.bene a Zenone.C.de quadrię.pręscri.i.lectura,col.fi.in prin.q omnes Cęsares habent de consuetudine in medio quorundam instrumentorum procedentiū de Aula Cęsarea facere certas literas grossas cum certis lineis,et q si illud signum nō inueniretur tale in
7 strumentum esset nullum. † In iure nostro,aliis fit mentio de signis Imperatoris,licet non exprimantur que,qualiaue essent,ut in.l.unica.C.de castren.omni.palat.pecul.libro. xii. Ibi sed nec alieni sint a puluere et labore castrorum,qui signa nostra comitantur.glo.in rub.C.de præposit.lab.lib.x.Et facit rub.et nigr. C.ut nemo priuat.titulos uel uela regia.cum glos.l. penul. ff.ex qui.cau.maio.Ibi milites qui discedere a signis sine periculo nō possunt.l.milites.C.de testam.mili.ibi numeris et signis iugiter inhęrentes in fine.l.Et bonus tex.in.l.fi.C. de his qui non implet.stipend.lib.x.Ibi legione,uel uexillatione militauerunt.et
8 in.l.i.C.de desertor.lib.xii.ibi abeūt a signis.Als Signa uictritia

uocat Imperator a quibus prohibet milites discedere.l. fin.post princ.C.de locat.& ibi Bal.notat in princ.ꝙ signa Imperialia dicuntur uictricia.Et ita sunt præsentis inuictissimi Imperatoris Caroli. V.De quo totum e contra eius ꝙ ibi dixit Baldus,dici potest,& uerificatur.s.ꝙ hodie debet iste Imperator se gloriari de tanta fama, quæ tenet gloriam nominis, & hominis, & iacet sublime,& excelsum eius Imperium,& in Italia,& in sua maiestate,quale multis annis retro non fuit. Alias glo.not.in rubr. C.de Præposit.lab.lib.xii.dicit Constantinum fecisse quoddam signum Bellicum ex auro,& lapidibus preciosis preciosius inter alia signa bellica.fm. Hug. & de his signis fm unum intellectū
9 loqui illum titu.† Et aliorū ēt Magistratuū erāt ꝓpria Insignia, ut passim in Iure deprehenditur,ut in.l.ii.C.ut dignit. ordo seruetur.lib.xii.glo.in.l.ego.ff.de manmis.uind.§. necessitatem.in auct.ut iud.sine quoquo suffrag.ibi deposuerint fasces.l. i. ff.de offi.Proconsl.Leos.§.fi.ff.de fals.l.fin.in prin. C.Repetūd.Erant autem fasces manipuli uirgarū,intra quos stabat securis.ut post Plutar.et Ply.scribit Alcia.i tribus lib.Cod.sup ti.de Cōs.et nō sparg.in.l.i.restituendo illū tex.contra Accur.in.l. Procōsules. ff.de off.Proconsl.Et quilibet Rex,Princeps.et Potentiores(ut experientia liquet)habent propria Insignia. ut uot.Barto.in.d. Trac.in prin.(licet de supradictis nihil ponat)et Insignia Ma
10 gistratus uidēs quis debet reuereri. Vnde est † ꝙ Cęcus utrisq; luminibus orbatus,ꝓ alio postulare nō pōt,quia Insignia Magistratus uidere,et reuereri nō possit.not.in.l.i.§.casum.ff. de
11 postulādo.† Verum Aquila Bicipiti Imperatorē uti hodie multi dicunt,ut deuotet utriusq; Imperii,Romani.s.et Constātinopolitani,olim diuisi dominium,et unitatem. Alias Doctissimus ille Blosius Palladius Romanus.S.D.N.Dignissimus Secretarius de Aquila bicipiti sic argute scripsit.

Picta Biceps Aquila,hinc Oceasum,hinc dum aspicit Ortum:
Alter,ait,nostri est Cęsaris,alter erit.

Alii dicunt,ut denotet ptātem utriusq; Consulis in Imperatorem translatam(qui Aquila utebantur.) De quibus est tex.in.l. ii.§.exactis.ii.ff.de orig.iur. Alii dicunt,et hoc uerius uidetur, et plus placet,ꝙ quia Rex Hispaniæ Aquilā habet in insigniis. sicut et Imperator. Iste autem qui est et Imperator,et Rex Hispaniæ,Aquila bicipiti utitur,utriusq; Imperium, & dignitatem denotans,& quod ideo aliorum Imperatorum,qui Hispanię Reges non fuere, Aquila unius capitis tantum,est. De Insigniis

aliorum

aliorum Magistratuum, dixi supra questione. lxxi. ad finem, ubi uidendum.

NONAGESIMA QVAESTIO.

1 *An vacante Imperio succedat Papa in administratione.*
2 *Papa an habeat plenitudinem potestatis in temporalibus mortuo Imperatore.*
3 *Vicarius Imperij, eo vacante, nullus est sub pœna.*
4 *Vacante Imperio Populus Rom. non succedit.*
5 *Imperium semper durare, nunquam deficere, quomodo intelligi debet.*
6 *Papa quando succedat vacante imperio.*
Vacante Imperio, cur Collegium Electorum non succedit in potestate?
7 *Vacante Sede, regulariter Capitulum succedit.*

1 NONAGESIMO Quero, † an uacante Imperio succedat Papa in administratione. Io. Faber in. §. i. Instit. de adop. in not. q. dicit, quod Papa, uacãte Imperio, potest quicquid Imperator posset, per tex. in clem. pastoralis. §. fin. de re iudic. Ibi nos tam ex superioritate, quam ad Imperatorem nõ est dubium nos habere, quã ex potestate, in qua uacante Imperio Imperatori succedimus, & nihilominus ex illius plenitudinis potestate, quã Christus Rex Regum &c. & per. c. licet ex suscepto, de foro cõpeten. ubi text. hoc presertim tempore quo uacante Imperio ad Iudicem secularem recurrere uequeũt, qui a superioribus in sua Iustitia opprimuntur. & per illum tex. ita simpliciter not. Rom.
2 in not. suo. cccexii. uacãte. & per. d. clem. pastoralis. † Quod Papa habeat plenitudinem potestatis, in temporalibus mortuo Imperatore, not. Iac. Aluarotus in Titu. Episcopum, uel Abbat. in princ. v. col. ad med. pro notab. Inter cæteras prærogatiuas eius, & idem per. d. c. licet. Bal. in. l. fin. C. de quadrien. præscript. in. i. lectura. col. fi. post medium. uers. interdicit. Felyn. in. c. nouit. iii. col. in prin. extra de iudi. & in. d. c. licet. ubi tamen col. fi. Refert ibi Card. negare hoc cõe dictũ omniũ, quod uacante Imperio Papa succedat, quia é turbare iurisdictionẽ Imperialẽ. cõtra. c. nouit. de iud. facit. c. si duobus. §. fi. de app. extra cũ simi. Et quod iõ sit expectãdus Successor, fallit in cã illius literę, ubi oppressi in iniustitia deficiẽte Capite seculari, appellãt ad Papã, Quia cũ appellatio debeat fieri ad Superiorẽ, nõ est tũc alius Superior. Sed quod Moder. fatentur nõ esse, iure expressum, illud commune dictum

DD

2 † quod tamen tenent allegãdo Bar.in.l.i.§.deniq;.ff.de aqu.plu. arcen.(dic tu).i.col.uer.restat dubium.& idem Bar.in.l.naturaliter,col.fin.in princ.ff.de usucap.s.ꝙ uacante Imperio Ecclesia in administratione succedit. Idẽ Bal. in.l.cũ notissimi.§. immo. col.ii.ad fi.uers.eadem ratione.C.de præscript.& Specul. in tit. de compe.iud.adit.x,col.ad fin.uers.xxxi.notat per.d.c. licet.ꝙ uacante Imperio cognoscat Papa,de feudo.& prout etiam alias refert Felyn.in.d.c.licet,in fine.hodie decisum est, in extrauag. Ioann.xxii.incip.Si fratrum.sub tit.ne. sede uacan. ubi in prin. De iure liquidum est,& ab olim inconcusse seruatum,ꝙ uacante Imperio,cum in illo nequeat ad secularem Iudicem haberi recursus,ad Summum Ponti.cui in personam Beati Petri terreni simul.& Cœlestis Imperii Iura Deus ipse commisit,Imperii prædicti iurisdictio,regimen,& dispositio,deuoluũtur et ea,ipse du
3 rante ipsius uacatione Imperii per se,uel alium &c. † Et ibi puniuntur omnes,qui prætenderẽt se Vicarios Imperii,eo uacãte, licet Fely.in.d.c.licet.in fi.dicat disputatiue posse teneri oppositum,& cum dicta extrauag.Idem notat Alex. consil.iiii. ex his quæ,in themate,in princ.Idem supponit Ias.post Bar.in.d.§. deniq; & alios,in.l.Imperium.x.col.ad fi.uersicu.circa aliud. ff.de iur.om.iud.Idem per.d.c.licet,post Inno.ibi, ꝙ uacante Imperio,Papa exercet iurisdictionem,notat & tenet simpliciter Petr. Monte in Tract.de Monar. ad fin.q.iiii. in finalibus uerbis.Et per.d.c.pastoralis,de re iudi.in clem. notauit simpliciter Mart. Laud.in Tract.de Princip.not.xxxiiii.uacante,ꝙ uacante Impe
4 rio,non succedit Populus Rom.sed Papa.† Et in not.lxxi.a iudice,ꝙ a iudice loci potest ad Papam loco Imperatoris appellari uacante Imperio,alias non licet aliis secus,per glos.not. in.c. omnis oppressus.ii.q.xvii.Sed uult stare.ii.q.vi.die,in uerbo Sacerdotẽ.p.d.c.licet.de foro cõp.facit.c.si duobus.§.fi.de app. cũ gl.Idẽ ꝙ Imperio uacãte iurisdictio deuoluat᷑ ad Papã,post Innoc.in.c.licet.de foro cõp.notat.Bal.in sua margarita, in uerbo Imperio.Idẽ(&'ꝙ itaDecretales dicũt,)not.Bal.in.l.executorẽ. xii.col.admed.C.de exec.rei iud.& tenet simpliciter Anr.Sic.in
5 Tract.de pot.& excell.Reg.q.xii.†Et ex prædictis colligi uidetur,ꝙ illud quod solet notari alibi,Imperium semper durare & esse,nunq̃; deficere.post tex.in.§.pen.in aust.quomodo oport. Epis.Ibi nunciare nobis & ad Imperium quod semper est,& per illũ tex.ꝙ Imperium semper sit,licet definat esse eius Gubernator,notat Bal.in tit.de pace const.in.c.priuilegia. in uerbo con

cesserimus,

cesserimus, post medium. uers. unum tamen non omitto in usib. feu. post Odof. &. §. si uero aliqs, in auct. de Quæsto. Ibi ad nos. & ad semper Imperium denunciare. cum similibus. Vt & dixi su pra. q. lxvii. in fi. &. q. lxxii. nu. iii. intelligi debere quo ad hoc, ut unus existat, & succedat per alios, & alter per alterum repręsentatur, & hoc modo semper durat. Ita not. declarat glos. in. l. fi. C. de uete. Numis. pot. lib. xi. Non autem ꝙ illo interim quo alius Imperator creetur, quoad practicã naturaliter, nõ uacet. Vnde ꝙ Papa succedit ut supra & administrat, non autem necesse uidetur expectare futurum successorem, per prædicta, & que alias in simili. not. tradit Bal. in tit. si de inuestitu. inter Dominum, & Vassal. lis oriatur. in princ. ii. col. in usibus feud. uersic. & est argumentũ ꝙ si uacat. Per fictionem autem supra alleg. iura intelliguntur, quia. s. dignitas uacans, sicut hęreditas iacẽs, fungitur uice eius, qui successurus est, sicut hęreditas fungitur loco defuncti, ut notat. pulchre Bal. d. loco. & bonus tex. in. l. mortuo. ff. de fideiussor. cum similibus. & que Bald. in Rubr. ff. iiii. col. in prin. Et licet prędicta conclusio indistincte ut supra, poni per Scribẽ. in dictis locis uideatur, tamen alias simpliciter, D. Ant. Rosell. in Tract. suo de Conciliis. xiiii. car. iii. col. in prin. sub uersic. non
5 obstat. t. declarat. d. c. pastoralis. &. d. c. licet. s. t ꝙ Papa uacante Imperio succedat in iurisdictione Imperiali, quando uacat Imperium, & laici nequeũt recurrere ad Iudicem secularem, & in sua iustitia opprimantur, & his casibus occurrentibus, liceat ad Papam recurrere, Imperio uacante, & non als, & ꝙ ita loquitur tex. in. d. c. licet. Et ideo infert ꝙ si posset haberi copia iudicis secularis idonei, uel laicus in sua iustitia non opprimeretur, non credit ꝙ propter solam uacationem Imperii, recurrat ad Papam, ut latius ibi cum seq. uers. per eum. Sed tamen considerandum est, ꝙ nostra conclusio, &. q. loquitur in his casibus in quibus Imperator ipse, si uiueret, deberet explicare: quo casu cum non sit alia copia Iudicis secularis idoneioris q̃ Papa loco Imperatoris uacantis. Merito consideratio Rosell. non uidetur ad propositum in resolutione præsentis Dubii. Nam cum alius Iudex q̃ Imperator poterat explicare, & ad eum spectabat, non cadit considerare eius respectu, Imperii uacationem. arg. c. ii. in fi. de offi. leg. in. vi. cum simil. &. d. iura supra alleg. generaliter loquentia, Papam uacante Imperio succedere, intelliguntur in his, quę ad administrationem, & expeditionẽ ipsius Imperatoris spectabant, ut ex ipsis constat. Cogitandum tamen uidetur, cur uacante

Imperio, Collegium Electorum eius, non succedit in potestate,
7 & administratione, prout alias in aliis uidetur. † Vt Capitula sede uacante succedant generaliter, in his quæ sunt tam ordinis, q̄ iurisdictionis, & in administratione, tam temporalium, q̄ spiri tualium, iuxta. c. cum olim, cum materia de maio. & obedie. cum simil. & concor. Rot. decisio. cccxi. fuit, in nouis. Feder. de Senis consil. xxx. an Capitulum. & consil. xvi. Capitulum. & consil. xl. super, & late. D. Io. Franc. de Pauinis. in Tractatu de offi. & potesta. cap. sede uacante. i. q. principali. i. parte; Tractata. & quæ per Bar. in. l. ubi absunt. ff. de tuto. & curat. cum simili. quę nota sunt. Nisi respondeas ex his quę tradit pro not. Feli. licet in alio proposito in. d. c. licet, de foro compet. ii. col. ad fin. uers. sede uacante. Hodie tamen in Bulla Caroli. IIII. Roman. Imp. quam supra retuli. viii. q. ad fin. ut ibi posui cap. xxvi. cauetur, q̄d uacāte Imperio, Comes Palatinus Rheni in partibus eius Sueuiæ. & in iure Franconico, ex priuilegio est Prouisor Imperii, cum pote state iudicia exercēdi, ad Bn̄ficia ecclesiastica præsentādi, recolli gendi redditus, & prouentus, inuestiendi de feudis, iuramenta recipiendi, quibusdam exceptis, ut ibi dixi. Non tamen alienat, & q̄ idem ius habet Dux Saxoniæ. In locis aliis ubi Saxonica iura seruantur. ibi uiden. & tetigi infra. q. cx. casu. cccxvii.

NONAGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 *An Imperator sit Iudex in causa propria, & coram quo conueniatur.*
2 *Papa, & Imperator sunt Iudices in causa propria.*
3 *Ea, quæ de Pontifice dicuntur, habent locum in Imperatore,*
Imperator in causa propria, de honestate alteri debet delegare.
4 *Iudex in causa propria est Princeps, non tamen inter non subditos.*
5 *Imperator non est Iudex in causa propria depositionis ob suspitionem.*
Iudex in causa propria non est Princeps, cum est reus.
6 *Imperator si conueniatur, venia pcti debet.*
7 *Papam Imperator recognoscit Superiorem, etiam in temporalibus.*
8 *Imperator hodie conuenitur coram Comite Rheni vno ex Electoribus, & quando.*

1 NONAGESIMO PRIMO Quęro, † an Imperator sit Iudex in causa propria, & coram quo conueniatur. Regula als uidetur, q̄ nemo iudex est in causa propria. rubr. & nigr.

nigr.C.ne quis in sua causa.l.nullus.C.de Iude.cap.i.iiii.q.iiii cum simili.In Imperatore tamen dicta Regula fallit, quia ipse est iudex etiam in causa propria, ut tradunt Scribent.in locis de quibus infra, per.l.proxime.ff.de his quę in test.del.l.& hoc Tiberius.ff.de hęred.inst.Mar.Laud.in Tract.de Princ.not.cviii. Papa, uel Imperator, facit.t.in.c.Guilisarius. xxiii.q. iiii. Alex. in.l.est receptum.ff.de iur.om.iud.post princip.& ibi Ias. ii.col. uers.intellige tamen.Bal.in.l.ii.C.de senten.quæ sine cer.quant. ante finē.& in Papa, & Imperatore in not.q.Card. Iacob.in suo Tractatu nouo de Concilio.libr.iii.articulo.i.fac.cxxxii.col.i. Et late Fely. in.c.cum uenissent.iii.col.extra de iud.uersicu.sed istis non obstātibus, post Bar.in.l.si alius.§. Bellissime. ff. quod ui aut clam.Et.D.Deci.in.d.c.cū uenissent.iii.col.in princ.post Abb.ampliare uidetur, siue sit causa patrimonii, siue delicti, ut ibi per eum, cum quibusdam tamen limitationibus.s. in quibusdam casibus, licet in Papa loquatur. Quæ tamen pari ratione in
3 Imperatore militare uidentur, † quoniam omnia quæ dicuntur de Pontifice, habent locum in Imperatore in temporalibus, ut not.Bald.in.l.rescripta.C.de preci.Imper.offer.col. ii. & Decy. cons.dlxxxviii.uiso puncto col.i.Et cum dicta Regula glo.Bal. & Scriben.in.d.c.cum uenissent.late.D.Decy.consil. ccclx.perscrutatis omnibus.col.fin.in princ.libr.ii.& facit quod habetur Hyeremi.xxix.Cap.F.ibi, Ego sum Index & Testis dicit Dominus, iunctis supradictis late in.ii.q.post Auten.habita.C.ne filius pro patre, ibi, nobis eius ministris.Et rubr.& nigr. C.ubi cauſ.fiscal.&.l.ad fiscum. Et Papam, & Imperatorem posse esse Iudices in causa propria, notat Abb.in.c.cum dilecta, de confir. util.uel inutil.col.pen.nu.xix.Et illa principalis ratio uidetur, ob defectum.s.Superioris, ut per Abb.in.d.c.cum uenissent.iii. col.ante fi.&.c.licet, de elect.Quę ratio etiam in Imperatore cadit, principaliter & immediate cōsiderādo, & bonus text. ultra d.l.proxime, &.d.l.& hoc Tyberius.in.l.qui duos, in fine. ff.de coniung.cum emanc.liber.Ibi sicut etiam Imperator Anton. in persona nepotis ex filia, rescripsit.Et Anton.de Rosell.in Trac. de Concil.char.lxxxi.iiii. Vol.Tract.sub.§.modo.uers.præterea. dicit Pro secularibus causis Imperatorem Iudicem esse in causa ꝓpria, uel eius Procuratorē fisci, put si est causa fiscalis, uel Cęsaris, si est causa patrimonii.l.ad fiscum.C.ubi cauſ. fiscal. Et ꝙ non Concilium (nisi esset causa fidei, uel peccati, uel alia causa,
4 qua quilibet Concilio subesset).† Inter alias declarationes est,

ꝙ licet non de necessitate, tamen de honestate, in causa propria debet Princeps alteri delegare, ita refert, & tenet Decy.in.d.iii. col.in princ.post Abb.ibi, & bonum tex.in.c.nos si incompeten-ter.ii.q.vii.in princ.referēs ꝙ ita alis fecerunt multi Pontifices, Damasus, Systus, Leo, Petrus Apostolus, & Gregorius, ut ibi late per eum, & bona gl.in.l.bene a Zenone.C.de quadrien.pręscript.in uerbo iussione.& est bonus tex.in.c.i.ut Eccles.benef. in prin.ibi, quia uero hæc allegatio, personam nostram tangere uidebatur &c.ne quis quomodolibet suspicetur, ut dignum du-
4 ximus causam commisisse &c. † Item notanter, & utiliter de-claratur dicta Regula, ꝙ Princeps est Iudex in causa propria, ut uera sit, & ꝓcedat, quoad Subiectos, & sibi Subditos, nō quo ad alios. Ita notanter Fely.limitat, in.d.c.cum uenissent.iii.col.i. limit.post Hosti.in.c.seq.ibi nouit.& Abb.ibidem col.x.uersic. & hoc notanter intellige.& testatur Fely.ita uidisse iudicatum, & addo quod idem cum Abb.Hostien.& Io.And.pro not.tenet Alex.in.d.l.est receptum, Subdens ꝙ ita alias de facto dixit, al-legando dictam decisionem, quam etiam pro singulari ibi refert & commendat Ias. Et posset probari multis similibus, & præci-pue ex his, quæ scribit late, licet in alio proposito, D.Decy.in.c. quę in ecclesiarum.de constit.col.x.in princ.uers.iii.& in consil. ccccvii.pen.col.post med.post Cons.not.Paul.de Castr.Et cum Abb.Alex.& Hosti.Anto.Sicul.scribit in Trac.de potest.Reg.
5 q.xlv.col.ii. † Limitatur & ultimo, pro nunc.d.conclusio secū-dum quosdam, quando Princeps esset reus, ꝙ tunc.s.nō sit iudex in causa propria, prout late refert post Abb.Fely.in.d.c.cum ue-nissent.d.iii.col.ii.limitatione, præcipue post tex.singu.& Abb. in.c.i.de probation.contra quam limitationem Areti.ibi insur-git, & cum eius impugnatione tenet Felyn.in.d.ii. limitatione, dicens eam ueram, contra Abb.D.Decy.in.d.c.i.de probation. iiii.col.ad finem, & seq.iii.not. conatur primo respondere ratio-nibus Aret.& Fely.cum eo, ultimo loco, comprobās opinionem Aret.Concludit opin.Abb.posse saluari, ut locum habeat in ar-duis, secundum Areti.etiam ibidem, suadente æquitate, cum non sit uerisimile quem iudicaturum contra se, ubi ageretur de statu, uel de maiore parte Regni sui, super quibus pro nunc.co-gitandū relinquo. Tangit Fely.in.d.c.i.de probation.iiii.col.in
5 prin.ii.notabili. † Itē uidetur limitanda Regula, ꝙ sit iudex Prin ceps in causa propria, nisi esset suspectus in principali, puta in cā depositionis, quando esset deponendus, uel non uerus esset Im-

perator.

perator. Nam tunc esset suspectus in declarando iurisditionem suam, ut not. alias in Papa. d. l. proxime, declarat in nota. q. congregandi Cõcilii. Dictus Card. Iacob. in. d. loco. fac. clxiii. col.
6 i. uersicu. nec obstat. † Notandum tamen est, quod quando Imperator conuenitur, prius uenia impetrari debet, ita not. dixit Mart. Laud. in Trac. de princip. not. clxxxvii. Papa uel Imperator, per glo. in. l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscript. & addo quod. d. glos. in uerbo iussione singul. dixit Rom. in not. suo. ix. incipiẽ. an si priuatus, licet in Fisco cũ conuenitur, loquãtur, & ad Rom. plena additio post Gemin. Bald. And. Sicul. & Zabarell. eadem tamen ratio est per. d. l. bene, post prin. Ibi cum omnia Principis: Et in Principe, per illam glo. expresse notat Fely. in. c. i. iii. col. ad fin. vi. declaratione. extra de probatio. & Bal. met. pro not. in d. l. bene. in. ii. lectura, ut & dixi infra. q. cx. casu. cclxxvii. inter
7 reseruata, Principi. † Ad unum circa predictam conclusionem primã cauendũ est, quia cum Imperator hodie recognoscat Superiorem. s. Papam, etiam in temporalibus secundum communẽ, ut supra late. q. l. ratio Docto. & Abb. supra, uidetur minus tuta, cum qui recognoscit Superiorem, nõ sit Iudex in causa propria, ll. uulg. nisi respõdeamus nõ cognoscere, seu non habere ordinarie r̃gulariter de facili immediate, & ut supra ẽt tenet Bal. in tit.
8 de inuesti. in maritũ facta. ii. col. in. usib. feud. † Itẽ iã dictis addo, quod in Bulla quadã aurea Carol. IIII. Ro. Impe. relata supra in. q. viii. ad finẽ. cauetur, quod Imperator, seu Rex Rom. super causis. In quibus impetitus fuerit ex consuetudine etiam, habet respondere coram Comite Palatino Rheni, Electore uno, præsente tamen Curiæ Imperatoris, non alibi, ut supra dicto loco. retuli, Cap. xxvii.

NONAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 *Quis erit Iudex inter Papam, & Imperatorem litigantes?*
2 *Papa est Iudex in causa propria.*
3 *Papa non potest se submittere Iudici Seculari.*
4 *Papa si ut priuatus in proprio patrimonio causam haberet, quis esset Iudex in ea.*

1 NONAGESIMO SECVNDO Quero, † quis erit Iudex inter Papam, & Imperatorem litigantes, Anto. de Rosell. in Tracta. de potest. Papæ. xiii. car. ii. col. in. §. ex his mouet hanc. q. & respondet, quod si litigiũ est de spirituali materia,

uel de temporali in consequentiam ueniente ad ipsa spiritualia, uel ad eorũ finem, uel de materia concernente peccatum, uel aliquid aliud quod sit de Ecclesiæ iudicio, & tunc solus est Iudex Pontifex, etiam in utroq; Foro, nisi Papa alteri delegaret, uel esset reus conuentus Papa. Si uero est litigium de re mere temporali, non ueniente ad finem, uel in consequentiam spiritualium, & tunc si esset in patrimonio Beati Petri, in quo Papa habet plenissimam Principis potestatem. c. per uenerabilem. uersic. id autem. Qui filii sint legitimi, & adhuc ipse Põtifex erit Iudex, stãte iuramento Imperatoris solito, de non exercendo aliquam iurisdictionem in dicto patrimonio. Alias ipse idem Ant. car. xvi. eodem lib. i. col. §. septimæ rationi ad finem. & seq. in princ. tenet ipsum Imperatorem in. d. rebus Iudicem esse, ut ibi late per eum. Sed tamen considerandum est, quia resolutio sua, ibi procedere posset, si teneremus opi. eius alias, Imperatorem. s. in temporalibus ab Ecclesia non dependere, Papamq; utrumq; gladium non habere, etiam nec sola potentia, & iurisdictione, prout ipse Dominus Ant. uidetur, & cum aliqua forte animi passione, tenuisse, ut
8 supra uidimus late. q. I. † Sed quia cõmunis sententia est in contrarium, per ea, quę supra dicto loco late cumulauimus, & retulimus, ex his uidetur inferri debere, q; cum Papa sit Iudex in cã propria etiam, ut in. c. Guilisarius. xxiii. q. iiii. Et Scribẽtes omnes in locis supra alleg. in præcedẽti. q. & Imperator subsit Papæ etiam respectu utriusq; gladii, secundum communem opi. de qua in. d. q. I. erit etiam in causa quam haberet cum ipso Imperatore, & sic uidetur seruari, in Clemen. unica. de iureiur. ubi Papa pronunciat in causa sua, & Imperii. & in. c. ad Apostolicæ, de re iud. in. vi. facit. c. nemo, &. c. cuncta per mundum. ix. q. iii. præcipue in. d. c. nemo, ubi tex. nemo iudicabit primam sedẽ, neq; eñ ab Augusto, neq; ab omni Clero, neq; a Regibus, neq; a populo, Iudex iudicabitur. Et facit. c. nos si incõpetẽter, in prin. ii. q. vii. iuncta inscriptione, ubi, ex humilitate, Ludouico Imperatori Pa
9 pa Leo, se committit emendãdum eius iudicio, † ergo non tenetur de iure, Immo de magis communi opin. esse uidetur, q; Papa non potest se submittere Iudici Seculari, ut per Alex. & Iaso. in d. l. est receptum. ff. de iur. om. iud. et testatur nouissime. D. Decy. in. c. ecclesia. S. M. ix. col. de constit. licet in puncto iuris multa dici possent, ut ibi per eum, & not. Rom. not. cxliii. lex est receptum. Et Moderni in Tractatu de beneficio. viii. q. iii. partis. iiii. col. in princ. post. xxvii. casum. Ex quibus contra Ant. Rosel. uidetur

detur inferri.f.ꝙ si sit lis inter Papam,& Imperatorē, Papa ipse sit Iudex,per supra alleg.bene considerando, cogitandum relin-quo sanioribus. Et in hac.q.ego do bonum tex.in tit.de prohi-bitio.feud.alien.per Feder.in usibus feud.§.fin.ibi.Si uero inter Dominum,& Vassallum lis oriatur, per Pares Curiæ a Domino sub fidelitatis debito coniuratos terminetur,iunctis his,quę su-pra diximus.q.l.&.q.xxxvi.Et quæ Decisio Neapol.cclxv.Illu-strissime col. iiii. xiii. Fallen. ꝙ Rex habet merum Imperium, & ordin.iurisdit.In Vassallis suis,& tenētur stare iuri corā eo, & suis Officialibus, nec alibi uolētes possunt conueniri sine li-centiaDomini,post Specul.And. de Isern.,& Bald.ubi ibi.con-siderando.f.ꝙ Imperator quodāmodo Vassallus Papæ dicitur,
4 ut supra. d. qq.dixi. † Et prædicta etiam procedere uidentur, quando ut Papa,& tanq̄ Pontifex causam haberet cum Impera tore,secus autem si ut priuatus homo in bonis forte patrimonia libus ipsius Papæ,quia tunc seruari forte deberent Regulæ Iu-ris inter priuatos,considerando quæ supra in præcedenti. q. di-cta sunt,iuncta.l.iii.ff.de offi.Præsid.in princ.Ibi nam.si excesse rit priuatus est,licet argumentum contra in ipso Principe,Sum-mo Pontifice,Domino Vniuersi in ratione l.bene a Zenone.C. de quadrien.pręscript.post princi. Ibi sed a priuata eorum sub-stantia procedunt,& satis irrationabile est,quæ enim differen-tia introducitur. Cum omnia Principis esse intelligantur , siue ex sua substantia &c,Et Abb.in.c.cum dilecta,col.pen.nu. xix: extra de cōfirma.util.uel inut.p.d.l.proxime,&.d.l.& hoc Ty-berius notat,& tenet,Papam etiā in patrimonialibus(nedum in causa Ecclesię)Iudicem esse,& latius glo.& Abb.,& ꝙ idem ea-dem ratione in Imperatore,in.c.cum uenissent,extra de iud. iii. col.ubi latius uidendum.

NONAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

1 *An Imperatore cassato,& priuato ex aliqua iusta causa,eius. ll. cassentur, ut firmæ non remaneant.*

Papa allegat.ll.Imperatoris cassati,quandoq; ut Federici.

2 *Leges sunt æternæ,& perpetuæ.*

3 *Intellectus.c.translato de constitut.*

Regulæ Cancellariæ an morte condentis expirent,& ligent extra Curiam.

Rex nouus, & noua Lex quomodo intelligatur.

4 *Imperator si ut Tyrannus, vel non legitime electus depositus sit. eius leges cassan tur, & non valent.*

5 *Gratiæ, & Priuilegia an expirent morte Imperatoris.*

6 *Reges in Veteri Testamento noui, innouabant. ll. & Regnum.*

1 NONAGESIMO TERTIO Quæro, † an Impe ratore cassato & priuato, ex aliqua iusta causa, eius. ll. cas sentur, & aboleantur, ut firmæ non remaneant, Argumentum quod sic, in. c. trãslato, de Constit. Et dici solet abolito Titulo Regis, aboletur uigor suæ. l. Et nouus Rex, noua Lex. In contrarium tñ uř ueritas, quia licet Imperator sit Imperio priuatus, (uti Federicus fuit) tamen quas. ll. fecit, firmæ remanent, nisi per successorem cassentur. Ita Bal. & Abb. in terminis notant, per illum text. in. l. ii. ff. de orig. iur. in. §. exactis. el. i. & idem And. Sicul. in. d. c. translato, col. ii. & iii. & ibidem Fely. in princip. per bonum tex. in. c. ut inquisitionis, de Hæretic. in. vi. Vbi Papa allegat Leges Federici Imperatoris aboliti, tunc, ut ibi. ll. quasdam per Federicum olim Ro. Imperatorē, tunc in deuotione Ro. Eccl. persistentem promulgatas, licet posset dici, quod ibi de nouo specialiter approbet Papa ibi, Approbantes & obseruari uolentes, & tangit hanc. q. Bal. in. c. i. §. fi. de pac. constan. in glo. magna ad medium exemplificans in Federico, & aliqua bona iura per Fely. d. loco, in princip. post Car. & Abb. Et addo bonum tex. in. l. final. C. de diuers. prędiis, libro. x. ibi in hac in perpetuum ualitura. l. ii. C.

2 de Præposi. Sac. Cubic. † Ibi hac æterna. l. lib. xii. l. his qui. C. qui milit. nō poss. eo. libr. ante fi. Ibi in hāc perpetuo conseruandam. l. cum similibus. facit Regula. l. falso. C. de diuers. rescript. Ibi ea quæ ad ius rescribuntur, perennia esse debent, &. §. illud. in auctent. Constitut. quæ de dignitat. Ibi, quoniam omne bonum quod siue a Deo acquiritur hominibus, siue ab Imperio sequēte Deum, decet esse mansurum, & omnis malitiæ, ac diminutionis extraneum, &. l. ii. C. ubi quis de Curial. ibi hac perpetua. l. sancimus. §. fin. in auct. Constitutio quæ de dignit. Ibi uolumus in perpetuum splendere, quæ nobis uisa sunt, & in tit. de pace tenē. & iuram. firm. in prin. in usib. feud. ibi hac ędictali. l. in ppetuũ ualitura. & in. l. fin. in princip. C. de iudi. Ibi hac ualitura in omne æuum lege, & in auct. ut diuinæ iussiones, in fin. ibi legē perpetuũ ualituram, & in. §. fin. in auct. ut litigant, & in. §. fi. in auct. de ecclesiastic. tit. ibi in perpetuum, & in. §. fin. in auct. de colla

tor.

tor.& in.§.fin.in Auct.de Sanct.Episc.ibi in perpetuum.l.fin.in fin.C.de prediis tamiacis.libro.xi.ibi perpetuæ constitutionis, & in extrauag.ad reprimendum,post princ.ibi hac perpetuo ua/litura.l.sancimus,& alibi sæpe simil.in.l.fi.C. q cum eo,in prin. ibi,igitur in perpetuum hac edictali.l.sancimus.&.c.i.de prohi/bit.feud.alien.per Feder.post princip.ibi et perpetuo ualitura.l. & nocab.tex.in.l.ii.C.de Veter.iur.enucl.§. omni,igitur,ibi,Et non tantũ nostro,sed etiam omni æuo tam instanti,q posteriori. ll.optimas ponere,& in.§.antepenul.ead.ii.ibi.leges nostras,in/fra omne æuum ualituras posuimus &c.& bon tex.in.l.milites. C.de testam.milit.ibi,sicut licuit, ac semper licebit. & in proœ/mio.ff.in prin. ibi quas & æternas fieri optamus,& in.l.fin.C.de Domest.& Protecto.lib.xii.Ibi lege pragmatica,sine fine uictu/ra,licet ibi & pragmatica esset,quæ maior est.iuxta not.in.l.iu/bemus uullam,in uerbo Annotatio.C.de sacr.sanct.eccl. & glo. in auct.qua in priouincia.C.ubi de crimi.in uerbo excipitur.& bon.tex.in.§.fin.ad fin.Instit.de success.liber.Ibi in perpetuum
2 deberi censuimus. † Non obstant allegata in contrarium, quia d.c.translato.dicit legis translatio fiat,nõ ergo Correctio.Item ibi substantia mutabatur,secundum alium intellectũ, & in aliis Terminis loquitur.Et illud dictum,Nouus Rex,noua Lex,in/telligitur si mutetur,ut Moderni scribunt in.d.§.exactis.i.nota bili post And.Sicul.consi.iiii.col.vi.in primo Volu. & allegant bonum text.in.d.l.ii.§.nouissime.ff.de orig.iur.cum simili. Vbi licet Populus Rom.transtulerit omne Regnum suum in Princi/pem,nõ tamen fuerũt abolitæ,nec sublatæ.ll.aut Plebiscita &c. & ita tenendũ uidetur,& facit.l.normam.C.de offi.Præfect.præ tor.orien. alias formam, & quæ infra dixi in fine huius. q. fm
3 etiam Ius Diuinũ Veteris testamenti olim. † Si tamen Impera/tor faceret Regulas Cancellariæ, ut Papa facit, an morte eius, uel depositione cessarent,dicendum est,ut de illis Papæ, de quo per Franc.Pauin.in prælud.ad extrauag.Io.xxii.col.ii.Felyn.in c.ii.col.pen.de rescrip.post Petr.de Anch.cum quo Deci simpli/citer tenet in consilio suo.ccxxiiii.in casu proposito,& in.l.i. ff. si cert.pet.col.iiii.ii.lectura,& ibi Moder.ubi etiam dixi legen/do Romæ Anno præterito,& nouissime tangit & late examinat etiam an Regulæ Cancell.Rome ligent omnes,etiam extra Cu/riam?Reuer.Pater. D. Lud.Gomes Episcopus Sarneñ. in suis Commentariis in Regulas Cancellariæ,in princi.ii. q. ubi post multa ad partes,concludit q sic regulariter,ubi uidẽdum est co/

piosissime: Idemq; ꝙ omnes Regulę Cancellariæ, Sede uacante expirant, in.d.lib.in Regula de impetr.benefi.uac.per obit. fa mil.Card.q.xx.& in Regula de annali.q.lix.& in Regula de in
4 firm.resig.q. xxxii.num.v.post Dom.consi.xciii.† Limita tamē nisi priuaretur, quia Tyrannus erat, uel non legitime electus Im perator, quia tunc deficiet fundamentum, & ius facultatis conc den.merito &c, ut declarat Fely.in.d.c.translato, in princip. per tex.& glo. in.l.decernimus.C.de sac.sanc.eccl.& glo.Bal.not. in.d.c.i.§.fin.depac.constan.post med.& Imperator mer cassat omnia Tyrannice facta, ut per.d.l.decernimus.notat alias in no ta.q.Lauren.Calc.consil.li.licet col.ii.in princip.& not.tex.in.c. Fraternitatis, de Hęretic, extra, qui dicit quomodo poterunt illa Capitula recipi, quorum damnantur Authores, quem.d.loco Fe ly.intelligere uidetur, quando tempore conditæ.l. defectus in condente.l.erat,& tunc iam damnatus,& idem uidetur ibi Abb. sentire.ii.not.in.d.c.fraternitatis.Sed uere ille tex.& glo.gene raliter loqui uidentur, & ratio eius, precipue ne sit de indubita bili. Et ideo uidetur aliquantulum obstare.d. conclusioni Bald. supra Fely,& Moder. Nisi dicas speciale in heresis odium, qua illi fuerant damnati, sed replicari potest per tex.in.c.ad Aposto licę, de re iud.in.vi.uersic.de Hęresi, ubi Feder. de Hęresi etiam fuit damnatus, & tamen eius.ll.bonas approbat tex.in.d.c.ut in quisitionis, in princ.de Hęreticis, in.vi.nisi respondeas, ꝙ ibi ex nunc ualent, non ex tunc, & tanq̄ confirmate, alias inualide, non ualide sine approbatione illa, iuxta not.per Scrib.in.l.& quia.ff. de iur.om.iud.cum simil.Sed non uidetur discedeñ.ab opi. Bal.
5 Abb.Fely.& Aliorum, ubi supra. † Quid autem in aliis gratiis, & priuilegiis ab Imperatore concessis, an eius morte expirent,
6 uide infra.q.cxv.† Insuper scribit Io.Vgo in lib. Quadruuii ec clesiæ, car.li.§, ulterius.ꝙ etiam olim.l.Diuina, in Veteri testa mento fiebat innouatio Legis, & Regni, quando Nouus Rex eli gebatur, electo enim Saul, Regnum innouauit.i.Reg.cap.xi.ad fin.per Samuelem, sic & Dauid.ii.Reg.cap.v.sic Rex Iosias inno uauit Regnum,&.ll.cum Sacerdotibus, Leuitis,& Prophetis, & cum Senioribus Populi, ut.iiii.Reg.capit.xxiii.&. ii. Paralipp, xxxiiii.Sic & Esdras post captiuitatem Babylonicam, Regnum & Legem innouauit, ut Neemiæ. viii. Vnde quæ non mutaren tur, starent.ll.uulga:& sic practica obseruat, ꝙ Noui Reges, et Principes, nouas Leges, Edicta, et Bāna faciāt, Statuta, et Cōsti. ut experiētia claret, et facit.§.pe.i fi.Inst.de iur.nat.cū cōcor.

NONAGESIMA QVARTA QVAESTIO.

1 *An Imperator debeat interesse Concilio, & quibus vestibus, & in quo loco sedeat.*

2 *Fidem respicientia communia sunt omnibus.*

3 *Imperatoris iussu olim Concilia congregabantur, cum tuta facultas conueniendi Christianis non erat.*

4 *Papatum duobus contendentibus, quomodo Imperator se intromittat.*

5 *Cardinales si non concordarent in electione Papæ, an Imperator & quomodo se intromittat.*

6 *Imperator tenetur iuuare Ecclesiam, & Concilium.*

7 *Imperator quando potest Concilium congregare contra Papam, an possit cogere Prælatos ut accedant.*

8 *Principes Seculares an sint, & quando de Corpore Concilii, & an habeant vocem diffinitiuam.*

9 *Imperator cogit Armis eum, qui debita iustitia vti non vult.*

10 *Imperator quibus vestibus in Concilio vtatur, & vbi sedeat.*

1 NONAGESIMO QVARTO Quæro, † an Imperator debeat interesse Concilio, de hoc dicendum est, et de aliis Principibus Secularibus, ut per Abb. late, & magistraliter in sua solenni prima. q. incip. Episcopus, xiiii. col. ad finem. iii. dubio, per. iii. col. seq. post tex. & Scribentes in. c. ad. Apostolice, de re iudic. in. vi. §. & si diceret, & per. D. Anton. de Rosell. in Tracta. de Conciliis. x. char. ii. col. sub Rub. modo uideamus, & sub uersic. Aliquando autem Concilium, & per Card. Iacob nouissime, in Tractatu suo de Concilio, ubi infra, & inter alia iura, tex. not. in. c. nos. xcvi. distin. ubi Martianus Imperator registratus, dixit, Nos ad Fidem confirmandam non ad potentiam ostendēdam exemplo Religiosissimi Principis Constantini, Synodo interesse uolumus, ut ueritate inuenta, nō ultra multitudo prauis doctrinis attractata discordet, & illum text. notat Gurcens. Eps simpliciter in libello suo de Coronatiōn. car. xix. ad finem. ii. col. sub. §. in hac, & est tex. de Constātino in. §. sexta. xvi. dist. in princ. ibi, exequente Piissimo Principe Constanitno &c. & in. c. ubi nam, ibi seq. (uno intermedio) Papa dicit interrogatiue, Vbi nam legistis Imperatores Antecessores uestros Synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forte in quibusdam, ubi de

EE

fide Tractatū est, quæ uniuersalis est, quæ omnium communis quæ non solum ad Clericos, uerum etiam ad laicos, & ad omnes
3 omnino pertinet Christianos. † Licet priscis temporibus, quando facultas tuta conueniendi Christianis non erat, ad iussum, & præsidentiam Imperatoris Concilia congregabantur, ut per Abb. d. loco. &. xv. dist. Canones, Et late declarat etiam. D. Castaldinus de Boncompagnis, in Tract. de potest. Papæ. V. Car. iii. col. in princ. q. Ecclesia cum potuit, statim correxit. xvii. distinct. per totum, & tradit etiam late Pet. de Monte, in Tract. de Monarchia, uersic. seu. §. postq̄ uisum est, de Primatu, in princip.
4 & ibidem in uersic. superiora, limitare uidetur. † Nisi duo essent contendentes de Papatu, & essent in possessione, uel quasi obedientiæ ab omnibus, quia tunc ad instantiam Imperatoris congregabunt Cōcilium, Nā uidetur interesse ipsius Imperatoris, ut sit pax in Vrbe Roma, & in toto Orbe, & in Ecclesia, post Card. in. d. c. licet, de elect. &. §. hinc etiam. xvii. dist. & facit. c. si
5 duo. lxxix. dist. † Et idē post Card. d. loco Pet. tenet in. iii. remedio. d. loco, quando contingeret, q. Collegium Cardinalium esset diuisum, & nō concordaret in tali congregatione, uel ex alia causa negligeret congregari. s. q. etiam tunc ad Imperatorem, tanq̄ cęteris maiorem, talis congregatio spectet, precipue per. c. si. lxv, distin. inducen. ut ibi late not. & comprobando, ac contrariis respondendo, Idem Felyn. ubi infra, post Cardi. & Petr. de Monte, & Innoc. Dom. Nicol. mill. de quo tamen late dicendum est, ut per Card. Iacob. nouissime. in. d. Tracta. de Concilio. lib. iii. articulo. i. ubi late in not. q. ponit in dicta. q. quando duo cōtendunt de Papatu, ad quem spectet cōuocatio Concilii, arguēs late ad diuersas opi. ubi uidēdum ordinate, & plene tandem fac. cxxxiiii. & seq. multis, considerat quosdā casus, Primū qn̄ unus est uerus, & indubitatus Papa, Secundū qn̄ sunt duo, uel plures contendentes de Papatu, fac. cxlii. & seq. eo diligentem Lectorem relegamus, ne hic, Tractatum de Conciliis transplatemus. Imperator tamen licet non possit congregare Concilium, debet nihilominus iuuare statum Ecclesiæ, tanq̄ amicus, frater, patronus, debitorq. Ecclesiæ, dicit Bald. not. in. c. olim, de rescript. & idem Card. in. d. Tractatu, d. lib. iii. artic. i. fac. clxiii. col. ii. concludit Imperatorem posse congregare Concilium suadentibus necessariis causis, et Papa, ac aliis ad quos spectat neglig ētibus. Eo autem casu, quo Imperator potest congregare Conciliū contra Papam, utrum poterit cogere Prælatos ut uadant ad Concilium,

lium. Idé Card. Iacob. ponit in. d. Trac. d. lib. iii. ad fi. fac. clxxx-
iiii. col. i. post Alex. et Egid. in. c. hinc ēt. xvii. dist. q̄ non, nisi ra-
tione feudi secularis, non tamen contra statum, uel libertatem
Ecclesię, post tex. not. in. c. aduersitas. §. cum uero. vii. q. i. Et alias
Qui, et quo ordine Cōcilio interueniant, ponitur in Cōcilio To
6 let. iiii. Capit. iii. ii. Tomo, Concil. fol. ci. † Alias autem, an &
quādo Principes Seculares, sint de Corpore Concilii, & ei inter-
sint, Vltra prædicta late scribit idem Petr. de Monte, in. d. loco,
iii. q. principali, uersic. iii. quero, quæ personæ sint de numero, &
Corpore Concilii, per plures colū. & casus, usq; ad iiii. q. ibi ui-
dendū est, & p præallegatos Scribentes ultra eum in dictis locis
post gl. not. & Doct. in. c. fin. de his quæ fiunt a Prælatis, & tra-
dit Ioann. Echius in libro locorum communium aduersus Lu-
teranos, in. ii. conclus. de Conciliis, in responsione ad secundum
obiectum, q̄ Laici possunt interesse Conciliis, ut Testes, ut De-
fensores, ut Consiliarii, ut Exequutores, tamē q̄ a Christo nato
nunq̄ habuerunt uocem diffinitiuam in Concilio, quod probat
ibi in sequentibus late. Et de dictis limitationibus, seu declara-
tionibus, de quibus supra, post Card. & Petr. de Monte, per Fely.
etiam in. c. i. de Maiorit. & Obedien. in uers. & dicta, col. fin. &
in. c. querelam. de iureiur. col. fin. uersicu. & in casu necessitatis.
& per d. c. nos. xcvi. dist. Mart. Laud. in Tractat. de princip. not.
7 cccclxxxi. Impator. † Et generaliter, si ille cuius interest, nō uult
Iustitia uti, ab Imperatore Armis compelli potest, per. l. nullus.
C. de Iude. secundum Bal. in. c. olim, de rescript. Et Gurcens. in
d. xix. char. ii. col. in fine, & sequen. Et ut supra alias, de necessi-
tate Imperatorem scilicet, non debere interesse Concilio, nisi
quando tractaretur de Fide, quia distinguenda est potestas Lai-
calis, a Sacerdotali. Cardi. Iacobatius in suo Tractatu de Con-
cilio nouiter impresso, lib. i. ad fi. col. pen. fac. lxxiii. per. d. c. ubi
nam, &. d. c. nos ac fidem. &. c. satis. xcvi. distinct. Et latius idem
Card. lib. ii. artic. ii. fac. lxxxii. & seq. an sit necessario uocandus,
& quando, & in quibus causis, late & notanter, & qd' licet com-
munis habeat q̄ non, etiam in cā Fidei, uel matrimonii; Et q̄ nō
iudicat, sed audit, tamen ipse dubitat, & q̄ saltem Imperator de-
beat necessario uocari in causa Fidei, per. d. c. ubi nam. Et q̄ ha-
bet uocem in Concilio, exinde q̄ est electus, & confirmatus, post
Alexandr. in. c. Canones. xv. distinct. & Card. in. c. licet. q. xxxv.
de Elect. q̄ Imperator est pars Concilii, maxime ubi tractatur
causa Fidei. Immo q̄ & si Papa est de Hæresi suspectus, pōt ab

Imperatore exigere, ut indicet quid sentiat de fide. xxv. q. i. sata‑gendum, & ꝙ ibi Archy. Declarans. d. Card. Iacob. ea uera quā‑do In Concilio tractaretur aliquid quod tangeret Laicos quod posset de iure per Imperatorem expediri sine Concilio, puta in reformanda Ecclesia Vniuersali, etiam quo ad Laicos, sed ꝙ si causæ tractandę sint mere spirituales, uocari tantum, ut audiat, tractet, & consulat, & hoc in causa Fidei tantum, post Abb. in dis‑put. Episcopus Parmensis, & Card. ubi supra. At in causis matri‑monialibus inuitandos Laicos, etiam ut audiant tantum, & con‑sulant, ut fuit in. c. cum ad sedem. xxxv. q. v. In aliis autem causis mere spiritualibus, ꝙ nō sint uocandi, per. d. c. ubi nam, nisi agere‑tur de alicuius interesse, & in forma iudicii. post. c. nouit. de iu‑dic. & Imol. in. c. fi. de his quę fiunt a Prælat. et ꝙ ita Mathes. in‑telligendus est, ubi ibi. Et ibi uidendū est quomodo, et quando Laici Concilio intersint & qualiter. † Alias Moderni Mediola‑nenses in. l. inter claras, in uerbo nobis. C. de Summa Trinitate. scribunt per illum tex. ꝙ ad Imperatorem pertinet in Scisimate procurare Concilium, quod uerum dicunt, ubi Pontifex esset ex magna causa suspectus, ut si ageret de eo exautorādo alioquin spectet ad Pontificem: ut. xvii. distinctione. Et eo negligente ad Cardinales non suspectos eius labis: Decy. consil. cli. post Bald. et Card. Floren. Sed ꝙ ubi de hoc aliqua oriretur dubitatio, pu‑tant ob eius disceptationem Imperatorem forte adeundum: per l. ii. C. eod. de Sum. Trinit. et in. l. omni. C. de sacr. sanct. eccles. in

6 uerbo Antistitis. † Quibus autē uestibus debeat in Cōcilio uti Imperator, Card. Iacob. in. d. suo Tractatu de Concilio libro. i. articu. xii. fac. xxii. col. i. in princ. dicit se non reperire; sed ꝙ se‑cundum ꝙ apparet in. iii. iiii. et. v. sessionibus Concil. Constant. sedebit in habitu Imperiali, prout et in Cerimoniali in Rubrica de Sessionibus publicis. et Idem in fine. d. libri primi. quomodo Imperator debeat in Concilio sedere, et in quo loco ꝙ iuxta Se‑dem Papæ, et a dextris &c. modo de quo ibi.

NONAGESIMA QVINTA QVAESTIO.

1 *An sicut appellari potest ad Papam hodie omisso medio, ita sit in Imperatore, ut ad eum omisso medio appellari possit.*

2 *Imperator ut Magnificus, & Gloriosus, sicut Aquila distribuit prædam suam.*

3 *Scholares an appellent ad Imperatorem omisso medio.*

1 NONAGESIMO QVINTO Quero, † an sicut appellari potest ad Papam hodie omisso medio, iuxta tex. in.c.ad Romanam.ii.q.vi. Abb.et alii in.c.inter cętera.de appel. & in.c.dilecti.lultimo, eodem titu. & ibi Decy.col.fin.in princi. iii.limitatione, & Spec.ubi infra. & Ias. Idem sit in Imperatore, ut ad eũ omisso medio possit appellari. Et breuiter omissis disputationibus, Scribentes uidentur concludere, ꝙ ad Imperatorem non appelletur omisso medio, licet secus in Papa, per tex.in l.Imperatores.in princip.ff.de Appella.ita not.tradit Specul.in titul.de appell.in § nunc tractemus, in princip.dicens signanter, ꝙ licet sit Dominus mundi, non tamen patitur in præiudicium Inferiorum Ordinariorum, & in damnum, & laborem inestimabilem litigatorum, ad se omissis mediis appellari, ꝙ si fiat remittit appellantem ad Iudicem competentem.d.l.Imperatores.i.responso. Idem tenet Ias.in.l.qui Romæ.§.Seia.iiii.col. post prin. ff.de uerb.ob.post.Bal.not.in.d.c.dilecti, pen.col.in not.uerbis
2 de differentia prædicta inter Papam, & Imperatorem. † Et Imperator tanꝗ Magnificus, & Gloriosus (sicut Aquila) distribuit prædam suam, & non curat in omnibus epulis os apponere, non ꝙ Imperator non posset procedere de Plenitudine potestatis, sed quia non uult ꝓpter commodum Subditorum.facit.§.illo, in Auct.de appell.ibi gradatim, & l.addictos, ante fin.C.de appel. Ibi non tam, & ibi Saly.notat. & cum Specul.d.loco notat, & tenet simpliciter Mart.Laud.not.ccxxxiiii.incip. licet Imperator. Idem Decy.simpliciter ꝑ.d.l.Imperatores, in. d.iii. limitatione.
3 † Fallit hęc conclusio in Scholaribus, quia ipsi appellant ad Imperatorem omisso medio, Bal.in Auct.habita.C.ne filius pro patre.vii.not.col.iiii.in princ.sequitur Abb.in disputatione sua ultima incip.Gandulfus Clericus.fin.char.col.ii.in princip. uersi. secundum dictum. & D.Decy.cum eis in.d.iii.limitatione. & dicit.D.Abb.d.loco. ꝙ in Terris non recognoscentibus Imperatorem, poterunt appellare ad Dominum, seu Dominos illius Ciuitatis, cum ibi sint loco Imperatoris in illis locis, iuxta notata in.l.hostes, in fin.ff.de Captiuis, cum concordan. & cum.d.nota. Bald.pro Scholaribus, notat etiam simpliciter Mart.Lauden.in
4 Tractatu de Princip.not.ccccxxv.ad Principem. † Sed licet in Imperatore ita dicti Scribentes dicant, ut supra, in stricta disputatione, forte tentari posset aliter, & ꝙ immo sit idem in Imperatore, quod in Papa, quia in his quę scribẽtes ubi supra, dicunt, fallacia uidetur in arguendo, ut alias dicit glo.in.l. uendicatio.

ff.de rei uendica.& in.l.longe,ff.de diuerf.& temp.præfcri. nam f.dum ut fupra,in Papa concludúnt id,de Iure Canonico procedit,ut in allegatis Iuribus ad id,cõftat,& ex late dictis per Iaf.
4 in.d.§.Seia.iii.col.Dum autem loquuntur,& diuerfificant in Imperatore,fundant,& allegant.ll.Ciuiles,ut in. d.l. Imperatores. De quo non eft dubium generaliter gradatim debere appellari, p Regulá.d.§.illo.&.l.i.§.deniq.de app.c.fi duobus.§.fi. extra de app.cū fimi. Vndede Iure Canno.ét in Imperatore forte; dé poffet difputãdo faltē,teneri,qđ fit in Papa cū uideātur equiparari quoad effectum iurifdictionis in Regnis propriis quoad temporalia,argumento.c.folite,de Maiorita.& Obebié.&.c.duo funt. xcvi.dift.&.c.nos fi incõpetēter.uerf.fed notādū eft.q̃ duę funt perfonæ,quibus Mundus ifte regitur,cum fimili.& dixi fupra.q. xci.n.iii. Et rōnes in Imperatore alleg.p Spec.Bal.& Iaf.ubi fupra nō uidentur tutę.Cur.f.& eedem nō militent in Papa, & etiā fortius,unde cogitandum eft de ifta conclufione prædictorum, & diuerfitate,data paritate Terminorum.

NONAGESIMA SEXTA QVAESTIO.

1 *De Statua Imperatoris,& eius priuilegio quale fit.*

2 *Statua Principis: & Aedes facræ æquiparantur.*

Ecclefiarum Priuilegia pro his,qui ad eas confugiunt.

Fugitiuus non eft,qui confugit ad Statuam Cæfaris.

3 *Cardinalis Priuilegium in eum,qui ad mortem duceretur.*

Eucharifliæ Sacramenti Priuilegium in Reos mortis;

4 *Statua Principis an id Priuilegium haberet.*

5 *Imago rei non propriæ repræfentat proprium effe rei.*

6 *Nabuchdonofor Rex Statuam fibi erexit.*

7 *Sidrach,Mifach,& Abdenego qui,& cur in Fornace.*

8 *Confugere ad Statuam Principis quando liceat,uel non.*

9 *Statuam,uel Imaginem Imperatoris offendens,uel uendens,Reus eft læfæ Maieftatis.*

10 *Imaginem Dei percutiens idem.*

11 *Confugientibus etiam olim quædam fecura loca Iure quoq; Diuino.*

13 *Imaginem eius,qui fuit depictus ad infamiam,puta fufpenfus pedibus, corrumpentis*

pentis pœna, ut si fuisset proditor Principis.

14 *Statuam ponere Principi nemo cogitur etiam nec per Rempub.*

1 NONAGESIMO SEXTO Quero, † de Statua Imperatoris, & eius priuilegio, quale sit & tex. in. l. unica. C. de his qui ad stat. conf. dicit expresse, q̃ qui ad Imperatoris Simulachra confugiunt, ab omni uiolentia, & metu, quẽ cupiũt uitare, debent esse tuti, & iure, &. legibus, uendicantur, si cum cã faciunt. Si uero sine causa, ut inimicos infamarent, puniuntur, ut ibi tex. not. & Saly. & dicit ibi Paul. de Castr. in princip. q̃ sicut olim fugientes ad Ecclesiam, erant tuti, ut ibi non possent capi, nec extrahi. ut. C. de his qui ad Eccle. conf. per totum. Ita & fugientes ad Statuam Principis, per illum tex. dummodo non fiat malitiose, nec causa alicui nocendi. Et pro dicta æquiparatione Paul. de Castr. facit. §. Nam Antoninus. Insti. de his qui sunt sui uel alien. iur. Ibi qui ad Aedem Sacram, uel Statuam Principis confugiunt. & in. l. ii. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. (de Statua Principis not. Alex. in Rub. ff. de oper. noui nunc. col. iii. ad

2 finem. † Quæ æquiparatio si uera esset, generaliter de priuilegiis Ecclesiarum pro his qui ad eas confugiunt, est Titulus particularis. C. eod. per totum, & per Aret. in. §. fin. Insti. de his qui sunt sui uel alien. iur. super glos. in uerbo ad Aedem Sacram. & glo. & Doct. in. l. ii. C. de his qui ad Eccle. confugiunt, & Ange. Aret. in Tract. suo malefic. in glo. in uerbo fama pub. præcedẽte uersic. iiii. quero. An ubilibet liceat capere Malefactorem, & in uerbo in scalis. S. Petroni. & in. §. neq. in Auct. de mand. Princip. & Rom. not. consil. ccxxvii. Spectabilis. & consil. ccxxxiiii. aduertendum, post glo. sing. approbatam in. c. si. xvii. q. iiii. & c. fin. de immunit. Eccle. in. vi. Et tex. not. in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Lab. dicit, q̃ seruus, qui ad Statuam Cæsaris confugit non

3 est fugitiuus. ff. de edilit. edict. † Caderet & hic. q. an sicut Cardinalis in priuilegium habet, ut cum fit obuiam ei, qui ducitur ad mortem, eum liberet, uel si talis fugiat ad Sacerdotem portãtem Corpus Christi, liberetur. Ita si quis fugeret ad Imperatorẽ ipsum, uel Statuam eius, pariter liberaretur. De prædictis. s. de Cardinalibus, & Corpore Christi, Bal. & alii in. l. addictos, C. de appell. Mart. Laud. not. ccccclxxxiii. Cardinales & in Tract. de Cardinal. vii. col. q. pulchra. Veroneñ. c cautela. ii. in prin. Ias. in. l. i. in fine. C. ne liceat poten. Felyn. in. c. querenti. pen. col. de offi. Delega. Moder. Bononieñ. in not. cclxxiii. notissimum, col. fi. Ias. in. §. penales, Insti. de actio. pen. char. ii. col. in princ. uersic.

iii.& ultimo.Et in utroq; dicto pro communi, ibi late congerunt & testantur Moder.Hyspani,pen.char.ii.col.ad finem, reprobata glo.in.c.quesitum.xiii.q.ii.post Archi.ibi.& Abb.& Docto.in.c. sane,de Celebrat.Miss.& alias late ubi ibi, plenissime etiam cō
4 probantes,& rationibus in contrarium respondendo. † An autem in q̄ hoc idem priuilegium sit in Statua Principis, in fugiente ad eam,prędicta arguunt ꝙ sic,& sentire uidentur.d.Moderni in. d. pen.char.iii.col.ad fi.uersi.nam etiam confugientes ad Statuam. Sed ego puto hodie cogitandum omnino propter notata in. d.l. ii.C.de his qui ad Eccle.confug.precipue per.d.§. neq; in Auct. de manda.Princip.in fine, ibi deinde Templorum cautela non nocentibus,sed læsis datur, a lege , & non erit possibile utrumq; tueri,cautelā sacrorum locorum,& lędentem,& læsum.& argum. boni & not.tex.in.l.i.in fin.C.si aduers.uendit.ibi,neq; perfidię, neq; periurii me futurum Auctorem sperare tibi debuisti,iuncta regula,ꝙ Reatus omnē honorem,& priuilegium excludit,Auct. qua in Prouincia,C.ubi de crimi.agi oportet, cum simil.supra.q. lxxxii.post principium , licet ibi in reatu priuilegiati loquatur,
5 nos secus hic. † Item dato ꝙ Imperator ipse uiuens,& animatus haberet idem priuilegium,quod Cardinalis,propter identitatem rationis,& maioritatem,in Statua tamen ipsa,secus uidetur dicendum , forte quia ei minus honoris debetur, q̄ ipsi Imperatori uiuenti,ut patet ex se,& in d.l.ii.cum ibi notat.C.de Stat. et Imag.iunctis his.quæ supra diximus de adorando Principe.q.
6 lxiiii.plene allegando. † Nec mirum,quia Imago rei non repræsentat esse rei.not.tex.in.l.ii.& ibi Bal.C.de Iur.au.annul.c. per latum.&.c. Venerabiles,de consecr.distinct.iii.& text.not.in.l. unica.uers.tunc.C.ad.l.Viscel.et quæ habentur in.c.si Canonici, ad finem,de offi.ord.in.vi.cum gl.in uerbo indeuotionis, & facit regula aliud est esse tale.aliud haberi pro tali,uulg.Iuribus.
7 † Vnde cum in Veteri Testamento alias Nabuchdonosor Rex Regum,et Dominus Vniuersi,ut Daniel.ii.c.F.uoluit,ꝙ Statuā Auream altitudinis cubitorum.lx.latitudinis.vi.omnes cadentes in Terrā adorarent prostrati cum eam dedicaret,quod cum non deceret noluerunt obseruare tres illi Sydrach,Misac,et Abdenego.Qui prius in Iudea,Ananias,Misael,& Azarias,nuncupabantur.Ideo in Fornace iniuste ignis ardentis positi fuerunt, ut legitur Daniel.iii.cap.in princip.licet ibi, ut Idolatriam euitarent,soliq; uero Deo gloria esset fuerit.Quapropter super hoc ultimo priuilegio Statuę Principis cogitandum relinquo,nihil

firmando

firmãdo pro nunc, precipue quia de consuetudine hoc admissum in Statuis non uidetur, nec receptum. Et casu eueniente Seueri
8 Iudices, ut Greg. Magalottus, non obseruarêt (ut puto.) † Bene in. l. Senatusconsulto. ff. de iniuriis, & in. l. Capitalium. §. ad Statuas. ff. de pœnis, not. legitur, ꝙ confugere ad Statuam, uel Imaginem Principis, & Cæsaris, in iniuriam, uel inuidiam alterius, prohibitum est, uel preferre, pœna cohertionis in publica Vincula, nisi quis ex uinculis, uel custodia detentus a potetioribus,
9 ad tale presidinm contingat, ut. d. ll. † Item qui Statuas Imperatoris, aut Cæsaris Imagines iam consecratas conflauerit, uel consulto, lapide percusserit, aliudue simile admiserit, Reus est læsæ Maiestatis, text. not. in. l. iiii. in fine, cum. ll. seq. ff. ad. l. Iul.
10 Maiestat. † Quod est argumẽtum contra eos, qui lacerarent, uel percuterent Imaginem Christi, a fortiori ut eandem pœnam incurrant, licet alias simpliciter Docto. dicant incurrere. l. Cornel. de Sicar. ut per Bonon. in. l. ex Senatusconsulto. in princip. ff. de Sicariis, post Ang. ibi. & Alex. consil. & c. ii. § cæterum. de offic. ordi. in. vi. sed pro nobis est. d. l. iiii. cum seq. iuncto tex. in auct. ut non lux. contra na. uersic. si enim contra homines. c. tua. ii. de decim. in auct. de Monach. in princ. ibi quomodo non præualebit. l. manicheos. C. de Hęretic. ibi nam. si in criminibus. c. de iu-
11 diciis. iii. q. iii. cum simil. Romæ autem comburuntur. † Insuper prædictis addendum est, ꝙ rationem etiam, & originem ex antiquo ducere unr̃ pdicta priuilegia, & eñ Romulus & Remus Roma condita, Asylum constituerunt, quo quisꝗ cõfugeret ab omni noxa liber esset ut Ciuitatem replerent. Tradit Aug. lib. i. de Ciuit. Dei. cap. xxxiiii. Eutropius lib. i. de Romulo, & ibi in gl. & Liuius de Vrbis origine. & in iure nostro de Asylo, text. in. l. quis sit fugitiuus. § apud Lab. ff. de Edilit: Edict. ubi not. de cõfugiente ad eum, ꝙ glo. uario modo exponit. Sic legitur de Nino, Belo, Rege assiriorum, qui mortuo patre in solatium doloris Imaginem patris sibi fecit, cui ob Reuerentiam idem concessit priuilegium. Sicꝗ Populum auxit, ut esset Ciuitas itineris triũ dierũ, ut i scholastica histo. patet in lib. Genes. cap. xxviii. & Ion. iii. refert Io. Vgo in lib. quadruuii Ecclæ, ad Maxim. Regẽ, car.
12 xliiii. & seq. § crescit. † Sic etiam ex præcepto Dei in Veteri testamento, alias erant constitutæ sex Vrbes ad inhabitandum in Suburbanis, in quibus erat libertas, & refugiũ. In fugitiuorum auxilia separatæ, ut in eis animam suam saluaret, & uitam, qui nolens sanguinẽ fudisset, aut proximũ suum nescius occidisset,

Et ad unam earum fugeret, Nec ante biduum, uel triduum eius proabtus fuisset inimicus, ut patet Exod. xxi. Nume. xxxv. Deutor. xix. & Ios. xx. & scribit etiam. d. Ioan. Vgo in. d. libr. char.
13 xlviii. & seq. § licet etiam. † Item corrumpens Imaginem, quae fuit depicta ad infamiam alicuius Proditoris, Principis, ut puta quia suspensus pedibus punitur in. ccccc. Aureis. Ita notat Mar. Laud. in Tract. De crimine lesę Maiestatis. not. xxvi. corrumpens, allegat. l. si quis id q, & ibi per Doct. ff. de iurisdict. omn. iudic. Sed hoc sapit priuilegium Principis. ut infra. q. cx. casu.
14 ccciiii. † Non tamen quis cogitur ponere Statuam Principi, si non promisit, etiam nec per Rempublicam eius. not. tex. in. l. toties. § fina. ff. de pollicita. quod notandum est proqñ Decuriones locorum uellent cogere Conciues ad id, pro aliquo priuato interesse quandoq.

NONAGESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

1 *De potestate Imperatoris & primo.*
2 *Imperator an sit Dominus particularium omnium.*
3 *Subditos quando vltra solitum grauare possit Dominus.*

1 NONAGESIMO SEPTIMO Quero, † de potestate Imperatoris, Ista. q. ita pregnans est, ut si speciales potentias, & impotentias ordinate hic ponere uellemus, aliud opus de se sola, requireret, quod cum nunc aggredi breuitate temporis nolimus, sat erit quibusdam tantum magis quotidianis, & utilibus tactis, reliqua huius farinae, alio forsan tempore reseruare latius explicanda. post Bald. in. l. rescripta. C. de precib. Imp. offe. & And. Sicul. in cap. quo ad translationē. de off. de
2 leg. & infra. q. cx. & seq. † Hic ergo quero, an Imperator sit Dñs rerum particularium omnium, prout est Dominus Vniuersi, sm supra uisa. q. lii. Et breuiter (omissis disputationibus) communis est conclusio q non, glo. Bart. & Scrib. in procemio. ff. et in. c. quae in ecclesiarum, de constit. & iura probantia Imperatorem esse Dominum Mundi, intelliguntur respectu iurisdictionis protectionis, & dominii, uniuersaliter considerati, nō autem respectu rerum particularium. glo. & Scrib. in. l. bene a Zenone, C. de quadrien. praescrip. & pro communi nouissimi Taurinens. tenent in. d. procemio. ff. iii. col. post medium. &. D. Ant. Rosell. q ita glos. & Doct. omnes tenent, precipue illa ratione, quia

plures eiusdem rei, domini insolidum esse non possunt, iur. uulga. in Tractatu de Conciliis, char. xlvii. ii. col. numer. xxxix. sub. † Papa etiam solus, uersic. sed ista uerba requirunt altiorem indaginem, cum uulgar. locis, & cum. d. glo. pro approbata in. d. l. bene a Zenone, notat Mar. Laud. in Tract. de Princip. not. xlvii. Princeps, & notab. lxxxviii. Princeps. Inferens q potest emere a Subditis suis. d. ratione, quia non est Dominus singulorum, Idē sentit not. ccci. sicut. idem Alex. consil. lxxvi. in causa, col. fin. ii. libro. cum concordant. quæ laboriosum esset potius, q̄ subtile transcribere, & cumulare, Canon. in. c. si diligenti, de præscript.

3 † An autem & quando Vassalli, & Subditi, a Domino possint grauari, uel talleari ultra solitum. supra tetigi questione. lvii. ad finem.

NONAGESIMA OCTAVA QVAESTIO.

1 *An Imperator possit rem unius auferre, & dare alteri.*

2 *Imperator ex causa rem propriam aufert.*

Iusta causa quæ.

3 *Legitimare Princeps an possit Spurium in præiudicium Agnatorum.*

Papa potest habilitare Fœminam ad feudum antiquum in præiudicium agnatorum.

4 *Imperator de plenitudine potestatis potest auferre nobis Dominium rei.*

5 *Fideicommissum an Imperator tollat, uel quomodo.*

Imperator quandoque in not. causa aufert ius tertii non restituto precio. i. patriam potestatem. & .7.

6 *Patria potestas est de Iure Ciuili.*

Iusta causa auferendi rem propriam quando dicatur.

Princeps aufert facile quesita de Iure Ciuili.

8 *Princeps cum aufert alicui rē propriā, soluit eius precium. & quando non & .7.*

9 *Cessante causa ablationis res restitui debet Domino.*

7 *Intellectus. §. Filiussam, Instit quibus modis ius patr. potest solui.*

6 *Imperator, uel Princeps ex iusta causa, puta pro Pace habenda, uel pro bono publico, etiam contra proprium Contractum uenit. in fine.*

1 NONAGESIMO OCTAVO Quero † an Imperator possit rem unius auferre, & dare alteri; lata inda

gatio est, & tractata per Scribentes, in proœmio.ff. Et ordinarie per Canonistas, Fely: & alios in.d.c.quæ in ecclesiarũ, de cõstit. & in.l.fi.C.si cõtra ius uel utili.pub.uarias distinctiões, & capita facientes; & Nouissime per.D.Decy.consi.cclii.col.fi.&.cclxix; iiii.col.& seq.& in fine, &.cxcviii.ii.col. &.cxci.ii.col. & in consil.ccix.ii.col.ad fi.& seq. Regulariter enim nõ potest sine causa ordinarie etiam nec utile dominium. Bar.in.l.fi. C. de fund.patro.libro.xi.Decy.consil.dxliiii.serenissimus,col.ii. ad fin.post Paul.de Castr.consilium ubi ibi.in not.q. q̃ de causa ei non credatur etiam asserẽti ex certa scientia uel de plenitudine potestatis, ubi agitur de interesse proprio,& facto alieno in crimine lese
2 te Maiesta.ut ibi,not.& col.seq. ad finem. † Et ex causa omnes conueniunt, posse, ut late nouissime per. D. Decy. consil.cclxxiiii.col.in princi. Et ibi quando iusta causa dicatur, & idem seq. allegationibus ad.d.consilium, col.fi.& quæ notanter alias consi. cccciii.quod est primum consilium in.iii. Volu.col.iiii.in princ. & in consil.ccccx.ii.col.ante finem.& penultima,& in.d.consilio cclxix.iiii.col.Et in consil.dlxxxviii.uiso puncto, col. i. q̃ cum causa omnes de plano fatentur, & nullus contradicit.& bon.tex. in.l.fin.ff.ut in poss.legat.cum glo. penult. secundum unum intellectum, Et q̃ non sine iusta causa, Martin.Laud. in Tract. de Princip. not. xlvii. Princeps, & not.lxxvii. Princeps. Sed latius dicendum est, ut per Scrib.d.locis, & infra.& idem Decy. consi.
3 ccccxcviii.uiso,col.pen.lib.iii.in not.q. q̃ † Papa possit Fœminam habilitare ad feudum et antiquum, in præiudicium Agnatorum si uult. † Et an & quãdo Princeps possit legitimare Spurium in præiudicium Agnatorum, & aliorum, quibus sit delata hæreditas, nouissime per.D.Decy.consil.ccclvii. in casu. ii.col. post medium.&.cccxliii.ii.col. & consil. ccxc.v. col.ad finem.& ccccxxv.iii.col.in princip.& in.d.consil.cclxix.v. col.in princip. late & plene.& in.d.consi.ccccxcviii.col.penult.uersic. & etiam,
4 & ibidem. Et in.d.consil.cclxix.& † ibi.iiii.col. plus dicit, late cumulando, q̃ Imperator de plenitudine potestatis, auferre potest nobis Dominium. Nulla etiam causa subsistente, & qui contrarium dicunt mentiuntur, post Ang .in.litem si uerberatum.§. i.ff.de rei uendic.& alibi & Andr.Sicul.Alb. Paul.de Castro.& Bal.ubi ibi.Et q̃ tali casu est prærogatiua Supremi Principis, quando fit sine causa, ut & dicam infra.q.cx.casu.xvi.&.ccxcix. Plenitudine tñ ptãtis uidetur uti posse ualide, quando cũ causæ, & cognitione procedit, ut infra.dixi.q. cx.casu.vii.alias parũ

operantur,

operatur, ut ibi dico. Et idem quod supra primo, Decy. consilio cxci. ii. col. cum Angel. ubi supra. & consil. o. cxcviii. ii. col. Et in consil. dlxxxviii. uiso puncto. col. i. post Ang. Andr. Sicul. Alb. & Paul. de Cast. & in. c. quæ in ecclesiarum. supra alleg. x. col. ad fin. uersi. resoluendo primo. & idē Decy. consi. dxix. uisis his, col.
5 fi. in princi. Dicit, † q̄ pro resolutione contrariorum, etiam Consiliorum suorum in materia, an Fideicommissum possit tolli, qd̄ ex causa fieri potest, alias non, & causa fit ubi agitur de publica utilitate, ut est causa dotis, & precipue Spes fideicommissi querendi &c. Et idem in consil. dvii. accurate, col. vii. tenet iuri fideicommissi non posse per Principem derogari sine causa, in not. q. an legitimatus excludat substitutū, quando legitimatio est post mortem testatoris: quia esset tollere Ius Gentium, cum testamētum in substantia eius iuris sit, subscribens. Norma not. Deco. & alii, per. l. si testamentum. C. de testamē. & dixi infra. q. exi. casu xxviii. Et quia ut dixi, de hac materia, & q. ordinarie late examinando scribunt Doct. in prællegatis locis, eō Diligentem Lectorem eueniente casu, relegamus, ne uideamus ex aliorum Libris, Libellum texere. Et Principem posse, & psonas & res Subditorum auferre, etiam Iure Diuino, patet in Libro ultra. i. Reg. Capit. viii. ibi, hoc erit Iús Regis, quem pro not. & signando, ut ponat Iura Regalia, notat Bald. in. l. i. in fine. C. de hæredit. uendit. sed posset ille tex. cauillari, s. ut prædicat iniusta fienda, non q̄ posset licite, ut ibi patet. Vnum tamen in hac materia notandum
5 est ultra omnes Scribentes (quos uiderim) † q̄ licet uis aliqua sit, An princeps possit tertio præiudicare sine causa, & iuri alterius detrahere, maxime non restituto precio, & extimatione iuris, quod aufert, ut in supradictis locis constat, cum seq. limitatione. In materia tamen liberandi aliquem a patria potestate, quando eum in Patricium suum eligit Imperator, facit hanc notabilem consequentiam in. §. filiussa. Institut. quibus mod. ius patr. pot. sol. & in. l. fin. C. de Consul. lib. xii. Quis enim patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum, potestatis suę nexibus filium liberare? Imperatoriam autem Celsitudinem nō ualere, eum quem sibi Princeps eligit patrem, ab aliena eximere potestate? Nec tamen ibi dicitur, q̄ aliquid in recompēsationem illi patri electi det Princeps, & tamē eum priuat re inextimabili, quæ est patria potestas. l. filiussam. §. secundum. ff. de leg. i. gl. in l. mater. §. i. ff. si quis ommiss. caus. testam. cum concord. Nisi re-
6 spondeas, uel q̄ id non mirum, † quia potestas patria est de Iure

Ciuili.l.iii.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.&.§.ius autem.Inst. de patr.potest.not.tex.in.l.cum ratio,in princip.ff.de bon.damnat.Moder.de Montesferrato in.l.Gallus.in.§.& quid si tantum post princip.ff.de liber.& posthu.Et quæ sunt de Iure Ciuili, à Principe etiam sine causa,uidentur tolli posse,ut per Scriben. in supra citatis locis,& nouissime.D.Decy.late pro firma conclusione in.d.c.quæ in ecclesiarum,col.xii.ante finem.& seq.v.casu: et alias arguendo tradit consil.dlvii. accurate.col.i.ad fin.post Bal.Paul.et Ang.et.dlxxxviii.uiso.col.iii.ii.dubio.In dominio feudi,et utili in not.questione, de qua infra dixi.Vel cum quis eligitur à Principe in Patritium,ut.d.lI.satis causa adest. Quo casu omnes tenent posse Principem iure suo aliquem priuare. ut supra allegatum fuit.Et causa iusta dicitur, quando respicit publicam utilitatem,ut notat Bar.in.l.quæcunque in fine.C.de iure Fisci.lib.x.not.Bal.in.l.rescripta.col.fin.C.de precib.Imper.off. cum similib.ut post Alex.scribit.D.Decy.consil.supra alleg.ce lxxi.in casu.iii.col.in princ.et.dxix.col.fin.&.dlxxxviii.col.iii. ad fi.uiso.Quę publica utilitas in casu nostro,tunc satis esse uidetur,cum de consilio Principis agitur, à quo uniuersus regitur,& gubernatur secundum supra late scripta.vi.q. Et pro bono publico,& pro Pace habenda,potest etiam contra proprium Contractum,ut late in notab.q.decis.Neap.ccclxi.ii.col.Monasterium,num.iii.& seq.et.nu.vi.post Bal.in.l.fina.ff.de Senat.et in.l.penult.C.de donat.inter uir.et uxor.Bonon.not.dxxxi.utilitas.in fi.declarantes in Subdito,secus in non Subdito.Etiam pro remuneratione alicuius.Decy.d.consil. dlxxxviii. col.iii.& seq.in not.q.priuilegii concessi de testando de feudo in præiudicium agnatorum,ob grata seruitia alicuius,ac syncerain fidem.

7 †Restat tamen quantum ad.d.§.filiussa.cum similibus,aliqualis difficultas,quia etiam quando ex causa,quæ culpam uel delictu eius,qui sua re priuatur, non habet,Princeps aliquem priuat re sua,precium soluitur illi: ut infra mox dicemus, et tamen in.d. §.filiusfamil.de recompensatione nullum uerbum. Nisi dicamus quia patria potestas est inextimabilis.d.§.secundum.uel quod satis recompensat pater ex honore filii supremo patriciatus,iuribus uulg. Vel forte dat aliquid princeps patri eius quem elegit,licet in dictis iuribus non apetiatur,cogitabitis.argu.l.ii. C. quibus ex cau.serui.et quod in fin.notat.Bal.et quæ infra statim dicam.

8 † Prædicta conclusio, quod Princeps aufert quandoque uni rem suam, et dat alteri,inter cæteras declarationes habet,ut.s.in recompensationem

sationem soluat eius precium illi, cuius Dominiũ rei aufertur. d.l.ii.et ibi Bal.C.ex quibus cau.serui. l. uenditor. §. si constat. ff.comm.predio.D.Decy.late in.d.c.quæ in ecclesiarum.ix.col. ante fi.uersic.et ista conclusio.et per.d.l.ii.glo.not.in. l. si locus. ff.quemadmodum seruit.amit.et late.d. Decy.in consil. cclvii. iii.col.ante xnem post Bal.Archyd.Ang.Felyn.et,d.l.ii. et bonus tex.in.l.si postulauerit.§.iubet,in uerbo publicos.cum glos. ff.de adult.et.d.Decy.in.c.i.col.xxviii.post medium de probat. in Regula id quod nostrum.ii.col.in princip.ff.de reg.iur.et nouissime in not.decis.congerunt Bononieñ.not.dcxxxiiii. Credo te scire,ad finem,& per Fely.in.c.omnes,pen.col.i.distinct. post ll.Ang.Bal.& glo.late,& not.Et hanc limitationem declara, ut per.D.Decy.not.ulterius,in dicto capi. quæ in ecclesiarum. col. ix.ad fi.licet ita plene prędicta nõ allegauerit. Et precipue not. declara id uerum.s.q recompensatio debet fieri illis, quibus uoluit princeps præiudicare,scilicet quando alicui particulari specialiter ius suum tollitur, secus est si generaliter factum sit per uiam Legis,quia tunc restauratio non requiritur, ita tradit not. Decy.consil.dxx.col.pen.in causa lib.iii.post Alexan. consi.ubi ibi,& Bart.in.l.toties.ff.de pollicita.in not.q. Absolutionis factæ á Dominio Florentino,cũ Ciuitate Pistorii,ab omnibus furtis,rapinis &c.ut etiam ius partis priuatũ Ciuile, remissum censeatur,p plura de quibus ibi,nec restauratio aliqua á Fisco fienda sit,quod est notab.& utile dictum,& sequuntur Moder. Hispa.nouissime in Commentar.super Regula Cancella.in Regula de non tollen.ius quesitum.q.xv.licet solum cons. Alex. citent.

9 ✝ Item si Princeps ex causa aufert rem priuato, ea cessante debet illam illi priuato restituere,ita not.tradit Inno.in.c. quia plerisq,de immunit.Eccle.Anton.de But.& Imol.in.c.quæ in ecclesiarum.de constit.& ibi Fely.xix.col.facit tex.in.c. Suggestum. de decim.& tradit Rot.Neap.in not.q. decis. cclxi. Monasterium,col.vi.post consilium Mari.Sozi.ubi ibi,& facit. text. not. in.l.ex facto,uersicu.nam & si.in ratione sui,ff. de uulg. De quo tamen dic,ut per Decy.consil.cclxii.col.fin.in princ. & in fin,ad declarationem.not.d.c.Suggestum.

NONAGESIMA NONA QVAESTIO.

1 *An Imperator se intromittat in electione Papæ.*

2 *Electio Papæ olim vario modo obseruata.*

3 *Papæ Electio quibus hodie spectet.*

4 *Papæ Electio cur mutata.*

5 *Imperator quando iurisdictionem habeat in eligentes.*

6 *Imperator olim Papam confirmabat, Cur hodie totum è contra.*

7 *Imperator habet iurisdictionem in inclusione eligentium Pontificem.*

8 *Imperator interuenit, cum Electores Episcopi non concordant.*

1 NONAGESIMO NONO Quæro, † an Imperator se intromittat in Electione Papæ. Ad quod respondetur, quod olim priscis Temporibus, uario modo fuit obseruata Electio, ut late refertur in libro. i. Sacr. Ceremo, Capit. ii. Spectauit enim quãdoque ei tale ius, ut ibi scribitur, & patet ex. c. Adrianus. &. c. seq. lxiii. dist. & ex. c. si duo. lxxix. distinct. &. c. cum longe. §. Electiones. lxiii. dist. &. c. Agatho. Card. Iacobat. tangit in Tractatu de Concilio, lib. ii. articulo. ii. fac. lxxviii. col. i. ad fin. Et Ioannes Vgo in dicto libr. Quadruuii, char. xxix. & seq. §. sed. &. Scribens de Ottone. i. iii. & Henrico. iii. qui super Papatibus se intromiserunt, deponendo, restituendo, ac intrudendo diuersos, ut ibi clare est legere, & quod renunciauerunt pio mentis affe-
2 ctu, ut ibi late. lxii. dist. §. uerum. Et late. d. Ant. Rosell. † etiã ordinate refert in Tractatu de potestate Imperator. & Papæ. xxii. char. iii. col. in princip. sub. §. Aliquando autem Seculares Pincipes. Et idem per Gurcen. Episcopum. in. d. suo Opusculo de Coronat. char. xxii. & seq. sub. §. hęc ideo, Subdens quod Adrianus primus, Anno Salutis. DCCC. XCV. tanti Animi fuit, ut Initio Pontificatus sui, ad Senatum, Populumque Romanum retulerit, ne in creãdo Pontifice, Imperatoris Auctoritas expectaretur, utque libera essent Cleri, Populique suffragia, sed quod huic ędicto minimum fuit obtemperatum, permansitque uetus illa consuetudo Pontificis ab Imperatore confirmandi, secundum attestationem Platinæ in uita Greg. ix. qui præfuit Pontif. Ann. X. M. L. XXII. Demum idem Gurcens in seq. §. quid iam. char. xxiii. ponit unde uenerit, ut mutato Vetere Instituto. Imperator hodie confirmetur á Pontifice. Tres rationes assignãs, uoluntatis propriæ, abusus, et rationis cessantis, & causæ, post Bald. not. in. c. olim, de rescrip. & per Aug. de Anch. de ratione etiam, ubi infra. Et alias Papa in. l. inter claras, ad finem. C. de Episco. & Cleric. dum obsecrat ibi Imperatorem, Alci. ibi. aduertens cur imploret,
3 ubi imperare potest: dicit id olim fuisse. † Et sic quicquid olim fuerit, hodie clarissimum est Electionem Romani Pontificis per

Sacrum

Sacrum solum Senatum.S.R.E.Cardinalium peragẽdam esse, ut per Scribentes in supra citatis locis.Fuit enim id de Imperatoribus immutatũ,ut in.c.i.& in.c.Valentinianus.&.c.omnis.c. non licet.&.c.cum Adrianus.& in.c.ego Ludouicus.&.c. Constitutio.lxiii.distinct.& facit Regula.c.Imperium.x.distinct.& quæ late in.c.conuenior.xxiii.q. ultima, precipue in princip. & c.cum ad uerum,xcvi.distin.in sui ratione. Ad Cardinales ergo spectat hodie,ut in.c.in nomine Domini.xxiii. distin.c. licet, de election.&.c.ubi periculum,libro.vi.Card.Alex.in.c.in nomine Domini.xxiii.distinct.col.v.post tex.ibi,qui reseruabat honorẽ Imperatori in Electione Papæ.Et scribit Aug.de Ancho.in suo
4 Tractat.de potest.Papæ.q.ii.articu.vii. † Et ibi de ratione mutationis huius,notanter & iustificate,& in.d.c.ii.in d.libro.Sacra.Cerim.primo.& idem de hac exclusione Imperatoris hodie notat Mart.Laud.in Tracta.de Principibus.not.iii.licet. † Di
5 cit tamẽ bene Aug.d.loco,† ꝙ Imperator habet iurisdictionem in eligentium inclusione,ut faciat obseruari in Electione Papæ, omnia quæ ponuntur in.d.c.ubi periculum,de Election.libr.vi. & ego do bonum tex.in.c.inter nos.lxiii.dist.ubi scribens, Leo IIII. Imperatoribus,Loth. & Ludouico, dicit. Inter nos & uos pactum est,& confirmatum,ꝙ Electio,& Consecratio futuri Romani Pontificis,non nisi iuste,& canonice fieri debeat. Alias autem nulli Laico licet decernere de Electione Summi Pontificis,uel de rebus ecclesiasticis Authoritate propria,immo omnia infecta sunt,nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata.xcvii.distinct.§.i.& per totam, & distinct. xcvi. pariter per
6 totam. † Sic cum discordia est in Electionibus Episcoporum, Imperator se intromittit,ne discordia eligentium,Ecclesia desoletur.ut fecit Valentinianus,cum Ecclesia Mediolanensis Pastore careret,scribendo Suffraganeis.d.c. Valentinianus, & extra de iudic.c.nouit.§.non igitur.& notat Ioan.Vgo in. d. loco,sub Cap.de Autho.episcopi,& eius Electione,in fine.

CENTESIMA QVAESTIO.

1 *An Imperator habeat ius conferendi beneficia,vel dignitatem ecclesiasticam, aut super his aliquid disponendi.*

2 *Episcopi,& Archiepiscopi Electio etiam in Imperiali Vrbe, cui competat,non Imperatori.*

3 Beneficium, vel dignitatem de manu Laici nullus capere potest.
4 Beneficium regulariter confert Episcopus.
Papa solus creat Prælatos.
5 Imperator nihil potest in præiudicium iurisdictionis Papæ.
7 Imperatores olim, eligebant Ecclesiasticas Personas.
8 Imperator nec aliquis alius Princeps Secularis iure communi potest beneficia cōferre, nec Rex. & nu. 12.
9 Reges an possint Beneficia Ecclesiastica ex longissima consuetudine conferendi, ius acquirere.
10 Laici an possint ius conferendi præscribere.
11 Et ex tanti temporis cursu, cuius initij memoria in contrarium non existat.
12 Laici spiritualia possidere non possunt.
13 Laici an ex priuilegio Sedis Apostolicæ possint conferre bñficia, vel eligere. & 17.
14 Imperatoris priuilegium in Alemania, & in qualibet Ecclesia vt possit facere vnum recipi.
15 Hispaniæ Regis, in Hispaniæ Ecclesiis priuilegium.
16 Papa conferendi Beneficia Laicis dare ius potest, & ea quæ sunt iurisdictionis non quæ sunt ordinis. & 18.
17 Mulieri, an ius conferendi Beneficium dari possit.
18 Hispaniæ Regis, priuilegium de naturalitate.
19 Regis Franciæ priuilegium.
20 Reges, & Duces Patroni sunt in Episcopatibus existentibus in Regno eorum.
28 Papa hodie quasi cogitur dare priuilegia in spiritualibus, & Beneficijs; Principibus, & opprimitur ab eis, contra ius.
Rex Anglorū, & Rex Franciæ, conferunt prebendas in Regnis suis: &. 27.
21 Rex Franciæ, Rex Nauarræ, & Reginæ, habent priuilegium nominandi.
22 Imperator: & Principes Summi, cessantibus omnibus comminationibus, & violentijs, possunt uti precibus benignis, atq; beneuolis, pro personis benemeritis, vt Beneficia habeant.
23 Princeps quilibet, in Regno suo potest impedire, ne Criminosi in Regno suo Prælaturam habeant.
24 Imperatori non datur collatio, sed facultas faciendi recipi. & num. 15.
25 Priuilegia Regis Angliæ.

Regis

1 CENTESIMO Quero, † an Imperator habeat Ius conferendi Beneficia, uel dignitatem Ecclesiasticam, aut super his aliquid disponendi, Iure Communi uidetur q̃ nõ. Cũ ex his quæ dicta fuerunt supra. q. xxix. cum scilicet, non esse in sacris ordinibus, tum ex ratione. c. cum ad uerum. xcvi. distinct. in fi. loquendo de Imperatore ibi, ne ille rebus Diuinis præsidere uideretur, qui esset secularibus negociis implicitus, &. c. conuenior, in princip. xxiii. q. ultima, Ibi, Verum ea quę Diuina sunt, Imperatoriæ Potestati non sunt subiecta. & cap. duo sunt. &. c. si Imperator, in fine. xcvi. dist. ubi tex. clarus, ad Sacerdotes enim Deus uoluit, que Ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad Seculi potestates &c. Et ibi non á. ll. publicis, non á potestatibus Sæculi, sed á Pontificibus, & Sacerdotibus Omnipotens Deus Christianæ Religionis Clericos, & Sacerdotes uoluit ordinari, & discuti. Vnde & Imperatores Christiani, subdere debent exequutiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre. et facit c. dudum. extra de Decim. ubi est, q᷑ nec Rex, decimas conce-
2 dere potest. † Et ipsemet Imperator in Auct. de Ecclesiasticis. Tit. in princ. etiam in sua Iustiniana patria, & noua Roma tunc Sede Imperii Constantinopoli, declarat ab eius Archiepiscopo, Episcopos Prouinciarum de quibus ibi, ordinari, & ipsum Archiepiscopum in proprio Concilio. & in Auct. de Sanctiss. Episcopis, in princ. declarat, Episcopos ordinari per Clericos, & Primates Ciuitatis, cuius est futurus Episcopus. & ibi gl. not. dicit s. Ecclesiasticos, quia Laici nõ debent eligere, sed facta electione consentire, ut ibi, & sic ad Imperatorem non spectat, nec ipse uult, licet alias dicat in finali consti. C. de relig. & sump. fu. ante finem. Non enim solum Bella ordinauimus, sed & res sacras.
3 † Et facit Regula generalis, quia nullus de manu Laici Beneficium, uel dignitatem Ecclesiasticam capere potest, nec Episcopatum, nec Abbatiam, nec aliquam aliam Ecclesiam, uel inferiorem ecclesiasticam dignitatẽ, ut in. c. si quis, cum multis seq. xvi.

q.vii.Et precipue in.§.fi.d.c.si quis.Ibi,si quis Imperatorum,Regum,Ducum,&c.sub pœna interdictionis Ecclesiæ, & ibi inuestituram Episcopatus,uel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis,dare p̄sumpserit.& in.c.nullus Laicorū,eadem causa.&.q.&.c.si quis Principum.Ibi,ut Sacrilegus iudicetur,& notatur in,c.i.de reg. iur.in.vi.in glo.fin.per.d.c.nullus.Et de pœna Clericorum recipiētium,Episcopatus,Abb.uel alia b̄ficia Ecclesiastica de manu Regum,uel principum,post.d.iura.Anton.Sicul.in Tractat.
4 de potest.Reg.q.lv. † Regulariter enim Beneficia, Episcopus confert.c.nullus omnino.&.c.omnes.xvi.q.vii.c. cum ex iniuncto,in fine,de Heret.c.conquerente,de offi.Ordina. cum simili. Et Aug.de Anch.in Tractatu de potestate Papę.q.lxxi.articu. iiii.tenet ad Papam solum spectare ordinationem Prælatorum, per.c.Cleros.xxi.distinct.quo ad decem casus, seu capita, ut ibi
5 per eum late,& not. † Et Imperator nihil potest in præiuditiū iurisdictionis Papæ,& Ecclesię.d.c.cum ad uerum. xcvi. distin. c.nouit,de iudic.c.solitę,De Maiorit,& Obedien.cum simili.D. Decy.in.c.quæ in Ecclesiarum.viii.col.ad fin.uersicu.iii.& ulti. de constitutio.& per Signor.consilio.ccxviii. quidam.iii.col.in princip.post tex.in Auct.quomodo oport.Episcop.in principio.
6 † Item facit,quia Laici nullo modo possunt Ecclesiastica negocia tractare,c.ii.de iud.c.quanto,eod.titul.c.Bene quidem.xcvi. distinct.c.Imperium.x.dist.Nec possunt habere ius eligendi in Beneficiis Ecclesiasticis , nisi eis specialiter fuerit concessum. c, cū Terra.c.sacrosancta.c.q̄ sicut.&.c.quisquis,de elect. cū simi. & p.d.c.cū terra,Ro.no.cclxxxvi.c.cū terra,& Imp.laicus ur̄. ut
7 supra uidimus.q.xxix.ergo &c.nō obst. unctione eius. † Vnde Mar.Lau.in terminis,not.cclxii.Imperatores,in Trac.de Principibus,dicit simpl̄r,q̄ Imperatores olim eligebant Ecclesiasticas p̄sonas,uice Papæ. Sed hodie secus,alleg.Io.Andr.in.c. q̄ sicut, de elect.Idem repetit ad literā not.dxviii.Imperatores. Et generaliter Imperatorem in Ecclesiis potestatem non habere, per. d. c.bene quidem. xcvi.distinct.cum simil.notat Alex. in.l. etiam.
8 iii.col.in princ.ff.solut.matrimonio. † Veritas uidetur, q̄ nec Imperator,nec aliquis alius Princeps Secularis Iure Communi potest beneficia conferre,uel in illis habere ius eligendi.ita sentit Petr.de Monte,licet in paucis uerbis,in Tract.de Monarch.
9 uersus finem.iiii.q.principali post princip. † Subdens,q̄ putat Reges , non posse ex longissima etiam consuetudine acquirere ius conferendi Beneficia Ecclesiastica,per.c.massana.&.c.sacrosancta,

sancta, de election. quia non subsunt iurisdictioni Imperatoris, per text. in Auct. ut Eccl. Ro. &. C. de Episc. & Cler. l. omnes. & l. cum clericis. & not. per Inno. De Maiorit. & obedien. c. ii. hæc ille. Et addo, quod Moder. Io. de Selua. Galli in Tracta. de beneficio. ii. parte. xix. q. in fine. dicunt, quod Ioan. Andr. & Domi. in. c. ii. 10 de præben. in. vi. tenent, † quod Laici non possunt præscribere ius conferendi, declarando not. quod habeat locum in meris Laicis, secus in Laicis Conuersis, ut ibi late per eos pro communi. Et addo per Dominum Decy. consil. cxxxiiii. uiso. ii. col. & sequenti. ubi post Ioan. And. & Doct. in. d. c. ii. & tex. & Doct. in. d. c. massana, & alibi. electionē. s. nullo modo cadere in Laicos, † & consuetudinem in contrariū non ualere, etiam si tanti temporis esset cuius Initii memoria &c. post not. d. Io. And. & Abb. in. d. locis, & alibi. Et ad idem facit, quia cum Laici sint incapaces regulariter Beneficiorum conferendorum, ut supra diximus, † quando præscribēs est incapax nō operatur etiā, nec cursus tanti temporis, cuius initii memoria non constet, & ita limitatur not regula c. super quibusdam. §. præterea, de uerb. sign. ut fuit singul. d. Io. Mon. in. d. c. ii. cum quo Abb. Anto. Bal. Io. de Anan. Domin. & Fely. ubi late pro not. congerunt. & tenent Bononieñ. in notab. lxxx. tu habes. &. d. Moderni in. d. Tract. de benefi. d. ii. parte. q. xxiii. v. col. post princip. & quæ. d. Decy. in supra allegato consi. cxxxiiii. ii. col. ante fi. Quicquid tamen sit in præscriptione, illud certum uidetur Iure Cōmuni regulariter Imperatorem, uel aliū Principem Seculare, non posse Beneficia conferre, nec super illis aliquid disponere, ut nouissime hanc questionē determinant (licet supra prius per nos allegata ita non deducant) d. Moderni, in. d. Tractatu de Beneficio. ii. parte. q. xxiii. Vbi licet prius pro parte affirmatiua. xiii. argumenta faciant pro Principibus Secularibus, & Rege etiam Franciæ, & Imperatore, tandem negatiue concludūt per tex. in. c. quod sicut. &. c cum Terra. c. quisquis. &. c. massana, de election, &. c. cum inter uniuersas, eod. titulo, &. c. ex eo. eod. titu. in. vi. † Et ratio sit, quia spiritualia non possunt a
13 Laicis possideri. c. causam, de prescrip. facit. c. fin. de rebus eccl. non alien. &. c. bene quidem. xcvi. distin. &. c. peruenit. xcv. dist. &. c. Imperium. x. distinct. & latissime hanc negatiuam resolutionem comprobāt pariter. xiii. fundamētis notabiliter plenissime d. Moder. d. loco, ubi uidendum. † Limitando primo, nisi a Se
14 de Apostolica sint Laici isti priuilegiati, ut possint conferre, uel eligere, quia tunc possunt, sic locum habet Cap. dilectus. iii. de

præben.c.cum inter.de consuetu.glo.in.c.Imperium.x.distinct. & in summa.xvi.q.vii.prout multi habent Reges,ut late prędicti Moderni.d.loco per plures col.in.d.xxiii.q.& Moderni in Tra
15 ctatu de bneficio.iiii.parte.q.viii.casu.xxvii. † Et Specula. in titulo de prębend.in.§.restat.col.fin.uersi.item not.Dixit q Imperator habet priuilegium,quod ipse uidit,Bullatum, q in qualibet Ecclesia Alemaniæ possit facere unum recipi,& refert Petr. in.d.iiii.q.in principio,& Rota,decisio.dccccxli. utrum ualeat in princi.in antiquis,dicens,q etiam de consuetudine Ecclesiæ, ad aliquos Reges spectat ius conferendi præbendas,post Specula. ubi ibi.& Archi.in.c.ii.penult.glo.de præbend.repetita in decisionibus Bissign.iii.decis.de consuet.Et Ioan.Ferald. in Tract. de iuribus,& priuileg.Regni Francorũ.iiii.uolu. Tractat. viii. Iure.dicit contra Bald.& Specul.Imperatorem non habere facultatem conferendi,sed tm̃ faciendi recipi, & q uocantur primariæ preces Imperiales,& q magna est differentia inter conferre,uel facere recipi,post Ioan.And.in addition.ad Specul. in titulo de præbend.&.c.Imp rium.x.distin.& infra hac.q.nume.
16 xxiiii. Nam non uidetur contra Specul.sed secum. † Sic Rex Hispaniæ,ex promissione etiam contracta totius Hispaniarum Ecclesię decedẽtibus Episcopis uidetur Successores nominare, qui si digni esse probantur,in prędecessorum sedibus pręficiuntur.c.cum longe.lxiii.distinct.& ibi gl.dicit,q nihil hodie subtrahit Regi Hispanię,quia sicut prius eligebat,& denominabat, ita etiam modo,ut referunt dicti Moder. in dicto Tractatu de benefic.d.xxiii.q.ix.col.post princi.Et dicit Idem Ioan. Ferald. d.loco.ix.iure,q.d.c.cum longe,habet locum ex participatione iuris Caroli Magni,qui Hispanos uicit,& rexit,ut ibi per eum, & in Rege Hisp.notat.Anton.Sicul.in Tract.de potestat.Reg. q.lv.in fine.Sed quia hæc priuilegia in facto consistunt,quatum de eis constabit,cum eis tenendum erit, non aliter &c. Iuribus
17 uulg.non enim præsumuntur. † Nec est dubitandum Papam posse tale priuilegium concedere,ut per Petrum,d.loco, & Modernos.in.d.xxiii.q.ii.col.ad finé. & supra dixi, &.iiii.col.ante finem.i.limitatione.Et latius q Papa potestatem conferendi beneficia Laico committere potest,ultra glos.supra allegatas,Bal. Anch.Rom.Ioan.And.& Doct.ubi.D.Decy.in.c.ii.de iudi. vii.
18 col.post princ. † Et ea quæ scilicet sint iurisdictionis, secus si ordinis,ut idem Decy.ibidem,pro communi opin.tenet post Abb. in.c.quanto,de consuetu.ii.col.& in not.q. de Muliere scribunt

dicti

dicti Moderni dicto loco.q.v.&.d.Decy. consilio. cxxxiiii. uiso puncto.ii.col.ante finem. Et de aliis declarationibus, & limitationibus, ad dictam Regulam negatiuam, uidendum est per Mo
19 dern.in.d.xxiii.q.latissime. † Audio inter cætera, hoc priuilegium Hispaniæ Regi concessum, q qui non est de eo Regno, nõ potest in eo habere Beneficium sine sua dispensatione, quam literas naturalitatis appellant. Et hoc habet Rex Franciæ in suo, fm Moder.in.d.xxiii.q.ii.col.in princip.vi.priuilegio, post glos.in procemio pragmat.in uerbo nonnunq̃, & in simil.glo.in.c.si proponente, de rescript.ut in.d.ii.col.prællleg. & col. pen. eiusdem q.ante medium, uersic.& causa iusta est recusandi si eligatur aliquis, qui non sit de Regno &c. † Et alias Mart.Laud. in Tra-
20 ctatu de Principibus.not.lxxiiii.Reges, notat q Reges, & Duces, sunt Patroni in Episcopatibus existentibus in Regno suo,
21 post Bal.& Archid.ubi supra. † Et alias Iacob. Aluarotus, in usibus feudorum, in titulo Episcopum, uel Abb.in princi. v.col. Dicit, q Rex Anglorum, & Rex Franciæ, conferunt præbendas ex priuilegio Papæ in suis Regnis, & infra tango etiam ad finẽ huius quæstionis, post Card.Iacob. Sic & Rex Franciæ obtinet præbendas in Ecclesiis sui Regni, Abb.in.§.quoniam uero,c.extirpandæ, de preb. Et q est Canonicus Sancti Hyllarii Pictauię Ciuitatis, & habet præbendam in Ecclesia Cenoman. Item pleno Iure confert Canonicatus, & dignitates, & Ecclesiastica, Et in hoc multum fauendum est Regi Christianissimo, & q talia non subiacent reseruationi Papæ, & q in Electionibus Prælatorum, eius debet requiri assensus, & si non præstat, non confirmatur electio, c.Adrianus, & c.In sinodo.lxiii.distinct. & q legitur in.c. hinc est.eadem distin. de quibus late scribit Io.Ferald.in Tractatu de iurib.& priuileg.Regn.Franc.viii.& ix.iure, ibi uidendum, Et addo his, q Rot.decis. dcccclxxxi. Papa Innocentius, in antiquis, quæ est in pen.car.decis.antiquarũ.refert in not.q. per Innoc.vii. factam fuisse gratiam primo Anno Pontificatus sui, Regi Franciæ q posset nominare.xl.personas idoneas in.lx. Ecclesiis Regni sui, postea ampliauit de aliis.xl.personis, Item Reginæ Franciæ, & Nauarræ Viduæ, de.xx. Ioanni, Reginę Vxori de.xx. & Regi Nauarræ de. xx. aliis personis, mandando certis Exequutoribus, q conferrẽt in illis Ecclesiis Canonicatus, & reseruarent præbendas &c. Rex Angliæ conferre uidetur Decanatum, & præbendas Ecclesiæ Cenomanens.in Normandia, c. cum inter, in parte decisa, de elect. Ant.Sicul.in Tractatu de potesta.

Regia.q.xi.ad medium. Et ad Ecclesiastica Beneficia, uacante Imperio, præsentat Comes Palatinus Rheni ex priuilegio, ut caueetur in Bulla aurea Caroli. IIII. Rom. Imp. supra relata per
22 me, q. viii. ad finem, capit. xxvi. † Bene tamen Imperator, & isti Summi Principes, cessantibus omnibus cominationibus, & quibuslibet uiolentiis, possunt uti precibus benignis, atque beneuolis, pro personis benemeritis, & zelantibus bonum Reip. Regni, ut in pragmaticis legitur, in.c.ii.§.item nec credit, de elect. referunt.d. Moderni in.d.xxiii.q.col. viii. & seq. Et late declarat, quando id sit uerum, q dicatur, & q tales preces, ut iuste nullam inducunt Symoniam, & tanq̃ benemerite sunt audiendæ, per.c. ueniam.xxxv.q.ix.& facit.c.tum ex literis, de in integ. rest. &.c.
23 tua, de ætat. & qualit. † Item Princeps quilibet in suo Regno potest impedire, ne Subditi, siue electi, possint habere Prælaturam in suo Regno, quãdo electus esset Criminosus, aut incapax, ut prædicti Moderni scribunt.d. q. xxiii. col. fin. post princi. post Abb. & gl. in.c. ex parte, de test. & similia late de quibus ibi. Custodia autem Ecclesiarum uacãtium in Regno eorum, introduci potest ex antiqua consuetudine, q spectet ad Reges, not. in.c. generali, de elect. in. vi. Ant. Sicul. in Tractatu de pote. Regia. q.
24 lvi. † Et in hac questione nostra, nouissimo loco considerãdum est, etiam q Imperator suum hodiernum ritum Ceremoniarum, non uidetur merus Laicus omnino, cum Canonicus Sancti Petri, & Ecclesiæ Lateranẽ. sit, ut supra diximus, d.q.xxix. ad fin. Vltra. D. Gomesium episcopũ Sarn. in Commẽtariis Reg. Cancellariæ.ii.q. Regulę de infirm. resignantibus, ad finem, qui simpliciter tenet Imperatorem impropriè dici Sacerdotem, Pontif. Episcopum, Subdiaconum, uel habere ordinẽm sacrũ, post Specul. in tit. de leg. §. nunc, uers. xxxix. Et cum.d. resolutione, quod ex priuilegio Papali Reges, & Principes possint conferre beneficia ecclesiastica, alias non, Et de.d. priuilegio Imperatoris supra retato per Specul. in titu. de præbend. Et q illud non dat ei collationem, sed potestatem faciendi recipi, ut supra dixi, numer.
25 xv. huius. q. † Et de priuilegiis Regis Angliæ in huiusmodi, & Regis Vngariæ, & Francię, Ant. Sicul. date in Tractatu de potestat. & excell. Regia. q. xi. incip. an Reges. Et aliqua esse beneficia Regalia, quę habẽt Reges conferre in Regnis suis, ut Rex Angliæ, Vngarię, Franciæ, Imperator, Dux Mediolanẽ. post collect. Bal. Specul. Comp. & Franc. Curt. citat. d. Aeneas de Falco, in nouello Tractatu reseruationum Romę nuper. impresso. iii.

q. principali, char. xv. num. xiii. Et addo Ant. Sicul. in. d. Tracta.
26 qui. q. xxxiiii. not. scribit, † q̃ Reges sunt Patroni Maiorum Ecclesiarum Regni, post Archid. in. c. lectis. lxiii. distinct. per illum tex. cum tribus. cc. præcedentibus, & Bal. bis, ubi ibi, q̃ Reges sunt Patroni in Episcopatibus, pro perpetuo menti tenendo, & ita tenet ipse. d. Ant. per not. per Abb. ubi ibi, licet Præpositus in. d. c. lectis, diceret illud esse speciale in illis Ecclesiis, ergo in cõtrarium Ius Commune.
27 † Et de Rege Franciæ, & Angliæ post Specul. & Ioan. Andr. notat Card. Iacob. in Tractatu suo de Concilio, lib. ii. articulo. ii. fac. lxxviii. ad fi. ut. s. habeant priuilegium conferendi certa beneficia in suis Regnis, post gl.
28 & doct. in. c. ii. de præben. in. vi. & supra dixi. † Et q̃ hodie tam modica est Reuerẽtia Laicorũ in Clericos, ut Papa de spiritualibus, & beneficiis parum possit disponere, & sæpius quasi cogatur, dare Principibus priuilegia, & iam gladius temporalis non ad tuitionem Ecclesiæ, sed ad depressionem uidetur illis datus, cõtra. c. principes. xxiii. q. v. ut refert deplorãdo angustias eorũ, Idẽ Card. Iacobat. in. d. Tractatu de Concilio, lib. ultimo, ad fi.
29 viii. articul. fac. dcclxxix. col. ii. † Sciendũ etiam est, q̃ illa, quæ capiunt Reges in Ecclesiis uacantibus, Regalia appellantur, ut per Ioan. And. post Archid. & alios in. c. generali de elect. in. vi. in nouell. col. fin. in prin. in glo. iii. & dicit patere exemplum in Regno Franciæ, & Angliæ, hodie aũt Romana cur. spolia appellat, Aliás quæ dicãtur Regalia in prophanis, per glo. in. d. c. generali. in princ. & in titulo quæ sint Regal. in usibus feud.
30 † An autem per preces pro beneficio, committatur Symonia, aliás & quando, per glo. & Scrib. in. c. tuam. de ætate, & quali. & Moder. Hisp. in Comment. super Regul. Cancel. in Regula de triennali. q. xii. num. viii. dicunt q̃ solæ preces in dubio emissæ, non inducunt Symoniam punibilem, post tex. in. c. tua. & ibi not. per Fely. & in. c. cum essent. de Simon. & q̃ bis ita in Rota Rom. fuit iudicatum.

CENTESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 *An Imperator de iure habeat aliquam potestatem in Clericos, tam quo ad bona Ecclesiastica, q̃ eorum patrimonialia.*

2 *Priuilegium Sacerdotibus, Leuitis, Artaxerses Rex, in Veteri Testamento concessit à Vectigalibus, & Tributis.*

3 *Imperator in Temporalibus an præsit uniuersis Ecclesijs, & personis. & .5.*

4 *Papæ potestatis plenitudo in Clericos, an procedat respectu bonorum patrimonialium etiam,*

Clericus in patrimonialibus laycus reputatur.

Clericorum bona patrimonialia an gaudeant priuilegio bonorum Ecclesiæ.

6 *Potestas secularis in clericos quæ, etiam quo, ad spolium, & quo ad depositum, & quo ad manus Impositionem, & quando. nu. xi. & seq.*

7 *Libertatem Ecclesijs, quam possint Reges dare, & quæ priuilegia.*

Cardinales; & Episcopi in Regno Franciæ in foro seculari conueniuntur, & quomodo ad fin.

8 *Consuetudo Anglicana, quod Rex in clericos solutos iurisditionem habeat, non ualet.*

9 *Collatio Regalium dignitatum ad Imperatorem spectant.*

10 *Clerici in criminalibus an subsint Principi seculari, etiam in grauibus, & in crimine læse. Maiestatis.*

1 CENTESIMO PRIMO Quæro, † an Imperator de iure habeat aliquam potestatem in Clericos, tam quo ad bona ecclesiastica, q̃ eorum patrimonialia Signorol. cōs. ccxviii. quidam col. iii. in princ. dicit, q licet Imperator dicatur dominus totius mundi, dominum tamen est restrictum ad temporalē potestatem, non in Ecclesiasticis, neq; bonis ab ea potestate descendentibus, per tex. in auct. quomodo oport. Epis. in princ. Et Petrus de mon. in terminis mouet hāc. q. in Tract. de Monar. ante fin. iiii. q. principali, multa pro, & contra plene allegās tandem concludit, negatiue, tum quia cum non sint de iurisditione eius ipsi, iuribus uulg. &. c. cum nō ab homine de iudic. in prin. Ergo nec bona, tum etiā quia, & per priuilegia ipsorummet Imperatorū clerici sunt exempti auct. statuimus. C. de epis. & cler. Approbata per Ecclesiam. x. distinct. si in adiutorium, & per casum. c. fin. de iudic. &. c. si diligēti de foro cōpet. cū simil. & dicit non obstare, q temporalia subsint principibus; quia respōdet id uerum. quo ad onera realia quæ directe respiciūt rem. l. munerū. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. &. c. si tributū. xi. q. i. hic autem nos loquimur de foro, in quo magis inspicitur persona q̃ res, sic ille. De isto ultimo tn̄, quomodo, qualiter, & qn̄ quo ad onera, Clerici subsint secularibus dicēdum est, ut late per Abb. in. c. nō minus de immunit. ecc. i. ii. & iii. col. & seq. & p. d. Petrū

de

de ubaldis, in Tractatu collectarum, & per Fely. in c. ecc. s. de con-
sti. iii. col. & seq. & D. Deci. x. in prin. In primitiua Ecclesia, ne-
mini dubium quin de rebus, & personis Ecclesiasticis ius dice-
rét Imperatores, ut patet in auct. de sanct. Epis. de rebus Eccles.
non alien. de Ecclesiastic. rerum alien. de Ecclesiast. titul. de sum
ma trinit. de sacr. sanct. eccles. & ibi in Rubr. notat Alci. dicens
q̃ sanctiones imperiales quę specialiter de Clericis, uel Ecclesia
rum facultatibus uerba faciũt nullius esse momẽti, quia id mu-
nus ad solum Pontif. spectat. c. Ecclesia de constitu. & fatendum,
q̃ ubi aliter iure can. constituitur, non obseruari, alioquin obser-
uandas esse non quia ab Imperatoribus latę, sed quia per Ponti-
fices uidentur tacito consensu admissę; & idem doctor, ut supra
in. l. iubemus nullam. C. de sacr. sanct. eccles. in uerbo publicatio
ne ubi Imperator confiscabat rem Ecclesiæ, & quæ infra dixi. q.
cv. Pro principali resolutiõe negatiua; Petri de mõte, facit quod
scribitur Deuteronom. xviii. cap. in prin. ibi nõ habebunt sacer-
dotes, & leuitę, & omnes qui de eadẽ tribu sunt, partem, et here-
2 ditatem cum reliquo israel, † & Artaxerses Rex priuilegium de
dit sacerdotibus, et leuitis, ac ministris domus Dei, ut uectigal
tributum, et annonas, non haberet, quis potestatẽ imponẽdi sup
eos, sub Esdra Scriba legis Dei doctissimo, ut legit. not. primo
Esdrę cap. vii. ante finẽ, & per Bal. not. in tit. de pac. tenen. & eius
viol. in § si clericus, in usib. feud. & Abb. in. c. nouit. iii. col. post
medium de iudi. a. notat. nullum clericum q̃cumq; minimum
3 subiectum esse Imperatori per. c. cũ non ab homine eo. tit. † Sed
aduertendum est, circa predictam cõclusionem absolutam Petri
de mõte, quia Bal. in marg. sua in uerbo Imperator. iii. not. notat
q̃ Imperator in temporalibus præest uniuersis Ecclesiis, & per-
sonis, nisi in rebus, et in Terris donatis Ecclesiæ, allegat not.
per Innoc. in. c. nouerit de sen. excom. & Bal. d. loco post Inno. re
ferunt, & tenent simpliciter Bononiens. mod. in repetitione. l. uni
ca. C. de rap. uirg. col. xviii. ante fi. uers. Item Imperator in tem-
poralibus, et in Libello eorũ de dignitate Impe. ii. car. in prin. &
alias nouissimi Hispani in § quedã instit. de actio. fi. col. i. prin.
4 in not. q. congerũt, † q̃ Papa in terris nõ subditis tẽporaliter si
bi, & Eccle. in patrimonialibus clericorum, non habet potestatẽ
post Innoc. in. c. inquisitioni de sent. excõmuni. cũ simil. p Alex.
cons. iii. ex his. i. col. v. libro, & q̃ Ant. de But. not. dixit in. c. cõ-
stitutus de relig. domi. q̃ plenitudo potestatis Papæ in clericos
respectu Ecclesiarum, non procedit respectu bonorum patrimo-

nialium, de quibus Papa non potest ad libitum disponere, quod dictum ibi Abb. ait se alibi non legisse, & q in patrimonialibus Clericus Laicus reputetur, secundum Abb. in c. cum dilectus, de iur. patro. per illum tex. & talem distinctionem bonorum, sequit Felyn. post Innoc. & Ant. de But. ubi supra, in c. quæ in ecclesiarum, de const. col. xi. iiii. declaratione, Alex. tamē in d. l. col. nihil expresse dicit de Clericis, sed simpliciter q quo ad temporalia
5 in Terris Imper. Papa nō se intromittit, sed Imperator. † Breuiter de hac materia, & quæstione, quæ in effectu uidetur reduci ad illam, An bona patrimonialia Clericorum, gaudeant eorum priuilegio cum bonis Ecclesię (uidetur dicēdum) post Signor. consil. ccxviii. quidam. iiii. col. in principio. & Pauli de Castro in consil. ubi Rot. Neap. decis. ccclxi. Monasterium, col. iii. in princ. dicentem, q ubi tractatur de auferendo bona clericis quæsita ex eorum contractu, q habentur pro Laicis, ut late per Felyn. in c. Ecclesia. s. m. de constitu. iii. col. ad finem. & seq. Et ibi etiam facit mentionem de conclusione supra relata Pet. de mon. in. d. iiii. q. Et concludit q gaudeat ubi est expressum, uel est omnimoda ratio, alias non, & ait Abb. semper tenuisse hanc doctrinam, & ea nos quotidie uti, licet D. Decy. ibi. xi. col. ad finem dicat, q in hac communi resolutione, animus non quiescat, propter Regulā affirmatiuam, quæ uidetur poni in c. fin. de uit. & honest. cleric. Ideo probabiliter distinguit, q quando bona principaliter sunt in consideratione, non gaudent priuilegio Clericorum, secus si persona, & hoc modo plura dicta contraria Docto. quæ ibi referuntur, simpliciter per Felyn. concordari ait, post tex. not. in. l. de cernimus. C. de Episc. aud. & Oldr. consilium, cum simili. & bene considerāti, et Petrus de Monte in. d. iiii. q. sua hanc rationem
6 uidetur sensisse, & hęc satis de hac quęstione hic. † Et alias de potestate Secularis in Clericos, reperitur quidam Tractatulus Domini Stephan. Aufr. de potest. secul. super eccle. & person. in Volumine. ix. Tractatuūm hodie ubi multa in materia congerit, (licet non prędicta,) Sed late per quatuor Regulas principales, cum suis Fallen. latissime. An scilicet, & quando Iudex Secularis de Clericis, cæterisque Personis Ecclesiasticis, ac eorum causis rebus & negotiis cognoscere, & iudicare, seu illis alias se immiscere possit, ubi uidendum euueniente casu. Et de. q. an Secularium Statutis obligentur Clerici, ultra Scriben. in. d. locis. & uulg. summatim ponunt etiam Moderni Mediolaneñ. in Auth. Cassa. C. de sacro. sanct. eccle. in uerbo sanctiones. Casus autem

alias,

alias, in quibus Iudex Secularis potest manus in personam cleri corum ponere, sine metu excommunicationis, uel percutere, po-
7 nuntur per. D. Bernard. Lantent. in. ix. Volumine Tract. † Et alias, Anton. Sicul. in Tract. de Potest. & Excellentia Regia. q. xxxi. late ponit, quam Reges Ecclesiis possint libertatem dare, & concludit posse dare priuilegia respectu temporalium, quæ ec clesiæ ab eis detinent, non respectu spiritualium, saluo iure pa- tronatus. Et do bonum tex. in. c. licet causam, de probatio. ibi, ex ex priuilegiis Imper. & Rom. Pontif. ecclesiæ, rauenn. concessis. Et generaliter uidetur dici posse, Imperatorem posse concedere priuilegia, & fauores Clericis, & Ecclesiis, cum Laici statuta fa- uorabilia etiam clericis competant. Lap. alleg. ci. iii. col. &. v. & alleg. c. ii. col. etiam si statutum specialiter de clericis loquatur. ut per Decy. not. in. c. ecclesiæ. s. m. xxiii. col. fin. & seq. in princi. numer. lxix. & lxx. & consil. cxiiii. col. ii. ante finem. & consil. cc- lxxxii. uiso. col. final. Et in priuilegio, q laici clericis concedere possunt. Decy. consil. cl. col. ii. post Lap. Dom. & Cardin. facit. d. c. licet. & cap. vii. i. Esdr. supra citatum, & not. in. c. nouit. de iu- dic. Vnum non omitto, q Io. Fab. excell Doct. Vltramontanus, in. §. fin. Instit. de satisdat. ii. col. ad medium, dicit, quicquid sit de iure, scio q Cardinales, & Episcopi respondent in Regno Fran- ciæ in Foro Seculari in realibus, & in talibus casibus defensio- nes recipiunt, & cum ipse sit de Regno. ll. eius non impugnat. Et Io. Vgo in Libro Quadruuii ecclesiæ. char. xxxii. col. ii. §. licet. scribit, q licet Clerici circa exteriora. i. salaria teneatur obedire Imperatori ut Domino Orbis. xxiii. q. ultima. c. Tributum. gl. in. c. omnis anima. de censib. Agri tamen Ecclesiarum, nulli ser- uitium præstare debent, preter ecclesiasticum, quia libera sunt illi scilicet in quibus fundate sunt, sed de aliis bonis & agris pre stant seruitium. c. Sanctum, de cens. De rebus tamen, & personis ecclesiasticis, nihil potest disponere Imperator, nec aliqua con- stitutio ualet super eis, nisi postea sit ab ecclesia confirmata. per c. si quidem. xcvi. distinct. glo. in. c. quo iure. viii. distinct. &. c. ec clesiæ de constitut. c. Laicis. xvi. q. ultima. &. c. non placuit. &. c.
8 cum Laicis. de rebus Ecclesia. non alien. † Et Rota not. decis. dccexl. utrum ualeat, in antiquis per plura deducit subtiliter, & tenet non ualere consuetudinem Anglicanam, q Rex possit co- gnoscere, & habere iurisdictionem in Clericos solutos in actio- nibus ciuilibus etiam personalibus mere, uel criminalibus, ubi agitur ciuiliter, & respondet not. contrariis, & ita declarat in fin.

not.c.causam quæ,(dic tu.ii.)extra qui filii sint legiti. Vbi dici-
tur per Papam, q̀ nō uult derogare iurisdictioni Regis Angliȩ,
quia non intelligitur de clericis, qm̄ in eos nullam iurisdictio-
nem habet,nec habere potest,ut per Rot.not.d. loco. Et eadem
decisio est repetita inter decision.Bissign. ii.decisio. utrum sub
9 Titulo de consuetud. † Collatio tamen Regalium dignitatum
pertinet ad Imperatorem,licet Papa quantum potest usurpet.no
tat Bald.in Titulo de feud.march.col.ii.in princip.& supra dixi
10 q.lxviii.latissime. † In criminalibus etiam ,Clericus nō subest
Regi,nec Principi.c.cum ab homine,de Iudic.extra,etiam quod
cunq; crimen sit.ut ibi text.& per eum Decy. in cap. at si clerici.
de Iudic.in fine principii,etiam nec ex crimine læsæ Maiestatis.
In principem ipsum per clericum commisso. ut not. per Signor.
consilio xxi.statuto Ciuitatis,col.ii.de quo dicendum est,ut per
Hispa.Moder.in.§.rursus. Instit.de action.col.xvi.nume. xxiiii.
11 ubi uidendum,& tetigi infra.q.cxix.ad fin. †. Prædictis etiam
addendum est, q̀ licet secundum opin.multorum Docto.Canon.
causa possessorii beneficii ecclesiastici,tanq̄ spiritualis,non pos-
sit cognosci per Iudicem Secularem.ut late ubi infra. Tamen in
consilio Neapol.fuit conclusum, q̀ consilium prædictum,& per
consequens Iudex secularis,potest de iure querelanti de spolio
beneficii ecclesiastici facto per clericum succurrere,& prouidere
oppressionibus,officio charitatis,nō iudiciario ordine,per mo-
dum scilicet,defensionis extraiudicialis, super euidenti spolio,
& q̀ ita resoluuntur contraria,ut late not.reperitur in decis.nea
pol.xxiiii.Quidam.& licet ibi supponatur quędam spālis,con-
stitutio Regni,In materia,tamen & de Iure Communi uidetur
etiam loqui,& rationes militant,ut ibidem numer.ii.iii. iiii.v. &
seq.&.i.addit.excussis saltem prius uiribus Ecclesiasticis, post
Luc.de penna.in.l.si coloni.C.de agric.& cens.libr.xi.col. pen.
12 & fin. † Item q̀ iudex secularis potest cogere clericum ad re-
stitutionem depositi,cum clericus est depositarius ex ordinatio-
ne Iudicis secularis,non proprie per modum Iudicii, sed execu-
tiue in consequentiam officii suscepti.post Bald.in.l. acceptum.
col.i.in fi.C.de usur.& Bal.& Ias.in.l.si fideiussor.§.si satisdatū.
ff.qui satisd.cog.& Decis.Tholos.clxvii.

Centesima

CENTESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 *An Imperator possit legitimare in Terris Ecclesiæ.*
2 *Imperator proprium Subditum etiam in Terris Ecclesiæ legitimat.*
3 *Legitimare an possit Imperator post mortem patris non subditum.*
4 *Legitimatio viuente patre ab Imperatore in Terris Ecclesiæ valet.*
5 *Clericus legitimari non potest, etiam nec in vita patris, á Principe Seculari.*

1 CENTESIMO SECVNDO Quæro, † an Imperator possit legitimare in Terris Ecclesiæ. Alta, & profunda questio est, & quia locum propiium habet, & ordinarie tractatur per Scribentes, post Abbat. in. c. per uniuersalem, qui filii sint legitimi. vi. col. & seque. non insistam. Solum addo q etiam hanc questionem late u ltra loca uulg. examinauit, per plura Capitula distinguendo. Mart. Laud. in disputatione sua de legitimatione, incip. Augerius. x. cattha. i. col. & seq. iunctis his q dicit. vii. car. ii. col. & seq. et ibi magistraliter per plura Capita, ut puta quid, quando legitimat in loco Imperii, non tamen Subditum, & quid quando bona sunt in iurisdictione Imperii, uel non, ubi notanter & plenissime uidendum. Et per Modernos Ferrarienses. D. Lud. Sard. in Tractatu de legitimatione. x. charta. iii. col. x. q. Et per. D. Anton. Rosell. in Tractatu legitimationum. lib. ii. vii. col. ad finem, uersic. uiso namq. Vbi hanc. q. ponit, examinatam. & plene congerit oppy. & Scrib. & precipue de differentiis. An uiuente patre, uel mortuo, qnam Bal. fecit, & per. D. Nicol. de Vbal. nostrum Perusinum, in suo Tractatu de successi. ab intest. vii. char. iiii. col. uersicu. quid de Imperatore. Et per. d. Benedi. Capr. nostrum Perusinum, in consil. ii. cum uiso. v. col. & seq. Et cum adsint loca propria ordinaria multa, superfluũ esset transplantare dicta Doct. hic, in hac uulgatissima. q. Satis sit, ali-
2 qua loca extranea in materia adduxisse, pro nunc. † In uno tamen Capite uidentur magis communiter Scribentes conuenire, scilicet q proprium Subditum, Imperetor, etiam in Terris Ecclesię possit legitimare, precipue illa ratione, quia est iurisdictio uoluntaria, prout de hac communi testatur, & consuluit. D. Bened. in. d. consil. vii. col. &. x. in principio. &. D. Anton. Rosell. in d. ii. lib. viii. col. ad finem, uersic. si autem legitimat. & ille Sard. in. d. x. q. & Bal. in. l. i. ante finem. C. de iur. aur. Et nouissime etiã in hac. q. (licet nulla mentione facta de pdictis locis,) not. & magistraliter. iiii. casus ponit. D. Io. Groth. in repetitione. §. et quid

si tantum.l.Gallus.ff.de liber.& posthumis. penulti. col.& seq.
3 † Primum quando legitimat post mortem Parentis, non Subditum, Secundũ quãdo uiuente patre, & ad eius petitionem pro magis cõmuni, ꝙ sic. Tertium quando Subditum Imperator legitimat. licet in Terris Ecclesiæ. Quartũ quando Imperator legitimat Filiũ Sacerdotis in loco sibi subdito. Sed iste ultimus casus non uidetur proprie esse de quęstione nr̃a. In quibus quatuor casibus late allegat præfatus Doctor, ubi supra, Cui addo,
4 ꝙ cum.d.secundo casu, † quãdo legitimatio fit uiuente patre, ut teneat etiam in Terris Ecclesiæ, uidetur communis opinio, ut alias scribit nouissime.D.Decy.consilio.lv.iiii. col. illa ratione, quia neminem lædit, & est uoluntariæ iurisdictionis, & in consil. cl.ii.col.post princip.& in consil.ccvii.in principio.col. fin.& in consil.cccvii.ii.col.& quod pulchre notat Bald.in.l.exequutorẽ, xi.col.in fin.C.de execut.rei iud.uersi.item non sic Imperator.
5 † Limitando not. nisi esset Clericus legitimandus, quia tunc etiam nec in uita patris legitimat Princeps Secularis, sic Decy. in.d.consil.cl.penult.col.in princ.post Corn.& Petr.de Perusia, ubi ibi.&. d.Bened.in.d.consilio.ii. Pro qua limitatione faciunt quę not.tradunt alias Moderni Bononienses in not.casu, & decision.not.dclxvii.sępissime. De prędictis tamen latius dicendũ, & uidendum est, in locis prędictis, ubi cum ordinatim & plenissime tanq̃ in propriis locis, & Tractatibus examinentur omnia, in materia ne superfluo bis. Idem repetamus, alienisq; laboribus carthas nostras impleamus hic, hæc sufficiant. Et tertio casui supra addo. Decy.consil.dlvii.accurate.col.fin. ubi scilicet, communem esse attestatur Imperatorem, uel ab eo habentem autoritatem, non posse legitimare extra Territorium non subditum, licet subditum sic, & ꝙ ita dictum Bald.ubi ibi, intelligitur post ipsummet.& Anto.de But.Bar.Capr.& Corn.subscribendo Domino Hormanotio.Deto.& Ioan.Victorio Soderinio.

CENTESIMA TERTIA QVAESITO.

1 *An Imperator possit renunciare Imperio, & in manibus cuius.*
2 *Papa renunciare potest Papatui.*
3 *Character an imprimatur in Imperatore.*
4 *Character est in Sacramentis, & in quibus.*
5 *Character quid sit.*

Imperator

5 CENTESIMO TERTIO Quaero, † an Imperator possit renunciare Imperio, & in manibus cuius. Olim enim, constat aliquos quandoq; Caesares Imperio cessisse, ut tradit Episcopus Sarnens. vbi infra, ad finem huius quaestionis. Et breuiter dicendum est q; sic, in praeiudicium scilicet suum, ut nō sit amplius Imperator, non tamē praeiudicat Caesari Successori, ut de se patēs est, ita ad literā infra in alia quaestione tradit Ant. de Rosell. in Tractatu de potest. Papae. xv. car. iiii. col. uersic. tertium argumentum, in principio, per. c. i. de renuncia. in. vi. ubi id
2 expresse determinatum est in Papa, † ut possit renunciare Papatui, de quo latissime scribit per. viii. not. articulos, Aug. de Ancho. in Tractatu de potest. Papae. q. iiii. Rationes autem in contrarium, cur Papa (uideret dicendum) non posse Papatui renunciare, not. per. eum in. d. viii. articulis, & per glos. not. in. d. c. i. in uerbo uidebantur, & latissime in Papa. Ad utrunq;. D. Anto. Rosell. in Tractatu de potest. Papae. xxvii. car. iiii. col. in princip. q. Et in casu nostro in Imperatore uidebatur, q; non posset renunciare, etiam nec quo ad sui praeiudicium, quia in Imperatore im-
3 primi uidetur Character, † ut in. c. q; quidam. §. si forte. i. q. i. ibi Characterem, iuncta. l. i. ff. de milit. testam. Ibi Commilitones, Vbi autem Character imprimitur, renunciari non potest, ut

aliás not. Aug. de Anch. in. d. Tractatu. q. iiii. articulo. i. uersicu-
respondeo dicendo. stringendo, quia Imperator ungitur, & con-
secratur, ut supra late diximus. xvii. q. & sequentibus questioni-
bus. Et in Sacramentis esse Characterem per Abb. in Rubr. de
5 sacram. non iteran. i. q. Ibi, † Sacramentũ est Character quidam,
Character aũt est signum indelebile, inseparabile, spirituale, &c.
ut per Abb. d. loco. iii. q. ergo &c. Et etiam quia aliás Vassallus
si uult renũciare feudo, potius quám seruire Domino, Dominus
non tenetur recipere renunciationem, quia uidetur datum gratia
utriusq;. Bal. in. c. i. de noua form. fidel. And. & Bald. in prælud.
feud. Doct. in. l. is. cum quo. ff. de acqua pluu. arcenda. Card. in
Clem. pastoralis. §. deniq;. de re iud. decis. Neap. cclxv. Illustris-
6 sime. vi. col. nu. li. † His respondẽdum est, q; Imperator impro
prie consecrat́, nec est in Sacris Ordinibus, ut supra dictum est
q. xxix. Et licet ungatur, & unctio sit sacramentum, ut per Abb.
d. loco. iii. q. in princip. non est de illis, in quibus Charaster im-
7 primiť, † quia illa sunt de septẽ tria, scilicet, Fons, Ordo, Crisma,
et per Diuum Thom. iiii. distinct. xxiii. nec obstat text. in. d. §. si
forte, quia ibi de Charactere Militiæ loquitur text. quem licet
Imperator haberet ut miles, iuxta. d. l. i. nõ est, nec loquitur tex.
in Charactere spirituali, de quo per Abb. in sacramentis conside-
8 ratur, & alías in. d. Rubrica. † Sed de illo stigmate, & nota mi
litiæ, de qua per glo. inter alia requisita olim ad militem. in. l. pe
nult. ff. ex quibus caus. maior. & in. §. fin. in Auct. de mand. Prin.
ut et declarat etiam glos. in. d. §. si forte, in uerbo exhorruit. Et
profecto cum sit expressum in. d. c. i. Papam ipsum omnium Su-
periorem, supra quem nemo uiuentium est, posse Papatui renun-
ciare, consequens & contrariũ uidetur maioritate rationis posse
ipsum Imperatorem, qui ei subest, ac eum in Superiorem reco-
gnoscit. arguendo á cessatione rationum per glos. in. d. c. i. in
uerbo uidebantur, in princip. Et facit Regula. l. si quis in conscri
bendo. C. de. pactis, cum simili. iuncta. l. ex imperfecto. C. de te-
stam. & l. digna uox. C. de. ll. cum concor. Ad illud de Vassallo
termini sunt diuersi. Et quia Imperator non est proprie Vassal-
9 lus Papæ, ut dixi supra. q. xxxvi. in fine. † In cuius autem ma-
nibus renunciare debeat Imperator, cum id faceret, Mart. Laud.
in Tractatu de Princip. not. ccccxli. Imperator, simpliciter dicit,
q; non potest renunciare Imperium, nisi in manibus Papæ, qui
eius est Superior. Sed Papa qui non habet Superiorem, potest
renunciare, per. d. c. i. de renunciat. in. vi. & per notat. in. l. Barba-
rius.

rius.ff.de offi.Præt.ubi nihil uideo notari ad rumbū.q. nostræ, in tex.nec in glos.Sed Bald.sic,ut infra dicemus.Dictum tamen Martini uidetur rationabile in se,praecipue per text.cum glos.in
10 l.pen.ff.de offic.Præsid. † ubi text.iuncta glo.uult,q quis iurisdictioni non potest renunciare, nisi in manibus Superioris, unde alias per illū tex.&.c.admonet.&.c.q in dubiis.de renun
11 ciat.Rom.notat not.cccxlviii. † An Tabellio,q non pōt Tabellio officio Tabellionatus quandocunq; uult renunciare, illa generali ratione,quia nemo possit officio sibi concesso renunciare, nisi in manibus Superioris concedentis, dicit inducere, ad hoc Bald.in.l.filius,de fur.sed non inuenio, est tñ bonus tex.not.in l.fin.C.de defens.Ciuit.& infra.q.cx.casu.cclxxix.&.liii.Et per d.l.pen.in Imp.q non potest a se abdicare Imperium, nisi in manibus eius,a quo habet,notat Signorol.consilio.xxvi.q.talis est. col.pe.& generaliter p.d.c.admonet.&.d.c. q in dubiis.Forma
12 tur alis regula, † q in eius manibus,debet renunciari beneficiū, qui potest inuitum destituere,Rota decis.clxxviii.emancipatio, in nouis post Inn.&.dxxxi.Quæritur,in antiquis,post Io. And. Innoc.Archi.&.dlxxiii. quidam in eisdem.Ias.in.l.postq̄ liti.in princip.post Alex.C.de pact.facit.c.deniq.vi.q.iii.&.c.Abbas. in principio.xviii.q.ii.cum simil.& est communis sententia, secundum Card.in Clem.i.vi.col.vii.q.de renunciat.& not.Bart. per.d.l.pen.quæ incipit Legatus,&.d.c.q in dubiis, in.l.i.ante finem.C.de petition.bon.sublat.libro.x.uersic. Item præbenda. Et in quæstione nostra Anton.Rosell.in supra citato loco dicebat,Imperatorem (quia secundum eum non recognoscit Superiorem) posse renunciare simpliciter in manibus alicuius, sicut de Papa,alias in.d.c.i.Sed quia maior est falsa,secundum communem,ut supra uidimus.q.l. nam scilicet Papā in Superiorem recognoscit,ergo in eius manibus uidetur debere renunciare,ar
13 gumento,á fundamento cessante. † Vlterius insuper in hac.q. in primis considerādum uidetur,q dato,q opinio Martini esset uera in se,quando Imperator esset approbatus unctus, consecratus,& coronatus á Papa, & cadunt rationes supra consideratæ, & similes,ubi solum electus esset ab Electoribus, quo casu licet propriè Imperator non dicatur,Effectus tamen, & iurisdictionem eius habet, ut supra plene uidimus. q. xlvi. qui repugnat tunc,q ubi adhuc scilicet,manus nō apposuit Papa, in manibus Electorum(á quibus solis tunc immediate habet,& creatus est) non posset renunciare?prout in simili.q. supra etiam cōsideraui,

14 q. lxxxii. uersiculo. & ex his uidetur. † Sic aliás in simili est, q electus in manibus Eligentium, etiam post consensum, ante confirmationem renunciat. Rot. not. decis. cclxix. si aliquis, in nouis, ubi & q idem in electis ad Episcopales Dignitates, sm omnes Modernos, Et de Presentato, in manibus præsentantis Patroni, nondum sequuta Institutione, ut ibidem, & Rot. decis. dccclxv. Patronus, in. q. in antiquis. post Io. Andr. & Arch. Et hoc modo posset forte procedere, id (quod tñ simpliciter tangit) nouissime in. q. de qua infra ad finem huius questionis, Episcopus Sarnens. in lib. super Regul. Cancell. in. ii. q. Regulæ de infirmis resignantibus, infra. xx. dies, ubi in not. q. sentit generaliter, de cõsensu Papæ, uel Electorum, posse Imperatorem renunciare Imperio, Cessante autem dicto consensu q ualeret, quo ad præiudicium renunciantis, non in fauorem eius, pro quo renunciaret.

ii † Item quando solum esset electus, nondum tamen acceptasset, tunc in manibus cuiuscunq uidetur, q posset renunciare, quia dicta Regula. d. c. admonet, &. c. q in dubiis, cum simil. de renunciat. habet locum in acquisitis, nõ in acquirendis, & in iure in re, non in iure ad rem tantum, quia tunc in manibus cuiuscunq No tarii, Abb. post Io. And. & Goffr. in. d. c. q in dubiis, post princi. in glo. ii. & ultra eum Rot. not. decis. supra allega. clxxviii. Idem decis. ccxc. nota q licet, &. cccxxviii. nota q ubi est quis in antiquis, ubi etiam idẽ in præsentato ante institutionem, & quædam aliás late scribunt quidam Moderni, Franciscus niconit. in quibusdam allegationibus eorum prima parte alleg. vii. licet unica, in princ. & Rot. decis. dlxxiii. quidam, post medium, in antiquis. Card. in Clem. i. de renunc. vii. q. vi. col. Et in terminis addo Iac. Aluarot. in titulo quis dicatur Dux, in usib. feud. col. vii. in prin. uersi. quero an Imperator, Vbi post Bal. concludit Imperatorem in manibus Electorum non posse renunciare, quia non sunt eius Superiores, per. d. c. q in dubiis postq̃ Imperator scilicet, est cõfirmatus, tantum, uel etiam coronatus. Quia cum tunc nõ habeãt facultatem destituendi, ergo &c. Sed bene re integra posset electus non acceptare electionem, & renunciare, etiam absentibus Electoribus, arg. l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest. Aliás autem, q dicta renunciatio, deberet fieri de licentia Papæ, qui est Superior eius, & Supremus Vicarius Dei, qui posset etiã ipsum propter crimina deponere. d. c. ad Apostolicæ, de re iudi. & q ita tenet Bal. in. l. Barbarius. ff. de offi. Præto. Sic Iac. not. d. loco. & Bal. ad literam etiam dicit in. d. l. Barbarius. i. lectura ante finẽ. uersic.

16 uersic. sed hic quero. † Item cauendum, quia dicta Regula dicto cap. admonet, &.c.ꝙ in dubiis. cum simili. ut renunciari debeat in manibus Superioris, alis non teneat. Intelligitur quo ad præiudicium Superioris, uel Ecclesiæ, si non uult habere. Nam si uult admittere, & ratificare resignationem, priuatur beneficio, nec posset resilire, nec repetere beneficium, ut per Rot. decisione dlxxiii. quidam in antiquis, tamen donec ea ratificatio non sequatur, habet ius in beneficio, & remanet intitulatus. Rot. dicto loco post opi. Inno. in. d.c.ꝙ in dubiis, quia ueram dicunt, & tenent Moder. in Tractat. de Benef. iii. parte. q. xi. qualitate. xviii. Sed alii dicunt, ꝙ tenet in præiudicium renunciantis, gl. & Abb. in. d.c. ꝙ in dubiis. in princip. ii. opp. ꝙ ibi. ii. col. in uersiculo in quantum. glo. declarat id uerum, si in manibus alicuius Clerici, licet non prælati superioris, sed in manibus Laici nullo modo, sed priuatur à iure, ut in illo text. quæ tamen cadunt in illis terminis in Beneficialibus, in quibus hic proprie, nos non sumus,
17 † Item tenet renunciatio, etiam in manibus nō Superioris, etiā in dictis iuribus quo ad præiudiciū possessionis, quia in illa nō est quid spiritualitatis, uel uinculi indissolubilis, & quia facilius
18 possessio perditur. † Item perdet facultatem interim administrandi, secundum Abb. post Inn. in. d.c. ꝙ in dubiis. ii. col. ante finem, uersic. licet. Innoc. post gl. not. in. c. ꝙ Dei. de statu mona. in glo. iii. Et dicit Card. de possessione in Clem. i. de renuncia. q. ix. Hæc omnia putarem(salua meliori sententia) in hac. q. posse
19 considerari, cogitabis. † Quibus adde etiam, ꝙ qui renunciat in manibus non habentis potestatem admittēdi resignationem, non repellitur propterea ab agēdo, contra intrusum illa ratione, quia talis renunciatio non priuat iure suo renunciantem, licet bene per Ordinarium posset priuari beneficio, d. c.ꝙ in dubiis. & ibi Innoc. & Doct. & tenet renunciatio in præiudicium sui, ut supra scilicet, ageret contra Ordinarium ad beneficiū restituendum, ita not. tradit Rot. dictum fuisse, quasi per omnes, in titul.
20 de renunc. decis. iii. quidam, in antiquioribus. † Et in Imperatore ultra iam dicta, exornando hanc. q. addi potest, an sub Regula Cancellariæ Rom. de infirmis resignantibus infra. xx. dies, comprehēdatur Imperator, qui in infirmitate constitutus, renūciaret Imperio: quam. q. ponit nouissime hodie Epus Sarnēs. in suis Commēt. sup Regul. Cancella. in. d. Regul. q. ii. & tandem post argumenta ad partes tenet illi Regulæ nō esse locum, si Imperator renunciet cum consensu Electorum, uel Papæ, per ratio-

nes.de quibus ibi, sed q̃ cessante.d.consensu, renunciatio quantum ad renunciantem ualeret, non tamen in fauorem illius, in cuius fauorem fieret, si imperator renunciãs moreretur post. xx. dies, dicit, sed credo q̃ uelit dicere infra .xx.dies, patet ex quo subdit, quia esset locus huic Regulæ.

CENTESIMA QVRTA QVAESTIO.

1 *An Imperator possit donare de rebus Imperij.*
2 *Imperator potest donare Ecclesiæ Vniuersali.*
3 *Constantinus Imperator donauit non solus, sed etiam cum omnibus Satrapis, Vniuerso Senatu, Primatibus, & cuncto populo.*
Donare potest Imperator: si non grauiter Regalis Dignitas lædatur. & seq.
4 *Imperium est simile Corpori humano, cui membra abscindi non possunt.*
5 *Imperator, seruilis, & miserrimæ conditionis esset, si aliquid donare non posset.*
6 *Nobilitas ex Largitate cognoscitur.*
7 *Donare potest Imperator, si status multùm non minuatur, aliàs non.*
8 *Subditis inuitis: & hominibus, loci Princeps non supponit locum &. 13.*
9 *Pacis commodo Princeps alienat, quæ aliàs non.*
Item in remunerationem.
10 *Alienare an possit Princeps Prouinciam de nouo quesitam propria virtute, & iusto Bello.*
11 *Ecclesiæ res de nouo quesitæ an possint alienari.*
12 *Patrimonij bona Imperator alienat.*
13 *Rex an vendat vnam Ciuitatem suam sine consensu Ciuium.*
Imperio an querantur de nouo quesita ab Imperatore.

CENTESIMO QVARTO Quęro, † an Imperator possit donare de rebus Imperii. Ista questio uulgaris est, & in uariis locis traditur. Resoluendo, omissis disputa-
2 tionibus uidetur dicendum. † Imprimis ante omnia, q̃ si Ecclesiæ Vniuersali donaret, ualeret, per ea quę supra late, cũ communi opp. dictum fuit, ualuisse donationem factam á Constantino Ecclesiæ Roma.q.li.precipue ultra alias speciales rationes, quia tũc est potius quędã resignatio, q̃ omnino de nouo datio. Et allegaui inter alia, c.not. in. §. si minus, in Auct. de non alien. ubi dicitur, q̃ facile, & permissum est Principi dare, precipue Ec-

clesiis, in quibus optima mensura est donatarum rerum immensitas, & ꝙ nec multum differunt Sacerdotium, & Imperium, qui est tex. multum not. pro ualiditate.d.donationis Constantini. ultra Scrib. Et ita etiam pro expedito hunc casum dicta ratione ponunt Moderni Hispani in §. Item seruiana. Inst. de actio. col. xviii. in princip. & Alex. consil. xxiiii. ponderatis, ad finem, libr. v. & in.l. filius quem Pater, ad finem princip. ff. de lib. & posthu. quamuis tex. in.d.c. fundamenta. §. nec autem, de elect. in. vi. sup
3 ponat, & referat, non † donasse Constantinũ solum, sed etiã cum omnibus Satrapis, & Vniuerso Senatu, Optimatibus etiam, & Cuncto Populo, ut ibi legitur, & post Bald. ita in donatione Ecclesiæ aduertit Felyn. incidenter, in.c.i. de probat. iii. colum. ii. declaratione, uersicul. & ideo Constantinus. & supra dixi.d.q.li. numer. viii. Aut donat aliis, & tunc dicit Bal. in prima Rubrica. C. iii. col. ꝙ de hac quæstione semper fuit litigatum, quando scilicet ita donaret, ꝙ in illo Territorio nullã retineret iurisdictionem, & ꝙ Successor non possit reuocare. Et distinguit, ꝙ aut donat per nomina quotæ dicendo, Dono tertiam, uel quartam partem Imperii, & non ualet, quia Imperium est indiuisibile, sicut Pontificatus, quod esset quasi Monstrum, si Mundus haberet duo capita in Temporali Iurisdictione, facit tex. not. in titul. de Allodiis, in princip. Ibi districtum, & iurisdictionem Imperatoris uendere, non præsumat, & si fiat non ualeat. Aut donatio fit per nomina rerum, uel Ciuitatum, & ualet, quia per hoc Imperiũ se non diuidit, nisi Imperium enormiter lædatur. post Spec. ubi ibi. &.c. intellecto. de iureiur. Idem Bal. not. in addit. ad Specul. in titulo de instrum. editio. col. iii. ad medium. addens ꝙ tamen non potest tantum donare, ꝙ uilescat sua Autoritas. per ea quæ ibi, nec se facere minorem in fraudem Imperii. Idem Bald. alibi, ubi per Ias. vii. car. ii. col. post princip. infra citato loco. & cum Ias. Nouissimi Taurinẽ. in.l. Imperium. xix. col. in principio. ff. de iurisdict. om. iud. Ias. in Commentariis suis, in usib. feud. vii. car. i. col. post Bal. ibi latissime arguentem, in effectu distinguit, ꝙ aut alienat, & donat expropriando, & penitus abdicãdo omne Dominium, Iurisdictionem, & Dignitatem, & non potest, quia esset deformare Principatũ. post. tex. & Doc. in.d.c. intellecto. & addo ꝙ facit.d.c.i. de Allod. in principio. Aut alienat retinendo Dominium directum, uel Superioritatem saltem, & tunc ualet alienatio per ea quæ ibi, & Alex. dicto consil. xxiiii. ad finem. & d.l. filius quem pater. ad fin. princip. Item ꝙ si donatio non cedit

in magnam Iurisdictionis Regalis diminutionem ualet, & præiudicat successori, per.c. Abbate sane. de uerb. sign. in. vi. & ibi Doct. Bar. & Bal. ubi ibi not. Et sic considera primo, q Ias. in. d. prima col. & ante eum Bal. ibi. iiii. col. uidentur reprobare illam distinctionem, quam alias ipsemet Bal. fecit in. d. i. Rubrica. C. q res, non quotas donare non potest. & expresse Bald. in. d. iiii. col. dicit hanc distinctionem esse falsam, quia Imperator nō pōt
4 capitis Imperii membra mutilare, † nam Imperium est in similitudine Corporis humani, á quo si abscindatur Auricula, non erit Corpus perfectum, sed monstruosum. Ista questio est materia ordinaria. d. c. intellecto. ubi omnes, de iureiur. Et illa ratione, quia Augustus Imperator, uno modo, dicitur etiam ab augēdo. Et Ant. Sicul. alias in Tractatu. de potest. & Excellentia Regia. iiii. q. late ponit. An Rex possit donare de rebus Regni aliqua. & post multa & uaria dicta scrib. Bart. Bald. Brix. Firman. Oldra. Ioan. And. Paul. de Castro. Card. Inno. Hosti. Abb. Alb. Io. de Anan. & multa iura, concludit, donationem ex qua grauiter non lædatur Regalis Dignitas, fieri posse & ualere. & Idem
5 q. lxxv. † Et q als seruilis esset conditionis, & miserrimę Rex, & Imperator, si donare aliquid non posset. & Oldra. not. consil. xciiii. ultima col. & tex. not. in. l. cum multa. in fine. C. de bonis quę libe. l. sancimus. in fine princip. C. de donatio. l. donationes quas Diuus. C. de donat. inter ui. & uxo. l. ii. & iii. C. de quadrię. præscrip. l. filiusfamilias. ff. de donationibus titulo generali. uer
6 sicu. pone eum filium. † Vnde per illum tex. als Rom. notat Nobilitatem cognosci ex largitionibus. in not. dcxliiii. Nobilitas, & proprie Regum est donare. c. i. de donat. extra, et Nobilitatis. ut ibi. & dixi infra. q. cx. casu. ccxiiii. unde glo. alias dicit, q qui diues est, multum debet donare. in. l. sed si ego. in fine. ff. ad Velleia. per tex. not. in. §. finimus. in Auct. de non alienādis. ubi text. notab. in Imperatore ait, ei esse facile dare, quia ei plurima dedit Deus habere, & multorum Dominum esse &c. Et ideo tex. in. d. c. intellecto. infringit non omnes donationes, sed dicit de alienatis in prę iudicium Regni, & cōtra Regis honorem. ut ibi in illo tex. Ideo. D. Decy. in. c. i. de probat. iiii. col. in princi. cōtractum Principis dicit si magnam diminutionem suæ iurisdictionis cōtinet, nō tenere etiam si adhibeatur iuramentum. per. d. c. intellecto. & q ibi Bal. & Bart. & Bal. alibi. ubi ibi. Et cum hac distinctione, an sit in magnum prę iudicium uel diminutionem Regni, an nō, transeunt. per dictum. c. intellecto. Moder. Brix. Dominus

Bonus,

Bonus, de Curtili, in Tractatu de Nobilit. iii. parte. col. xv. in princip. post tex. in. d. c. Abbate sane. & Bar. in. l. prohibere. ꝟ. plane. ff. quod ui aut clam. & facit. l. pen. ff. de offi. Præsi. secundum unum intellectum. sed. d. Iacob. de Sancto Georgio in suo Tractatu feud. in uerbo in feudum. in principio. transit cum distinctione Baldi, in. d. princip. feud. distinguens in. ii. Capite quãdo retinet aliquid, puta directum dominium, quod aut uergit in ma
7 gnum præiudicium Principatus, aut nõ. † Sed placet satis dicta distinctio Anton. Sicul. & seq. scilicet, ut cõsideretur an status multum minuatur, uel non, & cum ea scribit Deci. cõsi. exci. in causa quæ agitur. in princip. post Bar. Oldr. & alios, & Fely. in. d. c. i. de prob. iii. col. iii. declaratione, & in prima col. in prin. & in. c. ad audiẽtiam. ii. col. extra de præscript. uersic. de aliis. Et Mart. Laud. not. cxlvi. licet, in Tractatu de Princip. post Bald. etiam idem concludit. per. d. c. Abbate sane. & c. intellecto. & per dictam rationem Oldra. Anton. Sicul. in Tractatu de potest. Regia. q. lxxv. Eo casu autem, quo nõ potest; facit quia cum Imperium hodie, nec pars eius non deferat̃ successione, sed electione, ut supra. vii. & viii. q. quæ nõ transmittentur, etiam cedi nõ possunt. l. ex pluribus. ff. de administra. tut. ubi Bar. cum simil. ergo
8 &c. † Circa præmissa etiam considerãdum est, ꝙ inuitis hominibus loci, nõ uidetur Principem posse locum alii subiicere. not. dictum Host. Io. Andr. Ant. de but. Abb. & ab aliis sequutum in c. dilecti. de Maior. & Obed. secundum. d. Decy. in. d. c. i. de probat. iii. col. ad finem. uersiculo retenta conclusione. & Bald. alibi. ubi ibi, & ante eum ibidem Felyn. pro sing. iii. col. uersicu. ii. declara. & in. c. ad audientiam. ii. colum. de pręscrip. uersiculo plus dixit Hostien. & in. c. dilecti. de Maior. & Obed. ii. col. in uerbo hominibus inuitis, & Deci. consil. dlxiiii. in causa, col. iii. & infra nume. xiii. in fine huius quęstionis. & communem, & ueram ait Curt. Iunior. consilio. clxxiiii. in causa, col. iiii. lib. i. pręcipue quãdo per talem alienationem fierent Subditi deterioris conditionis. ut si fieret in minorem Dominum, late congerẽs. & est bona glo. in. l. inuitus, in principio, post illum text. ff. de fideicom. liber. & latissime congerunt Moder. Hispa. per illum tex. ꝙ Principes nõ alienent Terras, sine uoluntate Subditorum suorum. in ꝟ. itẽ Seruiana. xvi. col. ad finem. Inst. de actio. post Ias. & Ang. etiam ibi, & late Ias. Præpos. Paul. de Castro. Corn. Hippo. de Mars. & Io. Fabr. alibi ubi Ibi, ac And. Sicul. in consil. xi. illud
9 ad fi. ii. col. libr. ii. limitañ. not. ut ibi. † Pręcipue nisi princeps

pro commodo Pacis alienaret, ut ibi late cumulat, & facit totus titulus de pac. const. in usib. feud. & ibidem Quid etiam quãdo propter remunerationem Princeps alienaret, ibi late uidendum de his, et aliis. Et prędicta plane procedunt in his, quę sunt de pa
10 trimonio Regni, et Imperii. † Quid autem si Princeps sua uirtute quęsiuit aliquã Prouinciã iusto bello, propter quam ipse, et suus Principatus, magnum consequitur commodum, an possit donare, uel alienare? dicti Moderni Brix. in dicto Tractatu de Nobilitate. d. iii. parte. col. supra citata. xv. post princip. mouent hanc questionem, & nõ decidunt, sed remittunt ad quędam loca Scrib. quę tamen (pace sua) uisa, nõ ponunt specialiter in terminis hanc. q. nostrã de acquisitis nouiter sua uirtute, sed solum generaliter, an Princeps possit alienare res Regni, uel Imperii, de quo supra diximus. Vnde ego credo, ꝙ sit de iure idem in his quod & in aliis Imperii rebus, cum ut Imperator querit, illa precipue consideratione, quia quæ acquirit, ut Imperator, hodie et quãdocũq; de iure, Iam omnia Imperii erant, licet de facto multa nõ teneat, ut supra uidimus, secundum communem sentẽtiam, in. q. lii. unde cum quæ acquirit ad suam naturam. i. ad ius Imperii redeãt, eius iure fungi debent, ut sint scilicet inalienabilia secundum distinctionem supra factam in aliis rebus Imperii, Iur. uulg. l. filio. ff. de liber. et posth. ibi nõ translatus, sed redditus ui
11 detur. † Item quia non posset licite ista de nouo acquirere, mouendo Bellum, nisi quia Imperator, ut infra suo loco dicemus. q. cvii. Sic, & alias in simili uidemus, ꝙ cõclusio, & decisio illa quę habet res Ecclesiæ, nõ posse alienari, nisi seruatis solennitatibus debitis iur. uulg. Intelligitur tam de his, quæ solebat habere. Quã de his quę de recenti etiam, Ecclesia quæreret, quia sat est ꝙ de iure Ecclesiæ. & eius cõtemplatione quęsita fuerint. bonus tex. in. l. iubemus nulli. C. de sacr. sanct. eccles. in princ. not. Abb. in. c. ut super. ii. col. extra de reb. eccl. facit. l. ii. C. si aduer. dona. iuncta Regula. ff. de rebus eo℞. &. C. de præd. minor. cum simili. & bonus tex. in. l. fiscus. i. in principio. ff. de Iure Fisci. Et pro hac conclus. ꝙ quæ de nouo acquirit Imperator, Imperio, & Principatui Romanorum adiiciat, ego do bonum tex. in. §. fi. ad finem. in Auct. de here. & falc. ibi, per Prouincias, quæ dudum fuerint. & nunc à Deo per nos sunt adiectæ Principatui Romanorum. & bonus tex. in Auct. ut defunct. Funer. §. fin uero etiam, ibi, omnibus gentibus, quarum nobis Principatus, alium quidem ab ini
12 tio dedit Deus, alium uero adiecit. † Sed quæ in formam patri

monii

monii redactà habet, uidetur ꝙ possit uendere, & alienare Princeps. ut est bonus tex. in. l. apud Iulianum, aliâs Idem Iulianus. §. fi. ff. de legat. i. & donare libere, ut Donatarius inconcusse possideat, & ad suos posteros transmittat, et illi alienent. not. tex. in
13 l. hi quibus. C. de fundis patrimon. libr. xi. † Item supradictis in hac. q. addo. D. Fabian. in Tractatu de emptio. & uendit. xi. q. iii. q. prin. hodie in. i. Volumine. Tract. ubi querit, an Rex possit uendere unam de Ciuitatibus sui Regni, sine consensu Ciuium; & concludit ꝙ non, post Hostyē. & Io. Andr. in. c. dilecti filii. in nouell. de Maiori. & Obed. declarans ut ibi, not. & faciunt dicta
14 latius hic supra num. viii. † Audio tñ in præmissis Practicā obseruare, ꝙ q̃ Imperator ꝓpria uirtute, & Armis hodie acquirit, nō transeunt in Imperium, sed in proprium patrimoniū ab Imperio separatum, & cum Corona Regis Hispaniarum; non autem cum Imperio Rom. Circa quod tñ, in puncto iuris subsisto.

CENTESIMA QVINTA QVAESTIO.

1 *An Imperator Romæ existens, possit Legem facere, vel iurisdictionem exercere.*

2 *Generaliter fieri non potest, quód non specialiter, precipue in bis, que sunt iurisdictionis. & 3.*

Extra Territorium, etiam inter Subditos, quis iurisdictionem non habet. & n. 7.

Obedientiam præstat possessio, non merum ius. & nu. 2.

Imperator an possit in integ. restituere famam in terris Ecclesiæ.

4 *Imperator, non sic Papæ Vrbem donauit, vt in ea honorem Imperialem non retineat. & quid. & seq.*

6 *Iurisdictionem exercere non potest quis præsente eo, qui ei officium concessit, & quando.*

9 *Roma an bodie sit communis Patria.*

8 *Roma an sit bodie, vbi est Imperator.*

1 CENTESIMO QVINTO Quęro, † an Imperator Romæ existens, possit Legem facere, uel Iurisdictionem exercere? & tex. in usib. feud. in titulo Cōstitutiones feudorum, probat ꝙ sic, quia ibi stāt in Rubro, & in nigro, etiam hęc uerba, Constitutiones feudales. D. Lotharii Imperatoris. Quas ante Ianuam Beati Petri in Ciuitate Rome condidit, obseruans

das. Et ideo Bald. ibi expresse not. q. Imperator existens Romæ,
potest facere Legem Generalem Vrbi, & Orbi. l. uero specialem
Vrbi, facere non posset, quia Vrbs Roma est Papæ, ut not. in. l.
i. §. cum urbem. ff. de offic. Præfect. urb. Cap. Constantinus, ante
finem. xcvi. dist. & not. in. c. igitur. post illum text. xxiii. q. viii. &
illud idem cum Bal. ibidem, not. Iacobus Aluarot. & tenet. & do
bonum tex. in Auct, ut omnes obed. iudi. §. fin. ibi Legem hanc
proponat in omni Italia. Et aliás Alcy. in Auct. Cassa. C. de sa-
cro. sanct. eccles. in glo. i. scribit, q. Federicus. ii. a Romano Pon-
tifice Honorio, in Vrbe Roma cum fuit Coronatus, in eius gra-
tiam quasdam Leges promulgauit, inter quas. d. Aucten. Cassa.
Sed uidetur aduertendum, dum dicunt q. l. Generalem Vrbi, &
Orbi, potest facere Imperator, quia nõ uideo quomodo id respe-
ctu Vrbis Romæ, possit absolute procedere, nam si in ea nullam
Iurisdictionem habet, etiam nec in temporalibus, ut dictis Iuri-
2 bus, & notũ est, † quomodo eam ligat? nec generaliter, nec spe-
cialiter, arg. uulg. regulæ. l. final. ff. de Iurisd. om. iudic. c. fina. de
constitu. in. vi. l. fin. ff. de offic. Proconsul. cum simil. Et generaliter
quo ad obedientiam inspicitur possessio, & non merum ius. l. i.
C. de Summa Trin. & Fid. cath. Bal. in. c. olim, de rescrip. & dixi
supra. q. liii. in fine. Vnde est, q. iurat electus in Imperatorem Pa
pæ, cum ei mittit Nuncios, Si Romam uenero &c. In ea nullum
placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, que ad te, aut ad
Romanos pertinent, sine tuo consilio, ut in. c. ego. lxiii. distinct.
Et ibi expresse notat Alexand. q. Imperator non potest in Vrbe
exercere actus contẽtiosæ Iurisdictionis, nec uoluntariæ spectã-
tis ad Papam, de spectantibus ad iurisdictionem suam nõ prohi-
betur. Ideo eo modo potuit quo alii habentes iurisdictionem, in
his scilicet, quæ sunt uoluntariæ Iurisdictionis, per. c. nouit. de
offic. Delega. et in contẽtiosis uolente Papa. per Clem. i. de foro
compet. Legitimare autem an possit Imperator in Terris Impe-
3 rii. supra uidimus. q. cii. † Bal. alĩs in Margarita sua, in uerbo Col
legium, in primo uersicu. dicit, q. Imperator potest restituere ad
famam in Terris Ecclesiæ, refert, & tenet Hypp. Mars. in libello
de Dignitate Imp. col. pen. in principio, et dicit Bal. d. loco ratio-
nem esse, quia est uoluntariæ Iurisdictionis. et quia competit in
Signum Vniuersalis Dominii, et est iurisdictiõis nõ circumscri
ptæ, nec coarctatę. Et ultra eos uidetur resoluendum, q. Romæ
existens, facit. l. ualituram in Territorio suo Imperator, Romæ
autem non, sine consensu Papæ, et ita remouetur. d. Rubrica. &

Nigr.

Nigr.constit.feud.scilicet,uel ꝙ ibi Eugenius Papa cõcessit, ut
uerisimile est,uel erat.l.& constitutio concernẽs Imperium suũ,
nõ Ecclesiæ Romanę,& Papæ,bon.tex.in.d.c.ego.Ibi quę ad te
aut ad Romanos,á contrario sensu.& Marti.Laud. in Tractatu
de princip.not.cccclx.simpliciter notat, ꝙ Imperator existẽs in
Terris Ecclesiæ,puta Bononiæ,possit condere.l. ligantem Sub-
ditos suos,alleg.Bal.in.d.c.i.constitu.feud. Sed tamen Bald.ibi
aliter dicit, ut supra relatum est. Verius tamen hoc ultimum,de
iure uidetur.Et ideo dicunt Doct.alias,ꝙ.ll.Imperiales in Ter
ris Ecclesiæ,nõ haberẽt uim,nisi Ecclesia approbasset,ob Regu-
lam.c.quæ in Ecclesiarum.&.c.Ecclesia.s.m.de constitut. & ibi
Scrib..&.c.i.de op.no.nunc.et not.Alcy.in Rubrica.C.de sacr.
3 sanct.eccles.licet nõ in hac.q. † Item facit, quia si dicti Doct.
Bal.& Iac.uolunt,ꝙ Vrbi Imperator legem specialem facere nõ
possit,etiam in ea existẽs,ergo nec generalem,quę Vrbem liget,
quia quod nõ licet specialiter.nõ licet generaliter.l.i.in princip.
ff.de offic.eius.& ibi glos.& Scrib. in uerbo iurisdictione tota,
quę Regula precipue procedit in his,quę sunt iurisdictionis,seu
in dependentibus ab ea;quia in talibus,quę nõ possunt fieri spe-
cialiter,nec etiam generaliter.ut per Modern.Taurineñ.in.d.l.i.
xv.car.ii.col.ad finem,uersic.uel tertio, & proprius.post numer.
cccclxxi.post Imol.& But.in Clem.pastoralis,de re iud. & Fely.
commendat,& tenet in.c.si quis cõtra Clericum,de foro compet.
iii.col.uersi.vi.licet & nouissime Idem.d.Orionus,in.d.l.i. viii.
car.iii.col.in princ.&.iiii.in fine.& ibi legendo dixi super glos.
in uerbo nõ aliter,in ultima parte,ad intellectum.l.quædam,de
acqui.rer.dom.Vnde cogitandum est,circa dictum Bald.& Iac.
Aluarot.Bene uerum,ꝙ alias in not.q.arguendo Bal.in.l.execu-
4 torem.C.de exec.rei iud.xi.col.in fi.signanter dixit, † ꝙ Impe-
rator nõ sic Papæ Vrbem donauit,quin ibi possit exercere iuris-
dictionem uoluntariam in omnibus, et patet ex supra dictis, in
5 q.ci.& etiam contẽtiosam in hostem suum. † Item licet aliquã
iurisdictionem nõ habeat in ea,retinet tamen ibi honorem Impe
rialem,quia ibi coronatur.Ad quod faciunt quę dixi infra.q.cx.
ad finem.uersic.illam tamen.Item & secundo considerandum est
etiam respectu Imperii sui,quia cum Romę Imperator hodie nul
lam iurisdictionem habeat,ut in.d.c.Constantinus.&.c.funda-
menta.§.ne autem.de elect.in.vi.quomodo portam urbis ingres-
sus,potest etiam nec in suos Subditos Iurisdictionem exercere?
argumento.l.final.ff.de offic.Procons.&.l.i.ff.eod.cum simílib.

præcipue cum hodie secundum communem, Imperium ab Eccle-
6 sia depédeat, & a Papa, ut supra suo loco uidimus. q. l. † Et ubi
est præsens is, qui alicui beneficium concessit, cessat eius iurisdi-
ctio, ut per. d. l. fi. & c. Antiqua. de priuil. notat Abb. in. c. uolen-
tes. ii. col. de offic. leg. uersic. unde concluderem. (De qua tamen
materia not. scribit nouissime Episcopus Gomes, in Comment.
super Regulis Cancel. in Regula de nō iudicañ. iuxta form. sup-
pli. q. iiii. in not. q. an Episcopus in Curia possit prouidere de be
neficiis uacantibus in sua Diocesi, præsente Papa.) Nisi dicas id
esse, quia sunt duo, Papa, & Imperator, in effectu, & potestate
omnino diuers. c. duo sunt. xcvi. distinct. in principio, cum simil.
quo casu quilibet uidetur posse uti suo officio, arg. no. per Abb.
7 in. d. ii. col. ante fi. uers. & ex istis etiam infertur. † Pro Regula
tamen. d. l. fin. stringendo facit, quia extra Prouinciam, ét cum
propriis Subditis quis non uidetur posse Iurisdictionem exer-
cere, ut post tex. & glo. ibi not. Abb. Et ait communiter teneri, &
de facto seruari, post Io. And. & Specul. in. c. pen. i. col. ad finem,
uersi. primus nunquid, extra de offi. leg. Et ad hanc. q. facit tex.
not. in primo titulo feud. §. cum uero. Ibi cum uero Cōradus Ro
mam proficiscens, petitum est a fidelibus, qui in eius erant serui
tio, ut. l. ab eo promulgata & c. nisi dicas ꝙ ibi adhuc nō erat Ro
8 mæ. † Vnde illud dictum, ubi Imperator, ibi Roma. l. ii. §. lega-
tis. ubi Bal. ff. de iudiciis. et tex. in. l. ii. §. ignominiæ, ii. ubi Ang.
& omnes. ff. de in fam. & dixi infra. q. cx. casu. ccxxvi. & Abb. in
c. fin. de fo ro compet. col. antepenulti. quæ est cōmunis patria. l.
Roma. ff. ad Municip. l. sed et reprobari. §. final. ff. de excus. tuto.
Non uidetur habere locū amplius in hac Roma nostra, quæ sub
Dominio eius amplius nō est, sed Pontificis, ut patet, et diximus
9 supra. q. lxvii. † Et hodie, Roma est communis Patria, ut ibi
quilibet possit conueniri. Intelligitur coram Papa, uel eo, qui ibi
habet iurisdictionem. Vnde cū ad pñs sit de Dominio Papæ Lai
cus nō Subditus Papæ, hodie Romæ non poterit conueniri. de
quo tamen dicendum est, et de. d. l. Roma. ut per Deci. in. c. memi
nimus. ad fin, de appell. et ab ouo Moderni Mediolan. c. ap. xxi.
ii, lib. dispunct.

CENTESIMA SEXTA QVAESTIO.

An Imperator possit sibi parem, vel Superiorem creare, vel Successorem eligere, vel Consortem in Imperio, vel Vicarium?

Imperator,

Imperator; Vicarios creat sibi in Prouincijs. & .4.
2 *Imperator vnus tantum esse potest.*
3 *Imperator eligit sibi Successorem, volente Papa.*
4 *Regna an diuidi possint.*
Papæ datur quandoque Coadiutor, & quomodo, in. num. 3.
Imperatori quandoque dari potest Coadiutor. ibidem.
5 *Imperator Vicarijs dat Coadiutorem, & Visitatorem:*
6 *Papa Vicarios creat in Terris, qui exercent Iura Principis.*
Carolus de Malatestis olim Vicarius Ariminensis, & Romandiolæ pro Papa, ibidem.
7 *Imperator sibi Successorem eligere non potest.*

1 CENTESIMO SEXTO Quæro, † an Imperator possit sibi parem, uel Superiorem creare, aut Successorem eligere, uel Consortem, uel Vicarium? Breuiter, licet Princeps possit secundum communem sententiam, etiam alias indelegabilia delegare, & aliis communicare, post Bart. in. l. i. ff. de offic. eius, in princ. col. fi. in princ. uersic. quero nunquid Imperator. post. l. fi. C. ubi Senat. Tamen Superiorem, uel sibi parem facere nõ potest, ita notanter dixit Bal. in Præludiis feudorum. ii. car. iiii. col. sub uersicu. expedita, ad finem dicens, id impossibile esse, quia. l. Regia contradicit. Et quia nullum inferius secũdum Aristotelem stantibus terminis discretius participat, id quod superius est, cuius uerba dicere Aurea Franciscum Curt. antiquiorem in consi. lxiii. seriosa declaratione, col. v, dicunt Moder. Taurinenses, in. l. Imperium. col. xix. in princ. ff. de Iur. om. iud. uersi. & declaretis. Nec enim facile est locum Regis tenere. c. non est. c. ante omnia. c. multi. xl. dist. † Vicariũ aũt Imperator facit. ut
2 infra. nu. iiii. & l. i. C. de offic. Vicar. §. illud, in Auct. ut iudi. sine quoquo suffr. l. aduersus. cũ gl. C. si aduers. rẽ iud. Et de Vicario Affricę, in inscriptione. l. nemini. C. de ędif. priuat. l. pen. C. de dilat. De Vicario Italiæ. in. l. i. C. si quis eam cuius tutel. p Alex. in Rub. ff. de offic. eius. col. pen. ubi late dixi post alios, & infra. q. cx. casu. cccxiiii. hodie ur dici Vicerex. De Vicario Hispaniæ, in. l. si a Sponso. C. de donat. ante nupt. De Vicario Macedonię, in. l. xl. C. de feriis. De Vicario Asiæ, in. l. i. C. ne Sanct. Baptisma reiteretur. De Vicario simpliciter, in. l. i. C. de offic. diuers. iud.
3 † Et facit, quia unus tantum Imperator de Iure esse potest. c. in apibus. vii. q. i. cum simil. late supra dictis in. q. lxix. & facit tex.

in.l.cum multa.in fine.C.de bon.quæ lib.ibi,ut enim Imperialis fortuna omnes supereminet.Et dicit alias Bal.in titulo de feud. march.post principium,q cum dignitas sit proprium munus, & decus totius Vniuersitatis, nemo priuatus transmittere potest, nec uendere,licet cōtra sit hodie in multis usurpatum. Et Card. Alex.in.c.nunc autem.xxi.distinct.col.ii.dicit, q sicut Papa,licet habeat plenitudinem potestatis, nō tamen potest de Papatu in alium transferre. Sic nec Imperator de Imperio,communicando,late probans,&q etiam nec Electores possent,nec plenitudo potestatis ad hoc extenditur, nec esse curandum de Exemplis, quæ possent dari tempore Gentilium,quorum Imperatores sibi Consortes Imperii assumpserunt,quia tunc nō agnoscebant ueram Christi Fidem.ut infra etiam dixi,post Ioā.Lecirier, immo aliqui eorū sęuissime sunt insequuti Pontifices, & Christianos. † Bene tamen uerum est,q alias ei,quādoq potest dari Coadiu
3 tor,ut supra uidimus.q.lxxxi.ad finem,post glo.in.c.alius.xv.q. vi.&.c.ad Apostolicæ,de re iud.in uerbo priuamus,in.vi.& Bal. in.l.nō ambigitur.ii.col.in principio.ff.de.ll. Papæ etiam quandoq datur Coadiutor.c.i.viii.q.i. Sed illemet text.etiam soluit difficultatem, quia dicit Adiutores sibi, non tamen potestatem Pontificiā,aut soluendi,aut ligandi,Normam eis tradidit,& de Coadiutore,alias per glo.in.c. Venerabili,de offic.Deleg. post tex.& ibi Doct.Et de Papa, q eligat sibi Coadiurorem., notant Moderni post.d.cap.i.in Tractatu de beneficio. iiii. parte.q.ix. casu.xxvi. † Creat tamen Imperator Vicarium, ut in rubro,&
4 nigro.C.de offic.Vica.§.illud.in Auct.ut Iud.fine quoquo suff. l.aduersus.C.si aduersus rē iud.& hodie Vicerex appellatur, nō Viceimperator & supra dixi.Et licet als Bal.in.l.Arethusa.ff.de stat.ho.dicat non esse nouū duos simul Imperium administrare, per.c.nō autem.vii.q.i.Et Alex.in.l.ex duobus,in fin.principii. ff.de uulga.ad Illud,q Regnum est indiuisibile, & q non capit duos.Respon.uerum quando in duo diuideretur,secus si p duos administraretur.Tamen reprobatur per Io.Lecirier, in Tracta. de primogenitura.viii.Vol.Tract.vii.q.i.libri.col.i.&.ii.ppter periculum ex diuisione administrationis,Historiis,& Exemplis probans.Vnde Præposit.xv.distinct.col.iii.& in.d.c. nō autem not.tradit,q Imperator Consortem in Regimine creare nō potest,recedēdo ab unitate Imperii,quia Monarchia destrueretur, Immo q nec Electores possent, & q de Exemplis Gentilum, quorum Imperatores sibi Cōsortes Imperii assumpserunt,nō est

curādum,

quorum Imperatores sibi Consortes Imperii assumpserunt, non est curandum, quia tunc nõ agnoscebant ueram Christi Fidem, nec Papam suum Vicarium, imo quidam eorum sæuissime sunt persequuti Roma. Pontifices Christianos. Ita not. Præposit. ubi supra. Vt labor autem aliquantulum subleuetur, licet prudentes Viros Consiliarios, ac a secretis habere, ut experientia docet, & præsens Imperator Inuictiss. semper Carolus. V. habet penes se a secretis Consiliarios. Ill. Doctissimos, ac admirabiles Viros D. Franciscum de los Couos, Marchionem Fabiote Primarium, Secretarium, ac Cõsiliarium. s. m. Et. D. Nicolaum Perenot Dominum de Granuella Primarium, & Consiliarium, & Secretarium, quorum opera, summaq; prudentia, & consilio, ut tota testatur Italia, & iam iam Orbis Vniuersus, cuncta in Pace, & Victoria conquiescunt, quibusq; iudicio meo, nõ minus omnes Populi debent, debebuntq;, q̃ cuiq̃ alii unq̃, præteritis, uel futuris Temporibus, ad laudem, & gloriam Carol. V. Imperat. semper Aug. Necnon memoriam eorum laudabilem sempiternam. Post hos quoq; accedit. Ill. Dominus Diagueuz Secretarius pariter & Consiliarius ipsius Cæsaris, Vir magni ingenii, & integrita-
5 tis, potẽs opere, & sermone, & omni laude dignus. † Et Regna ipsa quandoq; diuisa fuere, ut Regnum Franciæ olim in quatuor Filios Coidonei Regis, & in Filios etiam Clotarii, ut in Gallica Historia legitur, & norunt periti huius farinæ, & tradit Idem Io. Lecirier. in. d. Tractatu, libro. i. iii. conclus. q. xi. col penulti. & final. subdens q; forte id permissum fuit, ob suspitionem rixæ, uel scandalum inter fratres. per not. per Alex. in simili, in feudo sui, natura indiuisibili, consi. vii. v. libro. col. ii. in fine. & Curt. in iiii. part. Tractat. super feud. q. xxx, col. iii. vii. Fallentia. Vel secundo q; unus tantum erat Rex, aliis erant Terræ assignatę, dependentes a Rege pro uictu, quod uidetur permissum, post Socin. consilio. lxii. i. libro. col. viii. Alias non posse Regnum diuidi, etiam inter uolentes. Curt. d. q. xxx. col. i. ad principium, in ampliatione. i. Regulæ. Et ita hodie seruatur inter fratres, cum primogenitis, ut idem Io. scribit dicto loco. Successorem autem Imperator licet hodie eligere sibi non possit, ut dico in fi. huius q. Papa tamen posset dare ei hanc potestatem ex plenitudine potestatis, & ea magna causa, quia alias sine ea dicta potestate uti nõ debet, secundum Card. not. in. c. in Synodo, in princip. lxiii. distinct. post. c. innotuit. de Elect. & dictum Card. comprobatur
6 ex dictis supra, q. l. num. v. & seq. † Et Vicariis Imperator dat

alias Coadiutorem,& Visitatorem.Bal.libr.i.consil.cccxxxviii. queritur si Rex.col.fin.quod intelligendum u:detur ubi simplex sit Vicariatus,secus si concurrat in feudatario.per dicta Curtii Iunioris.consilio.ii.Vassallus Purpu.in.l.Imperium.col.xxvii. numero.clxvi.ff.de Iurisdict.om.Iud. † De Vicariis a Papa in Terris,qui exercent iura Principis.Corn.consilio.xi.libro.iiii. in præsenti col.ii.Purp.dicto loco.nume.clxii. Et olim Carolus de Malatestis,Domicellus Ariminensis fuit pro Gregorio.XII. ac.S.R.E.in ea Ciuitate,& in Prouincia Romandiolæ in Temporalibus Vicarius.ut patet in cōcilio Constātini,sessione.xiiii: in Procuratorio ad renunciandum Papatui, & in renunciatione Ego Carolus&c.Et de Vicariis Papæ in spiritualibus,& temporalibus alias est Tractatu sIo.Franc.Paui sub eisdem, Tractatu de offi.& potest.cap.sed uac.iii.Volumine.Tractat.cat.cxcviii. & ibidem etiam de forma iuramenti,& tenore literarum, facultatis & Vicariatus.Et Vicarius Imperialis habet plenissimam potestatem.Card.consil.cxxv.respondeo,col.i.& infra.q.cx.casu cccxiiii. † Successorem autem Imperator sibi hodie eligere nō potest.ut infra dixi.q.cxi.casu.lxxiii.nec successione defertur.ut ibidem,etiam nec filio Imperatoris primogenito.

CENTESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

1 *An Prælati possint esse Delegati Imperatoris,& an Consiliarij,& an in obsequio eius.*
2 *Secularibus negotiis Deo militans,se implicare non debet in obsequio eius.*
3 *Laici Generalis Officialis Prælatus esse non potest.*
4 *Sed in vna causa sic.& quando vna causa dicatur.*
5 *Consiliarij etiam ad condendas Leges Principis Secularis,Prælati esse possunt.num. 6.& seq.*
6 *Reuerendissimus Cardinalis Pomp.Columna,V.Rex Neapolis.*
7 *Iudices Imperatoris quales esse debent.*
8 *Religiosi an possint esse in obsequio principis.*

1 CENTESIMO SEPTIMO Quero,† an Prælati possint esse Delegati Imperatoris, uel in Obsequio. Item an Consiliarii,de quibus alias tex.in.l.uerum.§.ex facto.ff.de minorib.& in.l.Iurisperitos.in princip.ff.de excus.tut. l. quisquis. in principio.C.ad.l.Iul.Maiest.De Delegatis,tex est.q sic, in.c. inter

inter dilectos, extra de fid. instr. post princip. Ibi sententia Mediolanēs. Archiepiscopi, quam ex delegatione Imperatoris tulit, & ibi not. Abb. ii. col. in fi. & latius Felyn. scribit col. iii. post eū, uersiculo, nota secundum. d. Abb. post Cald. late, consi. vi. in titu. de Legato. per illum text. & alios multos, licet bene subdat, ꝙ in materia nō concernente animam, debent a talibus abstinere, per c. te quidem. xi. q. i. & c. de præsentium. xvi. q. i. & Abb. & Ioā. de Anan. ubi ibi. facit tex. not. in. l. repetita, uersiculo absurdum. C. de Episc. & Cleric. & l. consulta. §. absurdum. C. de testam. l. placet. C. de Episcop. & Cleri. cum simil. Et Apostolus. ii. Epistola
2 ad Timoth. ii. Cap. in princip. † Ibi nemo militans, Deo implicet se negociis secularibus, & extra, ne Cler. uel Mona. c. cum ad uerum, ad finem. xcvi. distin. & idem per multa late. D. Deci. congerit, ꝙ de honestate non debent Prælati delegationem sibi factam a Iudicibus Secularibus suscipere. in. c. ii. de iudic. vii. col.
3 ad finē, & seq. inferens, ꝙ † Prelatus non potest esse Generalis Officialis Laici, & sic non posset gerere uices Regis, uel tenere locum Principis Secularis. post Abb. & iura, que. ibi citat. Secus in una causa, quæ sibi committeretur pro iustitia administranda, quia potest esse Delegatus Iudicis Secularis. ut ibi late, & plene
4 simili. comprobat. † Et ibidem notanter, qualiter una causa intelligatur, amplians etiam dictam conclusionem procedere nō
5 solum in Clericis, & Prælatis Secularibus. † Sed etiam in Religiosis. post Cald. d. cōs. vi. & q̄ infra. n. x. Et de p̄missis ēt p̄ Ant. Sicul. in Tractatu de potest. & excell. Regia. q. xxxiii. post text. & Scrib. in. c. cum parati, de appellat. & glo. sing. post tex. in. c. si
6 Episcopis. xviii. dist. & Abb. & alios. † De Consiliariis, ꝙ Prælati possint esse Principis Secularis Consiliarii, Idem Ant. Sicu. late scribit in. d. libro. q. xcv. post Abb. & alios in. c. Clericis. ne
7 Cleri. uel Mona. tex. & Abb. in. c. non est, de uoto. † Item tradit Prælatum Episcopum, etiam putare posse esse Præsidentem Regiæ Cancellariæ. ut tunc erat quidam Reuerendiss. & Digniss. Episcopus Abilens. Dominus Alphōsus. Et Bal. in Auct. habita, C. ne filius pro patre. i. not. dicit, ꝙ Princeps in suo Consistorio potest habere Prælatos, & Ecclesiasticas Personas, puta Episcopos, etiam ad condendas Leges, ex quibus si per accidēs sequatur mors non fiunt irregulares Prælati, refert, & tenet Mart. Laud. in Tractatu de Consil. Princip. not. antepenultimo. & est text. in d. Auct. in princip. ibi habita diligenti inquisitione Episcoporum, & Sacri nostri Palatii. & do bon. tex. in. c. non est. extra de uoto.

8 † Tamen Annis preteritis uidimus in Regno Neapolitano Viceregem, pro Carolo. V. Roma. Imperat. præsente Inuictiss. Reuerendissimum, ac Illustrissimum Pomp. Columnam. S. R. E. ubi et tempore Clem. VII. Pont. Max. decessit. Et quidã Card. Io. Vgo, in lib. quem Quadruuium inscribit, ad Regem Maximilianum. cart. vi. & seq. hortatur aliás, eundem, ut penes se, pro Sapientibus, Prudentibus, & Religiosis assumat, Archiepiscopum tunc Treueren. Colonien. & Maguetinen. tres Prælatos Spirituales, quoniam funiculus triplex difficilius rumpitur, & eis quatuor alii Seculares Principes, præstant Secularis potentię auxilium contra Contumaces, & Rebelles, ut etiam supra tetigi. q.

9 viii. † Et quales debent esse Iudices, quos constituit Imperator, & cuius qualitatis, & conditionis, late ponit Idem Ioan. Vgo

10 dicto. libr. car. xxxiiii. col. ii. §. debet. † Religiosi autem an possint esse in obsequio Principis Secularis, dico q fic, cum Superioris licentia, non gratia uagationis, ita not. Hosty. Io. Andr. & Abb. in c. quanto per illum tex. de offic. Ordin. licet periculosum sit, ut per Ant. Sicul. in Tractatu de Potest. Regia. q. lx. unde Hieron. ad Paul. ii. Secularium, & maxime potentum Consortium deuita, quid tibi necesse illos sæpius uidere, quorum contemptu esse cepisti? & quæ supra num. v. &c.

CENTESIMA OCTAVA QVAESTIO.

1 *An Imperator possit mouere iustum Bellum, & indicere, & cui.*
3 *Bellum an, quando, & ex quibus causis licitum.*
4 *Bella vtrinque licita ob dubietatem.*
5 *Dicta. lii. in materia Belli notanda.*
6 *Belli species septem.*
7 *Imperator Bellum potest indicere Papæ Scismatico.*
8 *Bellum non fit sine diffidatione.*
9 *Diffidare quid sit.*

1 CENTESIMO OCTAVO Quęro, † an Imperator possit mouere iustum Bellum, ac publicũ, & licitum, indicere: circa quod, prout aliás dixit Petrus de Monte, in Tractatu de Monarch. ad finem, esset uidendum de multis, scilicet contra quos, & ex quibus causis possit Bellum indici. Secundo quod est Bellum licitum, & quod nõ. Et alia multa, de quibus in materia Belli. Ibi per eum, in quibus casu eueniente, dicit recur-

rendum

rendum ad duas solennes glos. Innoc. in c. olim. de restitut. spol. unam aliam in c. sicut, de iureiur. Et aliquid per Bar. in l. hostes. ff. de Captiuis. per Bal. in l. executorem. C. de exec. rei iudic. xi. col. in principio, uersicul. nam Princeps potest indicere Bellum. Quibus addo, q fuit olim unus error Manicheorum dicentium nullo pacto licere gerere Bellum Christianis, suscitatus de praesenti etiam à Ioan. Oecolampadio, quem late confundit nouissime, Sacra Scriptura, Frater Alphon. de Castro, in libro aduersus
2 hęreses, in uerbo Bellum, libro. iii. † Et aliis omissis, quantum ad principalem. q. nostram dicendum uidetur, Imperatori licere indicere Bellum iustum, per rubrũ, & nigr. C. ut Armorum usus inscio Principe interdictus sit, libro. xi. iuncta. i. expositione glo. ibi, quae dicit, id est, Guerram inchoare, & text. not. in l. iii. ff. ad Legem Iul. Maiest. ibi, eadem. l. tenetur, qui iniussu Principis Bellum gesserit, Delectum habuerit, Exercitum cõparauerit. & l. hostes. ff. de Capti. &. ff. de uerb. sig. iuncta. i. l. ff. de constitut. Princip. cum concord. & Bar. not. in. d. l. hostes. columna penultima, uersiculo. iii. modo. Et ibi de materia Belli, plenissime Alex. in additio. ad eum, in litera. h. in uerbo indicere Bellum, & late per Ias. & alios, in. l. ex hoc iure. ff. de Iustitia & Iure. iii. col. text. & glos. in Capit. quid culpatur. xxiii. q. i. et quae infra. q. cx. casu. ccxliii. &. cxii. & Ioann. Vgo in. d. libro Quadruuii. car. l.
3 † Et an, & quando, & ex quibus causis, per Docto. post Innoc. in d. c. sicut, & latissime per Dominum Io. Lupum, in Tractatu de Confederatione Principum. ix. car. & seq. Socy. in. l. i. ff. de acq.
4 possess. i. col. ii. not. & alii, post Aret. & glos. † Et addo, q nouissime Moderni Mediolanenses in libro. ii. Paradoxorum Cap. xxi. Bella, utrinq licita esse probare conantur, cõtra communem Calculum, quando scilicet, utraq pars ancipiti sentẽtia iuste belligerare putat. Aliás tamen Bellum in dubio semper pręsumi iniustum, Abb. post Hosty. in. c. sicut. iii. de iureiur. probat, per plura iura tenent Moderni Hispa. in Commentariis, super Regul.
5 Cancell. in Regula de annali. q. ii. nu. v. arguendo. † Aliás. liii. dicta in materia Belli, par Marc. Laud. in Tractat. de Bello, post Andr. de Iser. in titulo, quae fuit prima causa Benef. amitt. & inter caetera, not. fin. q autoritas suscipiendi Bellum, est in Principe.
6 † Et not. xxxi. q septem sunt species Belli, post Gemin. late, in c. i. de homicid. in. vi. & quae. Et ibi etiam per Ioan. Andr. in nouell. col. v. post Hostyen. uidelicet Bellum Romanum, iudiciale, praesumptuosum, licitum, temerarium, uolũtarium, necessarium,

& ibi not. declarat, quę, & qualiter, quodlibet licitum sit. Et per Bal. not. in. l. ii. col. xi. in fine, numero. lxxi. C. de seruit. & aqua. Et de Bello est etiã Tractatus particularis, Io. de lignan. Et per Angel. Aret. late. not. in. §. Ius autem Gentium. Institut. de Iure
7 natur. ii. col. Quibus adde notanter, † ꝙ Imperator potest indicere Bellum contra Papam Scismaticum. tradit Abb. in. c. sicut. el. ii. de iureiurand. Petr. de Anch. in Regula Accessorium, lxxxii. col. in fine. ff. de Regul. Iur. refert, & tenet pro not. Card. Iacob. in suo Tract. de Concilio nouiter impresso. libr. viii. arti.
8 v. fac. dxxxii. col. ii. litera. c. † Et etiã tincidẽter illud inter alia notandum est, ꝙ in factis Armorum, nunq̃ debet ad Bellum peruenire, nisi pręcedat diffidatio. ita not. dicit Bal. in. l. si manumissori. C. de obsequi. in uersiculo, adde extra. Allegat Io. Andr. in c. i. de homicid. in. vi. Bal. & And. Sicul. late alibi, ubi Deci. consi. dlxxv. in casu, ante finem. Addo Bal. in. l. ii. col. xi. in fine, numero lxx. & seq. C. de seruitut. ubi ad idem late. Cumulat Añd. Sicul.
9 † & diffidare idẽ est, ꝙ præcipere, ꝙ impune quis possit occidi. Angelus consilio. xiiii. in. ix. colum. ii. post Cyn. & iura, de quibus ibi.

CENTESIMA NONA QVAESTIO.

1 *An liceat Imperatori, & Principi, inire Confœderationes, & quas dicunt Ligas.*

2 *Papæ obedientes, & confœderati, omnes esse debent, amici, & uniti.*

3 *Confœderationes, quæ liceant Principibus, & Papæ, & an cum Imperatore, vel Infidelibus. & seq. &. 2.*

5 *Confœderatio quid.*

6 *Notabilia dicta. lxiij. in materia Confœderationis.*

Excellentissimus Dominus. P. Loysius de Farnesio, Dux Castri. S. R. E. Confalonerius, ac Generalis, multos solet in protectionem suam recipere, animi Magnitudine, & eius quædam laudes. num. 10.

Protectionem alicuius, si suscipit Imperator, quid sit. ibidem.

7 *Disputare de potestate Principis non licet: & crimen Sacrilegij esset, & renauigare Mundum:*

8 *Princeps cùm quid vult ex pleniludine potestatis, & ex certa scientia, taxari nõ potest, cur ita faciat.*

Liberum

9 *Liberum an sit Castrum, Ciuitas, vel locus, recognoscens de pallio: vel alia re, Principem in Superiorem.*

CENTESIMO NONO Quæro, † an liceat Imperatori, & Principi inire Confœderationes, et quas dicunt Ligas, & de hoc, & de Papa, an id possint, hodie reperit̃ pprius Tractatus per supra dictum.d.Io.Lupum, in Tractatu de Confœderatione Principum, ibi uidendum an, & quãdo, & cum quibus, etiam ex Auctoritatibus Veteris Testamenti, latissime post tex.in Clem.unica.de Iureiur.§.porro.Ibi Parentelam, aut Confœderationem iniret, ubi uidendum est pro plenissima informatione huius quæstionis. Et inter cætera ibi.iiii.car.ii.col.in fine,
2 dicit, & concludit † omnes Principes, ac Fideles Christianos, ut bonos filios debere esse, prout de iure tenent, sine aliquo alio contractu, uel stipulatione particulari, in obedientia, unione, amicitia, & confœderatione cum Papa, ut membra cum capite, quia ut ait tex.xii.distinct.non decet a capite membra discedere. Sed iuxta scripturæ Testimonium, omnia membra caput sequuntur. facit.c.ego Ludouicus, in fine.lxiii.distinct. Et ibi expresse notat, ex fine illius tex. Card. q̃ Papæ licet inire Ligam cum Imperatore.per.c.ad Apostolicæ.de re iudic.immo q̃ suadente utilitate, uel necessitate Ecclesiæ, potest iniri Liga cum Infidelibus, sicut legimus de Machabeis, qui Fœdus cum Romanis inierunt,
3 & quę not.Oldra.consilio.lxi.nunquid. † Itemq; Principibus licere Confœderationem facere sub ista forma, & Lege, scilicet, ut si quis ipsorũ iniuste opprimatur, uel de facto, iuuet, ac defendatur ab alio, quia etiã de iure hoc est officium uniuscuiusq;. sic
4 ille dicto loco, & colum.seq.ad medium. † Et addo ultra eum, quod Bal.not.in.l.i.ff.q̃ cuius uniuers.nom.ante finem princip. uersic.iuxta, hoc quęrit, an Ligę, & Confœderationes Ciuitatũ, & Baronum, sint licitę. Et breuiter, distinguẽdo tenet, q̃ aut fiũt ad finem licitum, aut non. Primo casu ualet, secundo nõ, saluo q̃ contra Principem dicit ipse, nunq̃ tenet Cõfœderatio prẹsertim si eius Subditi conspirent.post Bart. & Innoc. Cui addo Mart. Laud.in Tractatu de Confœderatione, & pace.not. antepen. Et idem cum.d.distinct.late tenet alias Iac.Aluarot.de pac. iuram. firmand.in usibus feud.in §.Conuenticulas.& glo.in.c.si quis clericorum.xi.q.i.& bonus tex.cum glo. in titulo de pace const.in usib.feud.in princ.Ibi societatem.& in.c.in causis.uersi. Item societatem.cum glo.not.eo.titul.facit.l.conuẽtionum.in fin.cum glo.ff.de pact.l.non dubito.ff.de Capt.ubi not.text.&.l. postli-

minium.§.postliminio.ff.eod. Et in Rubr. in Auct. ut neq; miles, neq; fœderatus.l.final.C.de locat.§.i. ibi fœderatorum nomine
5 sunt decorati.&.c.ius militare.i.distinct. † Et pulchre Bal. & quid Confœderatio.in.l.exequtorem.viii.col.C. de executione rei iudic.in principio, uersic.sed quero quid de Ciuitatibus cō
6 fœderatis. † Et quædam notabilia dicta.lxiii. in materia confœderationum, & conuētionum Principum.aliás per Mart.Lauden.in Tractat.de Confœderation. Hæc pro nunc sufficiāt summo digito, & quasi per Indicem (ut aliás dicit Imperator in fine Institut.) tetigisse de potestate Imperatoris. Cætera pro nunc omittimus, cum q; uariis in locis etiam uulg. tangunt Scribent.
7 & facile est inuenire, tum etiam. † Cq magis mouet, quia (ut aliās Mart.Laud.notat in Tracta.suo de Princip.ii.not.de potestate Imperatoris, disputare in his, quæ pertinent ad eius Iurisdictionem, crimen uidetur Sacrilegii.per.l.ii.C.de crim.sacri.& ultra eum ille text.registratur in.c.si quis suadente.§.ii.xvii.q.iii.Lapus per.d.l.ii.alleg.ci.iiii.col post medium.Card.in Clemen.ii.iiii.q.de offic.Ordin.D.Deci.consilio.cccxli.ii.col. in princip.i. libro.q; uertere in dubium potestatem Dominorum Temporalium, est reuangare Mundum. Et Bal.not.dicebat in prælud.feudorum.car.ii.iiii.col.uersic.aliqua. Sed pauca de Principe dicamus,
8 † q; in Principe est plenitudo potestatis, & q; ubi ex certa scientia quid uult, nemo est, qui ei, cur ita facis dicere possit, quod dictum pro not.passim retulit, & sequutus est.post not.per Bar.in.l.conficiunt.§.codicilli.ff.de iure codicil. D. Deci.in suis consiliis.cclxii. col.fin. & consil.cclxix.v.col.&.cclxxi.iii. col.& cccxli.col.i.cccxc.pen.col.cccciii.ii.col. & quæ per Bar.in consi. cxcvi.Ciuitati Camerini.ii.col.Oldr.consilio.cclvii.v.col. in fi. &.D.Deci .in.l.in testamento.la.i.ultimo notab.ad finem.ii. limitat.C.de testam.milit. & in consilio.cxci.ii.col.in principio.& cxcviii.ii.col.&.ccix.ii.col.ad finem.cum simili.l. Sacrilegii instar.C.de diuers.rescript.Ias.post principium.C.de precib. Imp. offer.in.l.rescripta.Bald.not.in titulo de pac.const.§.i.in fine.in usibus feud.in uerbo non admittetis. † Notandum tamen est,
9 q; ex hoc, quod aliqua Ciuitas principi aliquid det, in signum Superioritatis, puta Pallium, Brauium, Ceram, uel aliud simile, nō propter hoc dicitur subdita, sed libera est, licet pacta debeāt seruari, not.Bal.in.l.etiam.col.fin.C.de iure dot.in .l. executorem.col.viii.in uersicu.sed quero de Ciuitatibus. C. de execut. rei iudic. Deci.scribit, & tenet, consil.ccclx.perscrutatis. col. iii.

ante

mnto finem, in Ciuitate Saonæ, post Bart. Socy. Card. Abb. Dom. & And. Sicul. ubi ibi plene. Et q locus subiectus certis pactis, & conditionibus, in aliis remanet liber. Idem in consilio. dlxiiii. in causa. col. iiii. & in. c. nouit. de iud. col. v. faciũt quæ notat Bar. io. l. non dubito. in princip. ff. de Iure Fisci. & bonus tex. in clem. pastoralis. §. deniq. de re iudic. & in. d. l. non dubito. §. i. & in. bis C. per quas personas. in princ. Et hęc addenda sunt. & not. supra ad. q. liiii. pro Ciuitate Senarum, & aliis simil. & est pulchrum dictum, ac menti tenendum.

10 † Si autem Imperator sub eius protectione aliquem acciperet, quid importet, uide infra. q. xx. casu cccxcii. ut solet nunc facere Illustriss. ac Excellentiss. Dominus Dñs. P. Loysius de Farnesio. S. R. E. Cõfalonerius, ac Generalis, animi sui Magnitudine, & Liberalitate, oĩbus comes, & gratus.

CENTESIMA DECIMA QVAESTIO.

Quæ sint Principi, & Imperatori reseruata, ex toto corpore Iuris notantes plenissimé, & nouissimé, cumulati: & obseruati vltra omnes, casus. cccxxxi.

Plenitudo potestatis, an soli Papæ competat, vel an etiam Imperatori, in septimo casu, & an alij, & quid sit plenitudo potestatis. ibidem.

Clausula si quis & c. Indignationem nostram se nouerit incursurum, soli Principi conuenit: & quid importet. casu. xxxvij.

In reliquis, quilibet casus sit loco Summarij.

CENTESIMO DECIMO Quæro, quæ sint Principi, & Imperatori reseruata. Ego multa aliquo studio quandoq obseruaui, sparsim, confuse, & inordinate posita ultra Scribentes omnes, uariis in locis. Bal. in. l. rescrip. a. ii. col. in principio, C. de precib. Imper. offer. in. l. Imperium. in. i. repet. iii. col. ff. de Iurisdict. om. Iud. iii. q. & in. l. i. C. de Iur. aur. annul. text. Bald. & alios in. c. i. quę sint Regaliæ, in usib. feud. & post Iac. Aluarot. in titulo quis dicatur Dux. in usib. feudo. in princi. col. vii. & per Specul. in titulo de dispens. §. sunt quoq. col. penul. & alios alibi. Et. D. Iacob. de Sancto Georgio, in Tractatu de feudis. post principium. in uerbo Princeps Pedemontium. in uersic. sed an Princeps. Sed quia ordinate habere utile esse poterit, & cõmodum multis, ex illis quędã. Et ultra eos, & omnes hactenus, latius ex toto Corpore Iuris (absit tñ arrogãtia) alia multa per me annotata, magis utilia, quotidiana, ac notanda (pręcipue

quæ ipsis Iuribus probãtur) operepreciũm hic inserere quodam ordine duxi, ad futuram Studiosorum commoditatem.

Primo ergo reseruatum est Imperatori soli, condere Legem Generalem.l.fin.C.de.ll.not.tex.in Auct.de rapt.mul. in princ. ibi culmini tantum principali, promulgandæ.l. autoritatem sibi uendicat fortunæ eminentia.l.ii.col.fin.§.si quid.C.de Vet.Iur. enucl.De Pręfecto prętor.ob.l.normam.C.eo.&ibi gl.dicendũ. est, ut per Scriben.l.Imperium.ff.de Iuris.om.iud. & per Mod. Mediol.ii.libr.Paradox.Cap.ix.Alex.in.q. sua Sigismundus. i.col.i.q.licet contra.d.Modern.uideatur text. in.l.i.C.de fund. limitroph.lib.xi. & per dictam.l.normam.Deci.consi. dxxxviii. col.penult.

Secundo, dare commeatũ, uel remeatum Exuli.l. Relegati.in fine.ff.de penis.Et de saluo conductu dixi infra casu: cccxxxix. Et sic non Præses Prouinciæ, qui ipsum relegasset, ut per. d.l. relegati.post Bart.ibi, notat etiam Aret.in Institu.quibus mod. ius patr.pot.sol.§.i.col.pen.in princ.

Tertio, delegare, alias indelegabilia.l.i.C.qui pro su.Iurisdi. in fine.Bart.& alii, in.l.i.ff.de offic.eius.in principio.ii.quęstione.Bart.& dixi infra.q.cvi.ubi etiam uidendum, in princ.

Quarto liberare aliquem post suam confessionem, & damnationem, cum de innocentia constat.§.fin.in fine.l.i. ff. de quest.l. Diui. ff. de pœnis.& rescindere sententiam sine appellatione, ut ibidem.ad quod infra casus.cxli.&.ccc.

Quinto, remouere appellationem.l.i.§.fin.ff.a quibus appell. nõ licet.Cassad.in titulo de rescrip.decis.xiiii.(quę est ultima) obseruatum.

Sexto, cognoscere, & esse Iudex in causa propria.l.proxime. ff.de his quæ in testam.delen.& supra diximus.q.xci.ubi uidendum.& infra casu.cccxxvi.

Septimo, supplere de plenitudine potestatis, est enim clausula reseruata Principi, ita not.Bal.in.d.l.rescripta.ii.col.per text.in clem.pastoralis, de re iudic.dic tu.In.§.ac alias.ad finem.ibi omnem supplendo defectum, & de Imperiali etiam potestete. D.Deci.consilio.ccclxxiii.uiso consilio, ante finem, ubi in not.q.dicit, ꝙ Dux Ferrariæ cum Superiorem recognoscat, nõ debet, nec potest uti dicta clausula, nisi cum causæ cognitione, post Bal.Curt. et Alexand.Sed ulterius considerando, ut uides, ille tex. non uti uerbo plenitudine, quo bene Papa utitur, ut in illo tex. ante fin. & alias in.c.proposuit.de concess.prębend.ante finem. Et forte

caute

caute plenitudinem potestatis nõ tribuit Papa Imperatori, quia supremam illam plenitudinem, solus ipse Papa habet & in orbe, & super Imperium, ut supra late uidimus. q. I. etiam in temporalibus. Et ideo proprie Imperator, plenitudinẽ potestatis habere non uidetur, cum Papa sit ille, qui habeat etiam supra eum. dd. iur. & duo insolidum plenitudinem eiusdem rei habere non possunt iur. uulg. quod notandum est. Et tradit aliás arguendo Anton. Rosell. in Tractatu de potest. Pap. ii. car. uersiculo facit, col. i. licet idem postea respondendo septimo loco, dicat id uerum in spiritualibus, non in temporalibus, & male, quia contra communem, ut supra uidimus. q. I. Et in terminis, notat Bald. ꝙ scilicet, cum unus habet plenitudinem potestatis, alius ad eandẽ non potest eligi, per. l. cum in una. §. tutor. ff. de appel. in. l. executionẽ. xii. col. C. de execut. rei iudic. ad medium. uersiculo sed ante omnia. Et his addo, ꝙ aliás Bal. not. dixit in titulo de pac. const. in uerbo Libellan. ꝙ clausula suppletiua de plenitudine potestatis, Populus Roma. anteq̃ transferret Imperium, in Cæsarem nunq̃ usus fuit, nec Iure Ciuili inuenitur, hæc forma secundum eum, nisi secundum ipsum dicamus, bene eam includi, sub illis uerbis quicquid Principi placuit, legis habet uigorem. l. i. ff. de constit. Princip. cum simili. Idem. D. Petr. Antibolus in suo Tractat. de muneribus. iii. parte princip. col. v. §. hoc etiam. numero. xxxi. x. Volumine. Tracta. per. l. ii. §. nouissime. ff. de orig. iur. licet Bal. non alleget, nec aliud. Et reperio (licet prædicta non alleget,) ꝙ Deci. consilio. cccc xc viii. uiso. col. fin. in princip. libro. iii. in not. q. dicit, ꝙ solus Papa habet plenitudinẽ potestatis. per not. tex. in. c. Decreto. ii. q. vi. & c. ad honorẽ. de Aucto. & Vsu pal. & Bal. in procemio Decretalium, in principio, ibi Episcopus. ubi ait dicere, ꝙ Papa est culmen Episcoporum, & cęterorum, quos intellectus imaginare potest, et cui data est clauiũ plenitudo, & summa, & libera potestas absoluta, ab omnibus uinculis, & ab omni regula arctatiua, & licet dicta Iura Canonica in Ecclesiis loqui uideantur. Tamen retento ꝙ omnia Ecclesiæ subsint, ut supra. q. I. Idem generaliter uidetur. & facit cap. Antiqua. de priuilegiis, post principium. ibi. Principatum obtinet super omnes alias. licet in. §. i. pallium Patriarchæ, quod ei Roma. Pont. dat, appellet plenitudinis Pontificalis Officii Insignia. Sed aliud est dicere, habeo plenitudinem potestatis huius, uel illius officii, & hoc omnibus potest conuenire in suo officio. ut & infra seq. casu. aliud simpliciter dicere, habeo plenitudinẽ potestatis, & hoc soli prin-

cipi (ut supra) conuenit proprie. facit. c. fundamenta. §. proinde. de elect. in. vi. ibi per quam ipsi Rom. eccle. plena libertas, quæ in omnibus, & per omnia sibi debetur. Quicquid tamen sit, illa plenitudo potestatis propria, uel impropria Imperatori, reseruatur Principi, ut aliás per Bal. not. in. l. ii. C. de seruit. & aqna. col. vi. ad medium. & ibi not. dicit, plenitudinē potestatis esse arbitrii plenitudinem, nulli necessitati subiectam, nullisq; Iuris publici Regulis, limitatā, & ꝙ in Principe sedes Libertatis est, & potest præferre magis bono minus bonū, & magis æquo, minus æquū, quia cúm non sit obligatus ad aliquod, potest eligere sicut placet, & notat in not. q. Bart. l. Emilius, in principio ante finem. ff. de minor. Et absolutum Imperium, & potestas, dicitur in Principe ipso. ut per Bald. not. in. d. l. Imperium, in. i. repetitione. iii. col. in principio. & facit. l. omnes, in fine. C. de pręscrip. xxx. Annorum. ibi plenissima munitione. & l. fin. ff. de constit. Princip. Et ꝙ post coronationem Imperatoris, habeat plenitudinem potestatis, ante nō, notat als Bal. in. l. bñ a Zenone. ii. lectur. in principio. C. de quadr. præscrip. de quo supra diximus. q. xlvi. Plenitudinis tamen clausula, & ex certa scientia, etiam in auferendo ius tertii, uel ad ualiditatem processus uidetur, ꝙ operet quatenus processum sit cū causæ cognitione, aliás parum uidetur operarr, ut in not. q. Imperatoris priuantis quosdam de plenitudine potestatis, & certa scientia ob crimen lęsæ Maiest. de quo tamen aliter non constabat, ut nō credatur assertioni eius, nec id sufficiat, consilio. dxliiii. Serenissimus, colū. iii. uersiculo ultimo. de mente Rotæ, Specul. et Soci. ubi ibi, & quæ Idem Deci. consil. cxcviii. col. penult. & consilio. ccclxxiii. col. penult. & in consilio cccxcvii. in fine. post eosdem, in notab. q. ut quędam gratia facta a Leone Decimo non ualeat. Idem consil. ccccx. col. penult. in principio. et. dxxviii col. fin. et. dxli. in fine. precipuę. apposito ad petit. partis. Et ista clausula plenitudo potestatis, contra non Subditum Laicum non operatur. Imol. et Soci. ubi Deci. consil. cccc vii. ad finem. in no. q. Domini de Plumbino. et hęc addenda sunt ad. q. xcviii. supra. Rarissime tamen Principes debēt uti hac clausula, ut not. Curt. Senē. consilio. clxx. habita. col. vii. per not. per Bal. ubi supra in. d. ticulo de pac. constān. Et de hac clausula supplendo omnes defectus de plenitudine potestatis, ut nō suppleat defectum Iuris naturalis, nec defectum personæ supplicantis. et de aliis suis effectibus late, et remissiue etiam ponit Deci. in. c. i. de confirmat, utili. col. iiii.

Octauo,

Octauo, est reseruatum Principi recipere eos, qui eum offenderunt, in plenitudinē gratiæ suæ. not. tex. in titilo de pac. const. in principio. in. usib. feud. ibi, plenitudinem gratię nostrę recipimus. dicit ibi glo. Bald. is est cui remittuntur culpæ, & recipitur ad fauores, & in. c. in causis. post principiū. ibi & plenitudinem gratiæ nostræ ei damus. & in. §. sententiæ, eod. titulo. ibi in plenitudinem nostræ gratiæ, eum repetimus. & facit. l. i. in principio. ff. de testam. milit. ibi plenissimam indulgentiam. & d. l. fin. ff. de const. Prin. & quę infra casu. cxxxii. sed & in hoc casu distingui potest, ut supra, in uers. sed aliud, in præcedenti casu.

Centesimo nonagesimonono, reducere ad Profanum rem Sacram, seu Deo dicatam.ita not.tradit Dyn.in regula, Semel Deo dedicatum.in.vi.post.l.continuus.§.pen. seu antepen. secundum nouam impressionem.ff de uerbo.obligat.de quo hodie, quia ad Pontifices spectant hæ res, dicendum est, ut supra, casu.clxxvi. quia eius est soluere, cuius & ligare, & nihil tam naturale &c. & contrariorum eadem est censura &c.& tex.in materia nostra, in c.ad hæc.de relig.dom.cum glo.not.

Ducentesimo, reseruatum est Principi, ut in quo loco ipse moratur, in eo non licet morari ei, qui á Militia missus est ignominiæ causa.tex.notab.in.l.ii.§.ignominiæ.ff.de infam.siue in urbe moretur Princeps, siue alibi.ut per illum text.notat Dyn.in Regula, quod ob gratum.de Regul.Iur.in.vi.ante finem.Vbi enim Princeps, ibi Roma, ut late de illo tex.dixi in singularibus meis, secũdum ordinem impressum, in singul.tex.ciuil.xiiii. ubi Papa. & supra dixi.q.xxxv.num.ix.& quę infra, casu.ccxv.

Ducentesimo primo, concedere Prætori ex magna causa, ut minorem restituat aduersus Libertatem.l.si ex causa.§.fi. cum.l. seq.ff.de minor.dic ut ibi not.& in.l.illud.ii.ff.de appel.

Ducentesimo secundo, solus Princeps restituit aduersus sententiam eius, qui uice eius cognouit.l.aduersus.in fi.C.si aduers. rem iudic.de quo dic ut ibi per Bar.& Scrib.& in.l.fin.C.ubi, & apud quem.

Ducentesimo tertio, solus Princeps dat autoritatem dandi mutuo Aurum Fiscale alicui.l.ii.C.de his qui ex public.rat.libr. x. sub pœnis de quibus ibi.Et facit casus supra.cvii. Et quæ Deci. in not.q.consil.cccclxxiii.queritur.col.fi. ꝙ nec Officiales possunt pecuniam Communis, in propriam utilitatem conuertere. &.l.minime.C.de suscept.&.Arch.lib.x.& quæ Bart. in.l.i.C.de Aur.pub.eod.libro.ubi tenet, ꝙ lucrum debet esse publicum, de quo dicendum est, ut late Deci.cons.vi.

Ducentesimo quarto, licet multi habeant ius reuocandi domum, si conueniant.ut in.l.ii.§.legati.ff.de iudic.c.fi.cum glo.de dilat.l.si legatus.ff.ad Treb.Rot.decis.lxxii.nota ꝙ ubi aliquis, in antiquis.& per Doct.in dictis locis.Tamen si Princeps committit causas laicorũ Actorum, siue Reorum præsentium in Curia sua, auditoribus suis, et sui Palatii, non habent communiter

ius reuocandi domum. Ita testatur not. Rota, in Papa committente. decis. dxcvi. Dominus Vrbanus in antiquis post Hosti. in c. fi. de foro compet. Idem Rota. dcxviii. dic q illi, in eisdem pro communi stilo, & obseruantia Palatii, & Rotæ, & idem. dcxxix. nota q si illi, in eisdem. Quod licet dicant in Papa, eadem ratiõe erit idem in Imperatore, & Principe, per ea quæ infra, in fine horum casuum dixi, & notandum est ad magnam declarationem. d. l. ii. §. legatis. cum concordã. & idem in Imperatore esse, ubi ipse est, patet ex not. per Bal. in. d. §. legatis. & per Abb. in. d. c. fi. col. antepen. ad medium.

Ducentesimo quinto, reseruatum est Principi, sicut dare Immunitates, & exemptiones á præstationibus, & solutionibus, pro terris, uel capite hominis, ut supra dictum est, casu. cxl. ita imponere pro terris, uel capite hominis functiones, sine probatione, & autoritate Principis non licet, nec diminuere, & si fiat, reducitur ad pristinam functionem. tex. not. in. l. Immunitates. C. de Agric. & Censit. libro. xi. cum glo. & facit Regula uulg. contrariorum est eadem dispositio, &c. & quæ supra, casu. xx. & seq. & casu. cxl. supra allegato.

Ducentesimo sexto, dici põt reseruatos esse omnes casus Principi, in quibus ipsemet ligauit sibimet manus, uolẽs suum rescriptũ in eis nõ ualere, (de quibus infra dicemus late seq. q.) Nam si uult omnino disponere in illis, in contrarium, potest, si expresse & specialiter illis Legibus, & Cõstitutionibus deroget, ut infra declarabimus in. d. seq. q. ad fi. uers. notandum tamen est.

Ducentesimo septimo, reseruatũ est Principi, q Ecclesiæ, quæ regulariter sunt Immunes, & exemptæ ab omnibus impositionibus, muneribus superindictis, & aliis huiusmodi pręstationibus, & solutionibus sordidis, teneantur tamen ad Canonicam illationem, quam repentina Sarcina aduentitiæ necessitatis proposuit, ut dicit tex. not. in. l. placet rationabilis. C. de sacrosanct. eccles. Iac. Butr. & Bald. exponit, ibi, id est propter subitum aduentum Principis. glo. uero in uerbo, Canonicam, exponit, id est, ut quia filius nascitur Principi, uel facit filiũ militem, uel facit nuptias, uel aliter, ut ibi per gl. & Doct.

Ducentesimo octauo, gesta per falsum Procuratorem in Audientia Principis, non ratificantur per Principalem Dñm, licet aliás sic, ut habetur in. l. licet. ff de iudiciis. ita not. dixit Bal in. l. falsus. C. de furt. ii. col. in principio, allegat not. per Innoc. in. c. ex parte Decani. de rescript. argumento. l. fi. C. de his quæ a non

Domino.

Domino. Et propter uitium subreptionis, quę ualde detestabilis est in Auditorio Principis. Sed cauendũ, quia. D. Abb. in. c. nonnulli. §. i. col. iii. in princip. extra, de rescript. dicit hanc solennem limitationem. Bal. & Innoc. ad. d. l. licet. & alia Iura, quæ dicunt gesta per falsum procuratorem posse rata haberi, non uidere ueram, & prædicta Iura non admittere hanc restrictionem. & Feli. in. d. §. i. col. iii. ampliatiōe, dicit dictum Bal. in. d. l. falsus. communiter non teneri, quia Iura generaliter loquuntur. Dictum tamen Bal. tenet, etiam Socy. aliás in Regula, gesta. clxv. iii. Fallentia. Et Ias. in. l. iii. §. si procurator. ff. q quisq; iur. col. ii. dicit, q dictũ Innoc. procedit quo ad commodum, & utilitatem ratificantis, ut rescriptum Principis impetratum a falso procuratore, non possit ratificari, sed quantum ad damnũ, & ad hoc ut ratificans incidat in pœnam sic. Et q ita ibi loquitur tex. quē ait singulariter not. pro limitatione dictæ Regulæ Innoc.

Ducentesimo nono, reseruatum uidetur Principi, ut licet aliás petita restitutione in integrum aduersus sententiam, ea pendēte non fiat executio. l. si causa cognita. C. de transact. l. defendente. ff. de autorit. tuto. rubr. & nigr. C. de in integr. restitut. postul. ne quid noui fiat. Tamen quãdo est sentētia Principis secus, secundum unum intellectum Innoc. ad illum tex. in. c. suscitata. de restitu. in integr. extra, refert, & tenet Bald. in. d. l. si causa cognita. iii. not. & in. d. nigro. C. ad finem. Et licet Abb. in d. c. suscitata. iii. col. ad finem, illum intellectum Inno. ad illum tex. nō teneat, non tamen dictum in se uidetur impugnare, immo uidetur fundatum ratione clara ultra eas, de qua in illo text. scilicet, q ubicunq; præsumptio est contra petentem restitutionē, q malitiose id faciat, non differtur executio recepta cautione, ut in illo tex. quæ conclusio ad eum communiter tenetur, ut ibi Abb. d. iii. col. in fine, testatur post tex. ibi, in uersi. ne uero. Sed præsumptio maliciæ differendi maxima uidetur aduersus sententiam Principis, argumento. l. unicæ. §. fin. ff. de offic. præfect. prętο. igitur &c. Et facit p Inn. & Bal. Auct. quę supplicatio. & in corpore unde sumitur. C. de precib. Imp. offeren. Vnde cogitandum. et Socy. etiam aliás in Regula, restitutione. cccxlvi. i. Fallentia, simpliciter tenet cum Innoc. in. d. c. suscitata.

Ducentesimo decimo, ferre sentētiam generaliter, sine scriptis licet in quibusdam tantum casibus, aliis etiam, Alb. de Ros. in Auct. nisi breuiores. C. de sent. ex periculo recit. facit casus. xviii. supra, dum dicitur posse procedere, omisso quolibet ordine iudi

ciario,iunctis notatis in.l.prolatam.C.de sent.et interloquut.et supra dixi,casu.cxliii.

Ducentesimo undecimo, Princeps debet sibi magis cauere ab omni re illicita, et reprehensibili, q̄ alii, et quamplura sunt licita aliis, q̄ ipsi Principi. ita ex illo tex. post glo. notat Bald. in.l.pen. ff.de hæred.instit.dicens ea uerba debere scribi Literis Aureis. Et ita cordi affixit præsens Inuictissimus Imperator Carolus V. semper Augustus pariter et obseruat, ob quod Altissimus, semper direxit, et diriget gressus suos in uiam pacis, ueritatis, et uictoriæ, et quę dixi infra, casu.ccxciiii.

Ducentesimo duodecimo, Compaternitas non uidetur posse contrahi per procuratorem de stricto Iure, secundum Bart.in.l. Gallus.§.forsitan.ff.de liber.et posth.cum quo ibi Ias. ad finem, ait communem, Aret.in.§.illud.Instit.de nupt.col.iii.et in.§.multis.in fine.Instit.de Libertinis.Rom.not.liii. quero. Fallit tamē in Principe secundum Bal.in.l.unica.§.ne autem.col.iii. C.de caduc.toll.Sed cum ibi Bal.plurali numero utatur de Principibus, late Principes capere uidetur, etiam post Imperatorem. iuxta.t. et glo.in Clement.i.de Baptismo. et supra casu. cxlvii.licet consuetudo generaliter etiam in omnibus, id admiserit hodie. ut per Bal.dicto loco. et Aret. quæ etiam secundum Aret.in.d.§. illud. potest defensari.

Ducentesimo decimotertio, sententia lata a Principe, ira, seu furore ducto in criminalibus, nō statim debet mandari executioni, sed differri per.xxx.dies, ut dicit post illum tex.glos.not. in.c. cum apud.xi.q.iii.ubi aliàs Regula est in contrarium.ut in.l. cū Reis.C.de pœnis. Sed iudicio meo idem a fortiori esset dicendum in alio inferiore sententiante, ira, & furore, a maioritate rationis, iuncta.l.respiciendum. ff. de pœnis.in principio. Et quia præcipitatio nouerca est Iustitiæ.Clemen.pastoralis.§.uerum.de re iudic. & quę prudenter monet Rota decis.dcclxi. sciendum.in antiquis.&.dcclxxiiii.dic &.dccxciii.sciendum.&.dcccv.nota, in eisdem.Et pro hoc casu allegat.l.si uindicari.C.de pœnis.quem ad id pro mirabili & notando a Consiliariis Principis, Auroq; pingendo notat Martin.Laud.in Tracta.de Consil.Principum. not.vi.adducens simile, quando aliquid irrationabile mandat, ut debeat ei rescribi.c.si quando.de rescriptis.& in Imperatore.§.si quis autem.in Auct. de mand.Princip.cum gl.& de.d.l.si uindicari.Veron.Cautela.ii.col.ii.

Ducentesimo decimoquarto, in Principe promissio sine causa

intelligitur

intelligitur animo donandi, cùm proprium eius sit donare.c.i.de donat.extra.& Rom.not.dcxliiii. Nobilitas.dicit, q̃ Nobilitas inducit præsumptionem donationis, & q̃ Nobilitas cognoscit ex largitione.post.l.filius.ff.de donat.& supra dixi.q.ciiii.num. vi. Sed in aliis donatio regulariter non præsumitur, etiam ubi possit cadere alia leuis præsumptio, & potius præsumitur error, q̃ donatio, ut late congerit Decius in.l. cuius per errorem. ff. de Regul.Iur.& in consil.ccclii.col.libro.ii.& consilio.fi. eod.lib. iii.col.Sed ista ratio Nobilitatis, quę id facit, arguit esse debere idem in quocũq; Nobili, etiam post Principem Supremum, licet in eo multomagis, fallit ubi ex præsumpta donatione enormiter lęderetur, ut colligitur de mente Io.And.post Inno.in.c.grandi. ad finem, de supl.neglig.prælat.in.vi.ubi in princip.etiam ponit notabilia dicta de Liberalitate, Magnanimitate, & Magnificentia, cuius Rex Franciæ (ut audio) est maximus obseruator, necnon Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus, Dñs Alex.de Farnesio. V. Cancellarius. Et pariter Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus, Dñs Guido Ascanius Sfortia.S.R.Camerarius, Dominui mei obseruãtissimi. Et.S.Sanctit. nõ degeneres ex carne Nepotes, quos Deus semper fœlices seruet.

Ducentesimo decimoquinto, reseruatum est generaliter Principi, ut nullus Ignominiosus possit stare in loco, ubi Imperator moratur, ut ubi Ipse est, ibi Roma. ita notat Ang. per illum tex. in.l.ii.§.Ignominiæ.ii.de infam.ff.& quę supra, casu. cc. Sed cauendum uidetur, quia.d.§.Ignominiæ. in misso Militia infame, non generaliter in quolibet infame uidetur loqui, facit tamẽ pro dicto generaliter, quia licet infamis possit esse procurator aliâs, §.fin.Instit.de except.not.in.c.fin.v.q.iii. Tamen secus si sit procurator Principis, ut per Rom.in not.dcccv.tu habes.post tex.singul.in.l.nemo præfectus.C.de dignit.lib.xii.facit, quia infamibus portæ non patent dignitatum, Regula Iuris.in.vi. Et Princeps, & Imperator, Fons, & Caput est omnium dignitatum. Limitarem hoc dictum Ang.quatenus generaliter loqueretur, nisi cõpareret coram Principe ex necessitate, uel in aliis casibus, de quibus aliâs in simili, de excommunicato legitur, in.c.i. de rescript. in.vi.& in.c. intelleximus, extra, de Iudiciis; & utrobiq; per Doctores.

Ducentesimo decimosexto, procurator Principis non potest esse uilis persona, nec infamis, sed dicit in dignitate cõstitutus, ut supra proxime dixi, post Rom.not.dcccv.tu scis.licet alterius

sic,ut.d.§.fin.& glo.& Bar.in.l.i.§.hoc ædicto.ff. de postulando, & supra,casu.cxxvi.

Ducentesimo decimoseptimo, reseruatum est Principi, ut interrumpat præscriptionem contra se inceptam, per solam suam protestationem, licet aliás Iudex adiri debeat, & querelari,uel aliter,ut in.l.ii.C.de annal.except.ita not.secundum unum intellectum notat Innoc.&.Ioan.Andr.in.c.nihil.de præscript.extra, ubi Abb.dicit.iii.col.in princip.esse in se lecturam notabilem,& uerissimam,& dicit Doct.communiter approbare. Sed cauẽdum est,quia in Papa loquitur.& assignata ratio per Abba.procedit, scilicet,quia Papa nõ habet Superiorem,coram quo possit comparere,etiam nec Episcopum loci rei, cum sit eo maior. Quæ ratio cessare uidetur in Imperatore,qui Papam in Superiorem recognoscit,ut late supra uidimus.q.l.Immo etiam Episcopo subest Imperator in spiritualibus,ut ibidem dictum fuit ante finem late. Vnde uidetur in Imperatore magis seruanda dicta.l.ii.C. de annal.except.iuncta.l.digna uox.C.de.ll.cum simil.&.ff.eod. l.Princeps.Et ideo Fely.in dicto.c.nihil.col.pen.post medium. ii.Fallentia.dubitat de dicto Abbatis ibi dicentis lecturam Innoc.posse seruari in Principibus, de facto nõ recognoscentibus Superiorem, quia scilicet,nemo sit, qui non recognoscat saltem Papam,etiam in temporalibus. Vnde cogitandum, ut late dixi in dicta.q.l.supra.

Ducentesimo decimooctauo,licet credatur magis uni testi Tabellioni,q̃ alteri non Tabellioni,ut tradit Bald.post glos.ibi, in Auct.sed cum testator.C.ad.l.falc.col.iii.Et est glos.not. in.§.si uero absunt.in Auct.eod.titulo.quam singula.ait Rom.not.ccclx.duo testes.& Anto.Sicul.in not.in uerbo testes.incip.duo testes.Fallit tamen in Principe,cui magis creditur, quando tamen nõ ageretur de facto suo.ita dicit And.de Isern.in.c.sancimus.in titulo,quo tempore milit.in usibus feudo.facit text.in.l. iii.§.tu magis.ff.de testib.ibi.aliás dignitas, & autoritas,& quę congerunt Bonoñ.Moderni in not.cxiiii.uulgatum.&.cclxxiii. notissimum.&.cccclxxxviii.dignitas.& facit text.not.in.c. Nobilissimus.xcvii.distinct.& Clem.i.de proba.cum simil.Et cum Andr. de Isern.ut supra,Deci.tenet consi.cccclxv.in casu col.v.

Ducentesimo decimonono,quando Princeps uendit aliquam rẽ,seu alienat,emptor est statim securus,nec potest ab ipso euinci,sed habet locum.l.bene a Zenone.C.de quadrien.præscript. Quæ.l.quando locum habeat magistraliter, uide per Abbatẽ,in

excellenti

excellenti consilio.iiii.ii.libro.iiii.char.i.col.Fely. late in.c. quæ in Ecclesiarum.de consti.numero.xxvii.Rom.not.dccxxxvii. & dcxii.lex bene.Aret.post Fabr.in.§.fin.Institu.de usucap. ad fin. i.col.& p Deci.in not.q.cõsil.ccclvii.in casu.ii.dubio.p.iii.col.& ccccxlv.in casu.xii.col.ante finem.lib.iii.& per Socy.in Regula res aliena.ccxlii.& per Curt.Iun.consilio.clxxiiii.in causa.col. pen.& cons.clxxxv.col.pen.lib.i.

Ducentesimo uigesimo, illud quod dependet a sola potestate Principis, reputatur impossibile apud nos.l.Idem Iulianus.§.cõstat.de leg.i.l.iiii.in princ.ff.de fideicom.lib.Bar.in.l.fi.col.iii. in princ.C.de sent.pass.& per.d.§.constat.in not.q.Lap.allegat. lxvii.iii.col.&.v.& allegat.xcii.iiii.col.in princ.cum uulg. quæ nota sunt, quod uerum est, nisi Princeps de facili soleat, ut est bonus tex.in.d.§.constat.in fine text.cum glo.in.l. qui cum maior. §.i.ff.de bonis libert.per Deci.in.c.i.colum.i.ante finem.extra de fide instr.Ant.Sicul.in not.in uerbo facere.cum simili.quæ clara sunt.Paul.de Castro in.l.continuus.§.cum quis.ff.de uerbo.obligat.& alii.

Ducentesimo uigesimoprimo, Princeps omnem dilationem legalem abreuiare potest, etiam sine causa.Imol.& alii in.c.ex ore. de his quæ fiunt a maior.part.cap.iuncto.c.ii.de concess. præb. Docto.in.l.ii.ff.de re iud.& in Regula indultũ.in.vi.ubi.ꝙ aliás alii regulariter non. facit supra casus. xviii. & repetitum infra, casu.cclxxiiii.

Ducentesimo uigesimosecundo, Princeps potest alteri stipulari.glo.not.in proœmio Decreta.in uerbo seruus.licet aliás alii non regulariter.ll.uulg.licet & multæ aliæ dentur Fallentiæ, ad dictam Regulam.ut per glo.& Doct.in.§.si quis alii.Institut.de inutil.stip.&.in.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de uerb.obligat.Non tamen uidetur idem é contra, ꝙ Subditus uel Vassallus stipulecur Domino suo, ut dicit Bal.in.l.i.ultima col.C.per quas personas nob.acq.uers.uenio ad ultimam Regulã.declarañ.ut ibi.

Ducentesimouigesimotertio, quãdo seruitium debet præstari Principi, nõ potest fieri per Substitutũ, nisi de uoluntate Principis.ita not.tradit Bal.in.c.i.§.fi.col.pen.in titulo, Epis.uel Abb. in usibus feud.per tex.in.l.si quis.C.de Murilegul.lib.xi. dic tu la.ii.Et comprobari potest ultra eum, quia quos eligit Imperator, industriam eorum uidetur eligere specialiter, argumento l.unicæ.§.fin.ff.de offic.pręfect.prætor. ergo non substituunt.l. inter Artifices.ff.de solut.cum uulg. Forte tamen dictum notab.

Bal.poſſet limitari,niſi daret filium ſubſtitutum,quia ea uidetur Regula,ut ubi quis per alium ſeruire nõ poteſt,poſſit per filium proprium. Aret.in.§.fin.in fine.Inſtit.de uſufruct.Rom.not.dec lxiii.ille.ubi reputat ſingula.Et dicit Bald.ita feciſſe Papiæ.per tex.in.l.ſciendum.§.legati.ff.de legation. Bonoñ. Moderni not. clx.& quæ in not.cccccxlviii.habens.Sed Fely.in.c. fi.§.is autem. col.fi.de offic.Delegat.dicit,ꝙ eſt ſpeciale in.d.§.legati. Et Romæ obſeruatur,ꝙ Cubicularii,& alii Officiales.S.D.N.per ſubſtitutum non poſſunt inſeruire.

Ducenteſimo uigeſimoquarto,Imperator facit de Ciue Forenſem,propter ſuum delictum.Bal.not.in.l.ſi quis filium.C.de libe. præterit.Sed ibi Bal.in fine,de ſtatuto, notat nõ de Imperatore. Vide dic,ꝙ facit pro hoc dicto.l.ii.C.de Agent.in rebus. libro xii.& quę ſupra dixi,caſu.cxvi.& tex.in clem.paſtoralis.§.ac alſ. ad fin.de re iud.arguendo a ſpeciali.

Ducenteſimo uigeſimoquinto,donatio facta a patre filio, non tenet regulariter.l.i.&.ii.C.de inoffic.donat.l.i. §.ſi pater. &. l.ſi pater.ff.pro donato.cum uulg.fallit in Rege,uel Imperatore donante filio Autoritate Regia,ut not.tradit Bal.in titulo, de pace iuram.firm.§.item Sacramenta.col.pen.uerſ.ii.utrum. Facit.l.filius.§.i.ff.de donat.Et ſcribit Iaſ.& tenet poſt Rom.& Alex. in prælud.feud.col.vii.in princ.& comprobat.

Ducenteſimo uigeſimoſexto,ubi Imperator , ibi Roma. l.ii.§. Ignominiæ.ii.de infam.ff.& ibi omnes notant.Bal.in.l.ii.§.legatis.ff.de iudic.Abb.in.c.fin.de foro compet.col.antepen. & quæ ſupra late dixi.q.xxxv.num.ix.ubi uidendum.facit tex.not.in.l. i.§.Romam.C.de Veter.Iur.enucl.Et ubi eſt Rex., ibi Regnum, & Territorium.And.& Bal.in.c.i.quibus mod.feud.amitt. poſt Cyn.& Iac.ſecundum deciſ.Neap.cclxv.Illuſtriſſime.vi.col. in princ.num.l.in not.q.de qua ſupra,q.lvii.

Ducenteſimo uigeſimoſeptimo , reſeruatum uidetur Imperatori,ut cùm coronatur,liberet Præfectum Vrbis ab omnibus debitis.iuxta dictum Bar.in.l.i.in princi. ff.ſi quis teſtamento lib. eſſe iuſſ.fuerit.De quo tamen dicendum eſt,ut dixi ſupra.q.xxx. &.xliiii.ubi uidendum nòuiter aliter.

Ducenteſimo uigeſimooctauo, ubi inſtrumentum publicatur, uel exemplatur citatio partis regulariter requiritur. Doct. in.c. fi.de fide inſtrum.Socy.in Regula,ubi infra,fallit ubi exemplatio inſtrumenti fiat de mandato Principis,& Autoritate Ordinarii,quia nõ requiritur citatio,ita traditur in Regul.Soci.clxxxv. penult.

penult. Fallent. instrumenti. post Hosti. in. c. peruenit. de fideiuss. & ibi Imol. ultima col. Hoc dictum de potentia Principis, uidetur uerum, cùm nõ teneatur seruare formam Iuris, ut supra diximus, casu. xviii. Et exemplo soli sumpto de mandato Principis creditur, ut infra. q. seq. casu. lxxiiii. ad finem.

Ducentesimo uigesimonono, potest tollere citationem si uult ex causa. glo. not. in. l. antepen. ff. ex quibus caus. ma. Bal. not. in. l. cessante C. quomodo, & quãdo Iud. & in. l. nec causas. C. de app. Curt. Senior consilio. xx. col. ii. sæpenumero. Decis. Neapolit. in not. q. Torturæ. decis. cccxci. fuit dubitatum. col. ii. quia citatio non est de Iure Naturali propter se, sed propter defensionem, ut not. dicit. Bal. in. l. executorẽ. col. xii. uers. mõ facio quẽdam uola tũ. C. de exec. rei iud. bon. c. In. c. inter quatuor. de maior. & obed. de quo tamẽ dicẽdum est, ut per Doct. post tex. in Clem. pastoralis. de re iud. Deci. consi. dxxviii. pro resolutione col. ii. ad finem. post Bal. & Abb. Et quæ Deci. not. in Rubrica, de appella. extra, col. vii. & in cons. cxxv. col. ii. ante fi. ꝙ in processu Principis, citatio nõ requiritur, & ꝙ ualet sententia Principis contra Subditum, parte nõ citata. post Bald. ubi ibi. & Idem in consil. ccccx. in causa. col. iii. lib. iii. ante finem. Et consil. cxcviii. col. ii. ꝙ de plenitudine potestatis procedit parte non citata. post Hosti. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Imol. Et de exemplatione instrumenti, quando citationem partis requirat, dixi late in. l. sancimus. C. de diuers. rescript. & Rot. decis. x. in nouis. & supra, casu præced. Et Hyppoll. Bonon. in. l. de unoquoq;. ff. de re iudic. numero. liii. v. Fallentia. ubi pro, & contra congerit, & latius numero. x. & seq. ubi per. iii. col. cumulat, & tenet de Iure ordinario Principem citationem non tollere, sed ex causa posse, & de plenitudine potestatis, scilicet contra Subditum naturaliter, aĩs non. post Socyn. not. & profunde, in materia cumulans. & tenet sententiam Principis latam sine citatione nullam esse. Bal. in. l. fin. per illum tex. C. de. ll. Ang. & Abb. & d. c. pastoralis. ubi Deci. dicto cons. cccc x. col. ii. & dxliiii. col. iii. dixi infra. q. seq. casu. lxxxiii. ubi etiam uidendum. Et ut Socy. & Hyppol. cum. d. declaratione de Subdito naturaliter, Curt. Senior consil. xx. col. iii. ad finem. Aliis autem generaliter Cassan. consil. i. v. parte. num. xiiii. tenet pro communi Principem nõ posse etiam de plenitudine potestatis in nõ citatum, quia citatio scilicet, est de Iure Naturali, post Felyn. in c. cum olim. de iudic. Moder. Hisp. in Commenta. super Regulis Cancel. in Compẽd. utriusq; signaturę. nu. lxxi. dicunt ꝙ scilicet,

OO

nec per Papam, nec per alium Principē citatio tolli, nec suppleri potest. post Moder. Marian. Feli. Inno. & omnes, ubi ibi, quia est de Iure Naturali, & Diuino. Sic illi, alii, aliter ut supra.

Ducentesimo trigesimo, inquiritur ex officio, ubi queritur de Iuribus Principis. l. penult. & final. C. de bon. uacant. lib. x. Inno. & Io. And. in. c. ad nostram. ii. de Iureiur. Soci. in Regula. cxcvii. Iudex petitus. ad finem, & Regula. cc. Iudex ex officio. iii. Fallētia. ubi dicit communiter teneri. & Franciscus de Parma in Tractatu de priuilegio Fisci. i. q. princip. iiii. casu. id ponens in causa Fisci. & . lix. casu. & . lxi. Bal. in. l. si quis. in fine. ff. de custod. Reorum. Et in. l. i. col. ii. C. de hæredit. uendit. per. l. missi. C. de exact. tribut. libro. x. & per. l. i. C. de natur. liber. iuncta dic tu. l. Fiscus. la. i. in fine. ff. de Iure Fisci. cum not. infra, casu. cclxxi.

Ducentesimo trigesimoprimo, reseruatum est Principi, q̄ licet non sit Exemplis iudicandum. l. nemo. C. de sentent. glos. in. l. de quibus. ff. de. ll. fallit, nisi sint Exempla Principis, Imperatoris, aut Papæ. notat Abb. in. c. in causis. de re iudic. & est text. ibi. facit. c. uerum. de Iureiuran. extra, glo. not. in. c. fi. xx. distinct. tradit Socy. in Regula. ccxxv. Legibus. i. Fallentia. facit. l. & hoc. ff. de hæred. instit. §. illud. Instit. de adopt. bonus tex. in. l. i. in fine. ff. de Constitut. Principum. ibi. sine Exemplo, á contrario sensu. bonus tex. in. l. cum querebatur. ff. de uerb. sig. ibi secundum hoc Titus Imperator pronunciauit. Sed aliás Deci. aliter q̄ Abb. dicit, in Rubrica extra, de rescript. ii. col. & considerat, licet prædicta non alleget. his adde etiam quæ supra, casu. clxx.

Ducentesimo trigesimosecundo, allegare potest. l. abrogatā, & correctam. Socy. tradit in Regula. ccxxx. Lex abrogata. iiii. Fallentia. allegat in argumentum. l. ii. §. pen. C. de constit. pecun. sed alia ratione resolui potest ille text. ut patet ex his, quæ dicto loco Socy. ponit, & Bar. in. l. fi. ff. de fals. Alex. in. l. i. v. not. C. qui admitti. facit bonus tex. in. c. ut inquisitionis. de Hæret. in. vi. & per Decium late in. c. i. de constitu. prima lectura. col. iiii. in fine, & sequenti.

Ducentesimo trigesimotertio, coram Principe cōuenitur quis etiam durante Magistratu, secundum Socyn. in Regula. ccxlix. Magistratus. ii. Fallentia. licet aliás non regulariter. l. nec Magistratibus. ff. de Iniuriis. l. pars. ff. de iudic. illa ratione quia solutus est. ll. Quæ ratio, considerata plenitudine potestatis, hoc, & multa alia decidit, & continet.

Ducentesimo trigesimoquarto, licet sentētia contra sententiā

non

non teneat.l.i.C.quando prouoc.nō est necesse. Fallit in sententia criminali consulta cum Principe.Socy.tradit in Regula, sententia contra sententiam.ix. Fallentia.allegat.l.fin.ff.de quest.Sed est l.i.§.fin.ff.de questio.de quo tex.uidendum est supra, in casu cxcviii.& Bar.in.l.ab executore.col.ii.ff.de appel.ii.q.

Ducentesimo trigesimoquinto, sententia contra Ius expresse lata, non ualet.l.si expressim.ff.de appell.cum uulg.Fallit in sententia Imperatoris, quæ lata contra Ius, ualet. ita Angel. sentit not.in.l.i.in prin. ff.de Feriis.ii.col.in fi.refert, & tenet Socy. in Regula.ccliiii.sententia contra Ius.xii.Fallentia.

Ducentesimo trigesimosexto, sententia lata de Nocte, regulariter non tenet.Bar.& Doct.in.l.nō minorem.C.de transact.Deci.testatur communem in.c.consuluit.post illum text. de officio Delegat.penult.col.Fallit in Curia Principis, in qua consuetudo contraria inoleuit, cum in ea plus procedatur hodie in Tenebris, q̄ in Luce, ut docet experientia, & specialiter tradit Ioan. Andr. in addit.ad Specul.in titulo, de sentent.§.iuxta.col. iii. ad finem, uers.sed nunquid.ad finem addit.Sed ibi Io. Andr. late loquitur de Curiis Regum, & multorum Principum.& Socy.in Fallentia ii.ad Regulam.cclix.sententia regulariter. Aliás autem collatio Beneficii etiam de Nocte fieri potest. Abb.in. c.i. de clandest.in. despons.Dom.post Archyd.in.c.si tibi absenti.col.i. de preben. in.vi.Eodem modo & resignatio, ut in not. q. scribunt Modern. Hisp.in Comment.super Regulis Cancel.in Regula, de infirm. resign, q.xxxviii.ad finem.

Ducentesimo trigesimoseptimo, Princeps per rescriptum concedit, ut testes producantur, etiam post didiscita testificata, si ex certa scientia uult derogare.c.Fraternitatis.de testib.extra, cum concord. Ita not.tradit Specul.in titulo, de restitut. in integr. §. ultimo.col.ii.in fine.Socy.in Fallentia.xxxii.in Regula.cccciii. testes publicatis.comprobatur ex his, quæ supra, casu.xi. xvi. & xxxii.cum simil.uulg. Aliás multas Fallentias etiam ad dictā Regulam posui late, in Cautelis meis Iudiciorum, Cautela. xliii.testes.ubi uidendum.

Ducentesimo trigesimooctauo, dispensat ut Infamis, uel alius Criminosus admittatur ad testimonium.Specul.in titu.de teste. §.i.col.viii.ad fin.uersic. sed queritur. Et ultra eius allegationes ibi, probat ex præcedētibus, & casu supra.lix.&.lxxxii.&.clxxxi. Et facit.c.i.de testib.in.vi.&.c.Licet Hely. ante finem. extra.de Symon.cum glos.in uerbo indifferenter.& quæ per Ias.in.l.i. C.

de Summa Trinit.col.x.& seq. Et cum Specul. simpliciter tenet Socy.in regula.ccccxv.testes infames.iii.Fallentia.(licet corrupte citet.)

Ducentesimo trigesimonono, concedere saluum conductum, & securitatem Bannito.l.relegati.ff.de pœnis.& tetigi supra.ii. casu. de quo dicendum est, ut per Bar.in.d.l. & decisio Neapol. iiii. Aduocatus.in not.q. An Aduocatus Fisci sine speciali mandato Domini Regis possit saluum conductum Bannito dare: dicit per omnes temptum, Rebelli a Principe, uel ex Crimine læsæ Maiest.securitatem dari non posse, nisi ab eo, & contraria loqui, quando delinquens esset Bannitus ab illo Iudice, qui daret securitatem, quia tunc etiam ex causa Inferior a Principe posset, ut ibi late congerit post Bar.Bal.Imol.Ang.Ias.& Alex.ubi ibi. Et per Reuerend. D. Gregor. Magalott. Episcopum Clusinum in suo Opusculo, De saluo conductu.i.parte.col. iii. impresso Diebus proximis, post mortem suam, opera, & cura Magnifici, ac prudentis Viri Domini Benedicti de Valentibus de Treuio, Procuratoris Fiscalis, de quo dixi infra, casu. ccxlvii. Et Princeps potest non solum temporalem, sed etiam perpetuum saluum conductum concedere, ut sentit Bar.in.d.l.Relegati. & Vital. in Tractatu clausu.in clausula, nihil inno.secur.pend.Nell.in Tractatu, De Bannit.xv. q.in.i. parte.ii. temp. Et dictus Episcopus dicto loco, prima ampliatione, ubi etiam ponit, quid differt tũc, à remissione. Et etiam potest sine alia causa, ex sola uoluntate, iuxta glo.singul.& ibi Bar.in.d.l.Relegati. licet non debeat, ut late Idem Episcopus dicto loco.ii.ampliatione.& dixi in singul. meis, impressis gloss.Ciuil.xxvi.iustam causam. Et Moderni in Tractat.de uirtut.iuram.lvii.casu.in fine.Bald.ut supra, q̃ solus Princeps securitatem dat, nisi ex causa iure expressa, in titulo, de pace const.in prin.col.i.in fi.super uerbo dispensationem.

Ducentesimo quadragesimo, Imperator potest de Iure Ciuili mandare executioni pactum nudum, quod regulariter deeo non parit actionem.ll.uulgar.ut not.tradit Ioannes de Imola, in. c. quæ in Ecclesiarum.de constit.decisio Neap.cxx.lata, ad finem. Moderni in Rubrica, de uerb.obl.

Ducentesimo quadragesimoprimo, solus Princeps sententiam propriam corrigendo, interpretatur.Bar.notanter in.l.ab executore.col.ii.ii.q.ff.de appellat.per tex.in.l.i.in fin.ff. de question. Alii non.l.Iudex postq̃.ff.de re iudic.& ibi Imol.decis.Neapol. ccxv.sexdecim, ante finem.

Ducentesimo

Ducentesimo quadragesimosecundo, licet Dominus, & Vassallus iudicentur ad paria regulariter, ut late congerit Decisio Neapol. solenniter decis. cclxv. Illustrissime. in prin. tamen inter cæteras not. declarationes, est φ licet Vassallus si delinquat in Dominum perdat utile Dominium, ita et é contra. c. i. qualiter Dom. proprietat. priuetur. in usib. feud. Non habet tamen locum istud é contra, quando Dominus est Princeps, nō recognoscens Superiorem, quia si delinquit in Vassallū, non tamen perdit Feudum, uel Regnum: ita not. concludit Luc. de penna in. l. in sacris. C. de proxim. sacro. scrin. libro. xii. circa finem. mihi. est col. pen. & final. in princ. Bal. in dicto. c. i. decis. Neapol. not. dicto loco. ii. col. iii. Falletia. quod est not. dictum, & loquitur Luc. de Penna, in Rege, & quādo nollet Vassallo Iustitiam ministrare, uel alias aliquas culpas committeret, ob quas bene Vassallus priuaretur, sed uide gl. in. c. cæterum. de iudic.

Ducentesimo quadragesimotertio, statur uerbo Principis, si est dubium, an Bellum sit iustum, uel ne, quantum ad excusationem Vassalli præstantis opem. xxiii. q. i. c. quid culpatur. Andr. in. c. i. in prin. quibus mod. feud. amitt. & in. c. i. hic finitur. l. Corrad. decis. Neapo. cclxv. Illustrissime. col. vi. in princip. numero. xlix. facit supra. cviii. q sed. d. c. quid culpatur. generaliter de Rege loquitur.

Ducentesimo quadragesimoquarto, Princeps, & non Inferior ab eo, potest facere expectatiuam de feudo, uel alio Iure á tertio possesso, argumento. c. proposuit. de conces. preb. et ne captādę. eod. tit. in. vi. & c. ii. relatum. & ex tenore. extra, eod. de quo tamē dicendum est, ut in tex. & Doct. in titulo, si de feud. fuerit contr. inter Dom. & Agnat. in. §. moribus. & decis. Neap. not. in not. q. decis. cexcii. fuit.

Ducentesimo quadragesimoquinto, reseruatum est Principi, φ expulsus p uiolētiam ab illo, qui habet priuilegium ab eo, nō potest agere possessorio recuperādæ, quia dicitur expulsus Autore Magni Prætoris. Rota Neapol. decis. ccclxi. Monasterium. col. iii. ad finem. allegat not. Bal. in cons. ccxcv. ad euidentiam. lib. iii. & Alb. in. l. si de ui. ultima col. ff. de iudic. Et illam regulam, φ Princeps nō tenet seruare ordinē Iuris, de quo supra late casu. x viii. Sed cauendū est, quia contra hoc reseruatū uidetur text. in l. meminerint. C. unde ui. Vnde dicendum est de ea, ut per Scribē. ibi. & d. decis. Neap. not. vii. col. num. xxxv. & Deci. nouissime. in consil. cxci. col. final. Et de Spoliato Autoritate Iudicis, quando

reintegretur, late Deci.conf.ccccxlix.uisis.col.penul.lib.iii. Rot. decis.xlvi.in antiquis. &.lxxi.in eisdem.

Ducentesimo quadragesimosexto, concedere Ecclesiæ habere Feudum, quia de Iure communi eius non est capax, nam diceretur peruenire ad manus mortuas.decis.Neapol.in not.q.per hoc dictum, arguit.d.decis.ccclxi.col.iii.num.xvi.& col.penul. ad fin. per.c.i.§.i.de alien.feud.in usib.feud.qui tex.loquitur, quando in perpetuum Ecclesiæ daretur in feudum. Vnde nunq̃ esset reuersurum ad Dominum &c.qui tex.fallit, cum Princeps dat, ut.d.decisio declarat.d.col.pen.post And.

Ducentesimo quadragesimoseptimo, creare Procuratorem Fisci. Rota Neapolit.decis.ccclxvi.in pleno.col.i.per.l.i. ff. de offic. procu.Cæs.facit casus supra.ciii.& sic in Vrbe Roma, per Clem. VII. Pont.Max.fuit creatus Procurator Fiscalis, Magnificus Dominus Benedictus de Valentibus, de Treuio.I.Doctor, Solertissimus, & Integerrimus, opere, & sermone potentissimus. ut & supra dixi, casu.ccxxxix. Vir Vniuerso Orbi, & Vrbi notus, & charus, magnæ autoritatis apud Clem. VII. & præsentem Paulum. III. Pont.Opt.Max.ac omnes.S.R.E.Cardin.apud quos pridem etiam (Calumniantiũ malignitatibus, ac fraudibus conculcatis) ut Aurum in Fornace, se eisdem, & purgatum, & chariorem reddidit.

Ducentesimo quadragesimooctauo, reseruatum uidetur Imperatori, ut eius uerbis, in literis narratibus factum proprium, credatur, argumento Clem.i.de probat.per quem tex. in Rege tradit Deci.consil.cxci.col.fin.in causa.cum simil.quæ nota sunt, & inter Laicos, & etiam in Imperatore.Abb.Ioan.Andr.Cardin.& Alex.ubi per Deci.cons.dxliiii.Serenissimus.in prin. Et q̃ probatio in contrarium nõ admittitur.post Petr.de Anch. & Socy. ubi ibi, in consilio.& Anton.Sicul.in Tractat.de Potest.Regia. q.lxxxviii. Non tamen in præiudicium tertii, secundum Petr. de Ancha.& Paul.de Castro, in consiliis, ubi tradit Deci.consi. ccclvii.in casu.col.iii.post medium. Idem in sermone suo post consilium.cli.ii.dubio.ii.col.post principium, post Abb.in.d.Clem.i. & maxime quando esset ualde præiudiciale, ut idem in consilio cxcviii.in penult.col.ante finem.post Cald.etiam & Ant.de But. Addo idem sentire Lap.allegat.vii.penult.col.in prin. in titulo, de probat.& de illo tex.in alleg.post alleg.lxvii.&.cxvii. Et idẽ Deci.consil.ccccvii.uisis.ante finem.& in cons.dxxviii.pro resolutione col.i.ad finem, argumento glo.not.in.c.sicut, de sentent.

excom.

excom.in fin. Et q non procedit dicta Clem.i.quando attestatur de facto alieno, et in præiudicium tertii. Deci late in not.q.quando Imperator asserit quem contra eum commisisse Crimen læsæ Maiest.si aliter nõ appareat, in dicto consil.dxliiii.col.ii. &. iiii. post Abb. Andr.de Isern.Card.Domin.& Felyn.in not. q.quando Carolus. IIII. declarauit Rebelles, Pyrrum, & Federicum de Gonzaga. Idem q uerbis Papæ non credatur, cúm agitur de præiudicio alterius. post Abb. Paul.Socy.& Curt.consil.dlxxvi. pro resolutione, in fine. Item q non dicitur affirmare, cúm dicit sicut, se habet fide dignorum assertio, per.c.adhęc.de rescrip.ubi Ant.de But.&.c.innotuit.ubi idem Deci.in prin.extra, de proba. in not.q.causæ legitimationis, de infante. Et communẽ esse non credi in facto tertii, Curt.Sen.scribit late, consil.xx.col.v. Vnde crederetur Principi attestanti, quid esse in utilitatem Camerę, ut per dictam Clem.i.de prob.tradit Deci.cons.cccclxiii.in causa. col.iii.in fine. Item de eo, quod fecit, uel sciuit, in minoribus constitutus, ut idem dicto loco ponit, ad finem. post gl.in.c.ad Apostolicæ.de re iudi.in.vi. Si autem alienum factum, uel prædecessoris sui narrat, & gratia super narratis non fundatur, non creditur, nec probant. Rot.not.decis.cxcvii.in antiquis.nota q ubi. Item prædicta uera in his, quæ in literis narrat, ut in.d.Clemé.i. Si autẽ queramus de uerbo ipsius Principis, tũc dic ut per Abb. not.in.c.cum á nobis.col.ii.de testib.extra, post Host.& seq.col. Item dicta Clem.i.solet limitari, ut habeat locum inter Subditos, aliás non, ut per Innoc.in.c.inquisitioni.de sent.excommun. & per Abb.in.d.c.cum á nobis.ii.col.Paul.de Castro in cons.ubi Deci.in dicto consil.ccclvii.col.iii.post medium. Et Petr.de Anchar.& Curt. Senior, late consil.xx.col.v.& seq. Item creditur in expressis, in omissis nõ. Deci.in dicto consil.dxliiii.col. ii. ad fin. post Dominic.consil.liii.pro responsione.col.pen. Item nõ creditur Imperatori in his, quæ dicit ex relatione alterius. Aret.in.c. cúm á nobis.de testib.& Socy.& ipse in consil.ubi Deci. in dicta not.q.in dicto consil.dxliiii.col.iiii.nume.xxvi. Et an soli uerbo Regis credendum sit, ponit aliás Anto.Sicul.in Tractatu, de Potestate Regia.lxxxviii.q.

Ducentesimo quadragesimonono, contra Decuriones Ciuitatis, ferri Mortis sententia non potest, inconsulto Principe glos. not.in titulo, qui sint Rebelles.ad finem.in uerbo rebellando, ad finem.per tex.in.l.moris.§.sed enim.ff.de pœnis. Sed ille tex.proprie dicit, q si talis sententia Metalli, Furcarum, uel Combustionis,

sit lata contra Decuriones, ea sunt liberandi, non tamen per eos qui sentētiam dixerunt, sed debent referre ad Principem, ut ipse sua Autoritate, uel permutet pœnam, uel liberet. ad quod facit supra casus.xxxvi. Et ad hunc casum, bon.tex.in.l.ii.§.i.ff.de bonis eorum, qui ante sent.&c.

Ducentesimo quinquagesimo, Princeps solus potest cogere homines Ciuitatis captæ illam dimittere, cum omnibus bonis, & ad aliam se transferre.ita not.dicit glos. in dicto uerbo rebellando.in fin.uerbis.argumento not.tex.in.l.cum certa forma.C. de Iure Fisci.lib.x.

Ducentesimo quinquagesimoprimo, ex Beneficio Principis, Infans potest esse Miles.l.fin.& ibi per Doct.C. de testa.Milit. &.l.sed & Milites.§.iam autem.ff.de excus.tut.quæ ita debet intelligi.notat Aluarot.in titulo, quo tempo.Mil.c.i. colū.ii. ante finem.in not.post illum text.& supra dixi.q.lxxiii.numer.xvii.& xxiii.ubi uidēdum not.& in simili Romæ hodie uidemus in Militibus Sancti Petri, qui quandoque sunt infantes, & pueri.

Ducentesimo quinquagesimosecundo, dare Immunitatem, ne quis teneatur Hospites recipere.l.fin.§.fin.ff.de mun.& hono.& quæ in.q.seq.casu.xxxix.& cum dicto.§.fina. clare.l.sunt autem. in fine.ff.de uac.mun.& quæ in seq.casu.

Ducentesimo quinquagesimotertio, reseruatum est Principi dare excusationem á Muneribus, quæ proprie rei cohæret, ut est prædiorum collatio, uiæ sternendæ, Angariorum exhibitio, Hospitis recipiendi, & si quæ sunt alia huiusmodi, tex.not. in.l.sunt munera.ad finem.ff.de uacat.mun.facit.l.fin.§.fin.ff. de muner.& hono.& quæ supra, casu.præced.& infra, in seq.q.casu.xxxix.

Ducentesimo quinquagesimoquarto, Princeps in arduis committit examinationem, & sibi reseruat deliberationem.Bald. per illum tex.(notans prudentiā Regis) in.l.i.C.uectig.noua. Inst. non poss.facit tex.not.ultra eum, in.l.fi.§.adeo.C.ubi Senat. uel Clariss.et.l.humanum.C.de. ll.cū simil.supra, casu.lvii.Sed hoc magis solitum Principis habere uſ, quam Iuris necessarii dispositionem, cum tota die uidemus Iudicem causas usque ad sententiam exclusiue delegare.c.super questionum.§. uerum.de officio Delegati.

Ducentesimo quinquagesimoquinto, sentētia inter alios lata, licet regulariter aliis non noceat.l.sæpe.ff.de re iudic. & rubr.& nigr.C.res inter alios act.Fallit in sententia Principis, quia facit Ius quo ad omnes, cum uim.l.habeat.l.fi.C.de.ll.&.c.in causis,

extra,

extra, de re iud. ut tradit Alex. in d. l. sæpe. col. xvii. nume. lxxiii. dic ut in dicto. c. in causis. &. §. sed & quod Principi. cum seq. Instit. de Iure Natur. cum simil. & quę infra, casu. ccxciiii. &. cccxii. in fine, ubi est, ꝙ interpretatio Principis, Ius facit quo ad omnes.

Ducentesimo quinquagesimosexto, quando Princeps per aliquem locum suæ Iurisdictionis transit, ut habeat bonam uiam, aptantur uiæ, etiam per fundos priuatos, ut commode transeat, Et uidemus in facto seruari in Papa, & Imperatore transeuntibus. Et aliás etiam quilibet Vassallus tenetur pręstare uiam Domino suo, per sua prædia, si Domino hoc expedit, ut dicit Andr. de Isern. in. c. i. §. si quis. de manso argu. l. si quis Sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fun. Quæ lex habet locum non solum ratione Religionis, prout loquitur, sed etiam publicæ utilitatis, ut post And. de Isern. Luc. de penna, Guid. de Suz. & Specul. traditur in decis. Neapol. cclxv. Illustrissime. col. fina. xxxi. casu. facit. c. religiosam. xii. q. ii. Et de uia sternenda, aliás simpliciter meminit tex. in. l. sunt. ff. de uac. mun. & in. l. fi. §. si autem. ff. de muner. & honor. l. Aediles. in princip. ff. de uia public. ibi, ut utiq; adequentur &c. Et facit infra casus. cccii.

Et Anno pręterito, Die. V. de Mense Aprilis. M. D. XXXVI. cúm Romam præsens Inuictissimus Imperator, Carolus V. semper Augustus, sub Paulo. III. Pont. Opt. Max. ueniret, fuit abūde obseruatū, Liberalitate, & Magnanimitate Pōtificis, ob eius merita, cura Magnifici Domini Latini Iuuenalis, Nobilis Romani, diligentissimi Viri domi, forisq;.

Ducentesimo quinquagesimoseptimo, Maior Thesaurarius Principis, in cuius bursa ueniunt omnes Introitus Principis, habet Officium Primipilatus, secundum Ange. in. l. i. C. de priuilegio Fisci. Ex quo sequitur, ꝙ filii eius sint obligati Fisco, etiam ꝙ nō sint hęredes, licet aliás nō, ut nor. utrunq; in. l. fi. C. de primipilo. lib. xii. Et tale Offiñ habet penes. S. D. N. Paul. III. Pont. Maximum nunc Reuereñ. D. Dominus Ascanius Parisanus de Tollētino, Episcopus Ariminensis, Vir prudentia, & diligentia, plenus, cuius ualor ita eum Pontifici, & Senatui charum & commendatum reddidit, ut & in Fratrem expectent Itaq; Dii faxint, (ut & spero, & cupio,) Et ita hoc Anno. M. D. XXXIX. in Natiuitate. D. N. Iesu Christi, creatus fuit.

Ducentesimo quinquagesimooctauo, emens a Principe frumētum, Salinas, uel aliud, non tenetur Vectigal extraordinarium

soluere, secundum Bar.in.l.licitatio.§.Mercatores. ff. de publicã. & cum Bar.ibi, tenet & congerit Deci.conf.xlviii.in princ.& cõs. li.in principio.

Ducentesimo quinquagesimonono, prędia emphyteotica Principis, extraordinarias præstationes non subeunt. l. priuatæ. ubi Bar.not.C.de excus.mun.lib.x.&.l.pen.eod.tit.

Ducentesimo sexagesimo, Officialis, qui non reddidit rationem, & nõ restituit reliqua Principi, præsumitur ditatus ex bonis Principis, uel Fisci, si emerit prædia. Bal.in.c.i.de content.inter Dom.& Fidel.col.ii.in princ.glo.in.l.facultas.C.de Iure Fisci.aliás.l.defensionis.in glo.fin.in fine. Ad limitationem, & declarationem.l.si defunctus.C.arbit.tut.cum simil. Sed cauẽdum; quia Bal.dicto loco post tex.ibi, nõ magis loquitur in Officiale Principis, q̃ quocunq; alio Officiale, & de dicta glo.in dicta.l.facultas. Paul.& Bal.in.l.cum oportet.in prin.C.de bon.quæ lib.

Ducentesimo sexagesimoprimo, qui portat res Principis, non tenetur soluere pedagium.l.licitatio.§.res.ff.de publican.Bar.in l.uniuersi.C.de Vectigal.post tex.qui in rebus Fisci loquitur.et d.§. res. in rebus, quæ ad Exercitum portantur, sed eadem ratio uidetur omnino, in rebus Principis, arg.not.infra, casu.cclxxi.

Ducentesimo sexagesimosecundo, Camerarius, seu Thesaurarius Principis, confitens se recœpisse a Debitore Principis; non potest opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ. Ita per tex. in.l.securitates.C.de suscept.& Arch.libr.x. notat Franciscus de Parma, in Tractat.de priuilegio Fisci.i.q.casu.xlv. sed ille text. in Acceptore uini, uidetur loqui tantum, licet Bart.ibi, id in fine, generaliter notet, post.l.in contractibus.§.i.C.de nõ num. pecu. &.l.fina.C.de Apoch.libro.x.Dicit tamen dictus.D.Franciscus in dicto loco, q̃ Princeps habet regressum contra Camerarium, si sit soluendus, aliás, nõ liberatur debitor.

Ducentesimo sexagesimotertio, Debitor Cameræ Principis, non habet compensationis exception.l.in ea.C.de cõpensat. Bal. in.l.i.C.eo.uide tex.not.in.l.aufertur.§.ut debitoribus.ff.de Iure Fisci. Sic ergo uẽ in debitorẽ ipsius Princi.p not.ĩfra, casu.cclxxi.

Ducentesimo sexagesimoquinto, Princeps uoluntatem testatoris interpretatur ambiguam, ita notat Bald.per illum text.in.l. cum apud.C.de com.seruo manum.in uerbo, interpretamur. Sed cauendum, quia.l.uoluntatis.C.de fideicom.generaliter dicit in æstimatione Iudicis esse, quod intellige secundum text.not.in.l. in his.ff.de cond.& demonstr.

Ducentesimo

Ducentesimo sexagesimosexto, quicquid Princeps facit, ut Deus facit, & Deus est Veritas, unde falli non potest, nec fallit. Bald. notabilia uerba, in titul. de noua forma fidelit. ad finem, in usibus feud. & quæ supra dixi. q. ii. ante finem. & q. l. in fine, dum dixi, dici Vicarium Dei in Terris Imperatorem, & quæ infra, casu. ccxcix. & supra casu. clxxxv.

Ducentesimo sexagesimoseptimo, Notarii Principis, & Cubicularii, sunt Immunes a sordidis muneribus. l. maximarum. C. de excus. muner. lib. x. Et quæ sint sordida munera, ibi tex. in. §. sordidorum, cum glo. & l. fin. §. i. ff. de mun. & hono. Sic et Curiales Principis, ad onera extraordinaria nõ tenentur, Negociatores, Purpurarii, uestiarii, Principis sunt ẽt immunes. l. negociator. C. de excus. mun. lib. x. glo. in. l. Curiales. C. de Decurion. eod. libro. & alii de quibus per gl. in. d. l. maximarum. & quæ infra. cclxx.

Ducentesimo sexagesimooctauo, Medicus Principis, dicitur habere dignitatem, de qua in. l. i. C. de Comit. & Archiatr. lib. xii. & ibi Bart. notat pro Medico Papæ, uel Principis, cum aliás esse Medicum sit artificium, cuius est etiam capax seruus. l. iii. § sin autem. C. com. de legat. & l. i. §. sin autem. C. de com. seruo man. & tamen seruus dignitatis capax non est, ut notũ est. Idem p. d. l. i. Mart. Lauden. notat in Tractat. de Dignitate, not. liii. Medicus; sic etiam.

Ducentesimo sexagesimonono, Cocus Principis, dicitur dignitas, licet aliás sit artificium. Rom. not. dcxlix. nunquid, Cremens. not. xcviii. statuto. ubi dicit soluere aliás debere Gabellam Artificibus impositam, quia Ars est. l. si quid. §. fin. ff. de ædilit. ædict. l. legatis. §. i. de legat. iii. Felyn. in Rubrica, de offi. Deleg. ii. col. ante finem. Modernus Gallus in Tractatu, de Beneficio. i. parte, q. iii. in fine.

Ducentesimo septuagesimo, Notarius Principis, dicitur esse in dignitate. l. i. C. de mand. princip. facit. l. maximarum. in princ. C. de excus. mun. lib. x. & quæ in procuratore Principis, supra casu cxxvi. dicta sunt, eadẽ ratione idẽ erit in eo, qui pro Principe scriberet, ut inter cæteros hodie ꝑ Paulo. I I I. Põt. Opt. Max. facit moribus, & literis, Ingenuus iuuenis, ac magnæ spei, Reuerend. Dominus Hieronimus Dandinus Cesenatensis, Vniuersæ Curiç comes, & gratus. & supra, casu. cclxvii.

Ducentesimo septuagesimoprimo, Item generaliter dici posset omnia priuilegia et reseruata Fisco, de quibus ꝑ Bal. xviii. casus in circa, in. l. i. C. de hæredi. uend. colum. ii. & latius. cxl. per

Franciscum de Parma, in Tractat. de priuilegio Fisci. i. q. Et per Mart. Laudē. in Tractatu de Fisco. casus. cclxviii. de quibus ille bonus uir Parmensis, non fecit mentionem, & per Scribentes in rub. & nig. C. de priuileg. Fisci. &. C. de Iure Fisci. &. ff.) competere forte & esse reseruata Principi, cum quia solus, Fiscum habet, ut supra, casu. ciii. Tum quia nō est differentia an sit res Principis, uel Fisci, cūm omnia sua sint, ut ait ipse, in. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. post principium. Et Res Fiscales quasi ꝓpriæ, & priuatæ Principis sunt, dicit not. t. in. l. ii. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico. & Bal. not. dicit in titu. de feud. March. post principium. ꝙ Respublica, Fiscus, & Princeps, præsupponuntur quasi pro eodem, & ꝙ Respublica est uiuacitas sen suum, Fiscus Reipublicæ stomachus, saccus, & firmitudo, Princeps regit, & dominatur. Qui casus in Fisco, quia in dictis locis, ordinate de facili uideri possunt, eó curiosum legentem remittimus. Nobis hic de Imperatore ipso immediate tractantibus, supra positi aptius stant, quicꝗ in dictis locis nō ponuntur, sed nouiter à Nobis collecti, & ordinati sunt. Vltra quod, etiam non semper, idem Iuris est in rebus Fisci, quod in Imperatoris, ut patet ex notat. in. l. penulti. & in. l. quicunqꝫ. C. de seruis fugiti. Sed regulariter contra, quia dicit text. not. in. l. Fiscus. la. i. in fine. ff. de Iure Fisci, ꝙ quodcunqꝫ priuilegium Fisco competit, Idem & Cæsari. gl. in Rubrica. C. de Iure Fisci. lib. x. & Bar. & quæ infra, casu. ccxcv. Et ē contra, quæ Imperatori competunt priuilegia, competere uidentur et Fisco. bonus tex. in. §. Thesauros. Institu. de rerum diuis. ibi, & conuenienter, & ibi cui conueniens est.

Ducentesimo septuagesimosecundo, solus Princeps Imperiali rescripto confirmat pignus, quod priuatus uenditor reseruaret sibi in rebus, quas uendat pupillo, donec preciū solueretur sine decreto, licet secus si à Fisco pupillus emeret. ea. l. not. tex. & Aureus. in. l. ii. ff. de rebus eorum.

Ducentesimo septuagesimotertio, Princeps de plenitudine potestatis, & certa scientia, potest habere ratum processum nullum, ratione ordinis iudiciarii non seruati. Abb. in. c. cum olim. col. ū. penul. de re iud. tex. in. c. ad petitionem. de accusat. Deci. consilio cxcviii. & pro tenui. ii. col. facit tex. in Clem. pastoralis. §. ac ais. ad finem. de re iudic. Et ex certa scientia, Princeps de nullo facit aliquid confirmando. glos. not. in. c. ueniens. de transact. & dicit glo. not. in. c. placuit. xvi. q. vi. ꝙ solus Princeps id, quod nullum est, facit ratum Autoritate sua, si ex certa scientia hoc faciat, licet

aliàs

aliás confirmari non dicatur, nisi ꝙ ante firmum erat, ut ibi not. per eam, & glo.not.in.c.placuit.i.ix.q.ii.not.dixit ꝙ solus Princeps potest sententiam, quæ nulla est, confirmare, quia ipse mutat substantialia rei, & illam glos.ad limitationem glo. singular. in Clem.i.de sequest.possess.notant Moderni Bononiens. not.x. Tu scis.ad finem.post Innoc.in.c.prudentiam.de offic. Delegat. & Fely.& Ang.ubi ibi, quod ait notandum, & se infinitis uicibus habuisse in facto.& per dictam glo.in dicto.c.placuit.Deci. late idem in Papa, post Scribē.ibi, in dicto.c.prudentiam.ix.col. in princi.ꝙ potest sententiam nullam ratificare, & confirmare, & Bal.& Ange.ubi ibi, qui dicebat Legistas hoc nō ponere.& dixi in Cautel.mea iudiciali. xlvi.sententia. Et sic secundum Móder. dicto loco, ratificat Princeps sentētiam latam à Iurisdictione carente, per supra allegata, Felyn.in.c.significasti, de foro compet. num.xiiii.col.ii.in princip. Et Rota decis.ccccxix.si impetratur. ad finem, in nouis.in not.q.defectus potestatis, iurisdictionis, ac impotentiæ citationis, & processus, cōtra aliquem, contra quem erat dubium, ꝙ nō posset per Audiētiam procedi communi consensu dedit consilium, ꝙ Actor obtineret á Papa ualidationem processus habiti, contra sic citatum per audientiam, & ea obtēta fuit lata sententia contra illum, licet Compilator ibi subdat, ꝙ iniure tamen ꝙ ita fuit seruatum, quia ꝙ Principi placuit.l. habet uigorem &c.facit supra casus.xviii.& seq.Et Abb.in.c.cum super.colū.ii.extra, de confess.in not.q.notat, ꝙ Princeps potest supplere ex plenitudine potestatis, omnem defectum processus, per dictum.c.ad petitionem.& ibi not. Et ꝙ alius Iudex inferior nō posset, post Io.Andr.& Compost.in Papa. Notandum tamen est, ꝙ quādo sententia nulla ualidatur per rescriptum Principis, nunꝙ nocet tertio, licet aliás quandoꝙ sic, cum ualet ab initio, singul.d.Alex.in consil.suo, ubi per Feli.in.c.quamuis.de re iud. in ultimis uerbis pro perpetuo notand. propter commissiones Papæ, sanantes sæpe nullitates sententiarum, referunt, & tenent Moderni Bonon.in not.ccxvi.ubi agitur.ad finem. Et licet prædicta in Papa loqui uideantur, identitate rationis in Regno suo, Idem in Imperatore dicendum uidetur, per ea quæ infra, ad fin. huius questionis dicemus. Prædictis etiā nouissime addo in materia Moder. Hisp.in Comment.super Regulis Cancell.in compendio, utriusꝙ signaturæ.num.lxviii.& seq.ubi ponunt, qui defectus sanentur, uel soliti sint sanari, in processu per Principem, & qualiter, & quādo, & an citationis defectus, & an Iuris Natu-

PP

ralis, & an excōmunicationis, & an mandati, & an cōsensus, & nō Iurisdictionis. & quādo refectis expensis, ubi uidendum est, pro Stylo Curiæ satis late. Et ꝙ hodie secundum Regulas Cancell. non sufficit simplex clausula supplendo in genere, nisi defectus explicetur, uel supplicatio signata sit, per fiat ut petitur, post Alexand. consil. cxcv. á summo. iii. & iiii. col. lib. ii. Et quid si sit dispensatio Motu proprio. post And. Sicul. contra quem dubitant. Et etiam in Rota Rom. Innocentiana sanat processum male, & nulliter tentum, de qua per Cassador. in titulo, de rescript. decis. viii. fuit. ad finem. & notanter quædam decis. seq. an sit materia profana, uel an beneficialis, dicēs ꝙ uidit multos errare.

Ducentesimo septuagesimoquarto, Princeps potest sine causa omnem dilationem Iuris abreuiare, Petr. de Anchar. & Imol. in Papa, in. c. ex ore. per illum text. de his, quæ fiunt a maior. parte. Fely. in. c. i. col. vii. de constitut. Comprobatur ex his, quæ supra late dixi, casu. xviii. scilicet ꝙ potest procedere omisso quolibet ordine iudiciario &c. et hoc ēt supra, casu. ccxxi. ubi est repetitū.

Ducentesimo septuagesimoquinto, reseruatum est Imperatori dare Debitoribus Fiscalibus ad comparandam pecuniam, dilationem ultra tres Menses, in maioribus summis, uel duos in minoribus, ut est tex. not. in. l. in fraudem. §. fiscalibus. cum uersicul. seq. ff. de Iure Fisci. Et inde sumptam practicam ac inoleuisse puto, in moratoriis hodierni tēporis tres Menses solitos taxari, uel duos, quamuis & ad sex, Stylus admittat Romæ, & Bononię, & ubiq;, & ad quatuor Menses, licet illum tex. nunq̄ uiderim allegatum adhuc ab aliquo, etiam nec in. l. quoties. C. de precib. Imp. offer. ubi de materia Moratoriarum per Scrib. Sed ego solus hactenus, nouiter inueni, & obseruaui.

Ducentesimo septuagesimosexto, licet inter Fiscum, & priuatum, Procurator Fisci esset olim Iudex, unā cum Præside Prouinciæ, & patrono, iuxta tex. in. l. ii. C. si aduersus Fiscum. Tamen hodie solus Princeps cognoscit, secundum. R. ut ibi glos. ii. notat. per. §. fin. in Aucten. ut omnes obediant Iudici. Sed non uidetur uerum, quoniam in. d. §. fi. id nō dicitur. Et Bal. ibi, in fine dicit, ꝙ illa glo. non est antiqua, nec uera. Et ꝙ ita est in allegationibus Oldr. tu uide Luc. de pēna, in. l. facultas. C. de Iure Fisci. col. pen. ad finem. & in. l. fin. col. ii. in princ. C. de bon. uac. lib. x.

Ducentesimo septuagesimoseptimo, qui uult mouere questionem cōtra Principem, uel Fiscum, nō potest, nisi impetrata uenia. Bal. post glo. ibi, notat in. l. fi. C. de quadrien. pręscrip. ii. lectura, post

post medium, dicens, nota pro Domino nostro, & est tex. & glos. ibi, in uerbo iussione. & eam ait singul. Rom. not. ix. an si priuatus, qui in Fisco loquitur. Bald. tamen ibi in Imperatore notat, & Matt. Laud. in Tractatu, de Princip. not. clxxxvii. Papa, uel Imperator. & dixi supra. q. xci. ante fin. ubi uidendum. & supra tetigi, casu. lxvi. iunctis et his, quae dixi supra, casu. cclxxi.

Ducentesimo septuagesimooctauo, ut de Vectigalibus Principi reseruatis, nullam partem habeat Ciuitas, nec Municipium ubi exigitur. l. fi. in princip. cum gl. C. de Vectigal. licet de aliis sic, ut ibidem not.

Ducentesimo septuagesimonono, recipere renunciationē officii, quod Imperator ipse alicui concesserit. l. pen. ff. de offi. Praesi. ubi tex. not. cum glos. Rom. in Tabellioñ. not. cccxlviii. an Tabellio. & dixi supra. q. ciii. numero. x. & seq. & facit Regula eius, est soluere, cuius est ligare &c. & l. fi. C. de defens. Ciuit. & supra casu. liii.

Ducentesimo octuagesimo, dare licētiam Obsidibus, ut discedant. cum, & qui opera, dolo malo consilium inierit, ut iniussu Principis fugerent, Reus est Criminis laesae Maiest. l. i. post principium. ff. ad. l. Iul. Maiest. cum glos. quae exponit interciderent, id est, fugerent, quam expositionem tenet Franciscus Luccanus de Parma, in Tractatu suo, de priuilegio Fisci, in capite, qualiter & quomodo, committatur Crimen laesae Maiestatis, in primo casu, quae addenda sunt supra casui. lxxxvi. ubi de Obsidibus late diximus. Et facit. l. Diuus. cum. l. seqenti. ff. de Iure Fisci, & quae infra, casu. cccxxi.

Ducentesimo octuagesimoprimo, reseruatum est Principi, ut cum eo Symonia non committatur in his, in quibus ipse disponere potest, et notat Io. And. post Hostien. & alii, in. c. i. de homicid. in. vi. col. ii. unde. l. i. ff. ad. l. Iul. de ambitu. quae dicit, ꝙ Romae nō habet locum illa. l. intelligitur cum Principe, postq̄ est electus canonicę, quia est super omnes, & est. ll. solutus. l. Princeps. ff. de. ll. cum simil. ut not. declarat in not. q. in Papa. Card. Iacob. in suo Tractatu, de Concilio, nouiter impresso, libr. iiii. articulo iii. fac. ccxxx. col. i. ad finem. & seq. in princ. & Idem fac. ccxxiiii. col. i. in princi. & fac. ccxxiii. col. ii. ad finem. & quae infra dicam, q. cxix. Vnde est ꝙ etiam.

Ducentesimo octuagesimosecundo, Papa, & Imperator, possunt uendere Officia Secularia, absq; Symonia, & prauitate aliqua, quia id nō est prohibitum Iure Diuino, sed Ciuili. Cyn. in. l.

i.C.ad.l.Iul.de ambit.Bal.in.l.Barbarius.col.iiii.ff.de offi.Prætor.refert,& tenet Cardi.Iacobat.ubi supra.d.fac.ccxxiiii.col.i.ante finem.in not.q.per totum illum articul.iiii.an cum Papa sit Symonia,& quãdo,etiam in Beneficiis Episcopatibus,uel Prælaturis,ubi plene uidendum est,& in Papa,ut cum eo uitium Symoniæ purgetur.Deci.in not.q.super constituenda pensione,in Beneficiis.consil.cxli.ad plura.& in consi.ccccxxxvi.uisa,col.ii. post Abb.& Feli.in pulchro casu,qui tunc Romę agitabatur coram Reuerendissimo Symonetta,tunc Rotæ Auditore præstantissimo,quia uitium Symoniæ in Beneficialibus est de Iure positiuo &c.post Specul.& Innocen.& dixi in Cautela mea Actuum
2 inter uiuos.xix.permutatio.† Et late ais,an emẽs Seculares Dignitates,peccet,& illis ut Symoniacus debeat priuari,uide addit.ad.c.si quis Episcopus.i.q.i.post medium,post illum text. &
3 glo.in.c.sicut.i.q.vi.&.c.fin.i.q. iii. † Et nunquid sit licitum petere dignitatem.not.distinctio Abb.in sua.q.iii. Sempronius.in
4 solut.argum.ii.dubii.numero.xiii.uersic. primo casu. † Et dicta ratione,quia in Curia cessat hodie ambitus.d.l.i.ff.ad.l. Iul. de ambit.& glo.ibi,&.C.eod.& glo.in.c.presbyter. xxxii. distinct. &.i.q.vi.c.fin.gl.in.d.l.Barbarius. ff.de offic.Prætor.Ang. in.l.
5 i.C.ad.l.Iul.de ambit. dicit, † ꝙ in Curia Romana uenduntur omnia officia & non mirum,quia est effecta Monarcha Symoniæ,quod dicit Salyc.intelligi,si detur Principi,pro honore,uel officio habendo,secus si stantibus ad latus Papæ.ut prędicta allegat etiam Card.Iacobat.dicto loco,dicta fac.ccxxiii.col.ii.ad
6 finem,& seq.in princ.† Et cauendum est,quia dum per dictam.l. i.dicimus ambitum non habere locum in Curia,& Vrbe Romana.Vbi est Imperator,ibi Curia,& CiuitasRomana,ut supra uidimus,casu.ccxxvi.&.q.xxxv.numero.ix.Ideo cum reseruatum sit Vrbi Romæ,ut in ea cesset ambitus,sic & eadem ratione, ubi est Imperator uel Papa.d.ratiõe.EtBar.in.d.l.i.ff.in prin.dicit, Vtinam ꝙ illa.l.obseruaretur bene quo ad Episcopos, qui sunt
7 adhęrẽtes Papæ,† & ꝙ cõtractus Symonię,idẽ ẽ,qđ ambitus,et
8 ĩfra.q.cxix.† Papa an uẽdat tit.bñficii Cassad.ii.decis.de Symo.

Ducentesimo octuagesimotertio,in casu quo licet inire Duellum,postq̃ sunt in Campo(ut dicũt)positi pugnaturi,de cõmuni consensu non possunt pœnitere,nisi abolitio concedatur á Superiore,quia ex quo cõuenerunt inter eos pugnare necesse est,quia publicæ utilitatis est,peccata nocentum apparere. l. eum qui.ff. de Iniur.Ita not.ad literam tradit Bal.in titul.de pace tenend.et

eius

eius uiolat.col.iii.uersicu.quero an postq̃. Et hodie Magni Duces, ac Strenui Principes Militię, in practica obseruant, ut antequã in Campum ueniant, omni conatu faciant, quod non pugnẽt, sed postq̃ sunt ibi, si pœniteant, eos interficiunt. Et ita obseruabat Temporibus nostris (ut audiui) Magnanimus ille, ac Inuictissimus Mars, Ioannes Medices, Pater Militum, Dux fortitudinis. Cauendum tamen est, quia Bald. dicto loco, non dicit præcise de Imperatore, sed de Superiore simpliciter. Item ob Ius Canonicũ extra, de purg. uulg. secus esset, uel Superior erit in. q. Bal. Dominus loci, q̃ ei dat Campum liberum, uel eos conducit. De hoc me Peritis remitto. Tamen tene menti illud not. dictum Bal. et solitarium in materia Duelli. Prædictis addo Io. de Lignan. in Tractatu, De Duello. in. v. Volum. Tractat. in fine. ubi. q. xiiii. cum duabus seq. vii. q. princip. querit not. an prouocãs ad Duellum, incidat in Turpilian. si desistat. et an possit cum Iudicis licentia, et an ante litis contestationem. ibi uidẽdum.

Ducentesimo octuagesimoquarto, donatio inter uirum, et uxorem licet constante Matrimonio, sit prohibita. l. i. et toto titulo. ff. et. C. de donat. inter uir. et uxor. Fallit si donatio fiat Autoritate, et Indulgentia Principis. Ita uidetur posse dici, argumento l. nuper. ff. eod. et facit supra casus. xi. et. xix et. ccvi. et. l. penult. C. de donat. inter uir. et uxo. Et facit infra casus. ccxciii. iuncta. l. donationes quas. in principio. C. de donat. inter uir. et uxorem. Et quæ tradit Ias. in prælud. feudo. col. vii. in principio. numero xv. et sequenti.

Ducentesimo octuagesimoquinto, reseruatũ est Principi permittere tutori, uel curatori, accusare testamentum de falso, uel de inofficioso, ut Pupillus uel Adultus nõ perdat legata in eo relicta eidem, quia Princeps conseruare potest, ne pereant, ubi aliàs Iure Communi perirent. tex. est not. in. l. tutorem. ad finem. ff. de his quibus ut indig. et notat gl. in. l. post legatum. §. ætati. ff. eo. in uerbo ignoscitur. licet Bar. in dicta. l. tutorem. ad finem dicat per. d. §. ætati. nõ esse necesse, ꝙ in quolibet pupillo hodie petatᵗ unum rescriptum, sed ꝙ sunt legata conseruata. d. casu per rescriptum, de quo iam in dicto. §. ætati. Tamen tex. in. d. l. tutorem. ad finem, aliud uidetur innuere. et Bald. etiam in. l. polla. C. eod. iii. oppos. ad finem.

Ducentesimo octuagesimosexto, prorogatio iurisdictionis nõ habet locum in reseruatis Principi, tradit Ant. de But. in. c. P. et G. col. penul. de offic. Delegati, refert, et tenet late Deci. in not. q.

legitimationis, q in ea non habeat locum prorogatio, dicta ratione, quia est de reseruatis Principi, consil. cl. dubitatur principaliter. col. iii. in princ. et post medium. idem cons. dlvii. accurate. col. final. in medio, et in fine, post Abb. Anton. de Butr. et Anch. Sed iste casus potius priuilegium Principis cõcernit, quám proprie reseruationem facultatis, et potestatis, de qua principaliter agimus. & ut supra aliás dixi.

Ducentesimo octuagesimoseptimo, de Iure ff. reseruatũ erat Imperatori, permittere exemplariam substitutionem. l. ex facto, ff. de uulg. & pupill. in principio, notat Bal. in Rubrica. ff. eod. in princ. & ibidem Alex. Hodie autem Iure Communi permissa est, l. humanitatis. C. de impub. & Bal. d. loco, absq; alia scilicet impetratione speciali ab Imperatore. Idem Socy. in d. Rubr. in princ.

Ducentesimo octuagesimonono, mittere Militem honesta cã emeritis stipendiis, uel ante. l. ii. §. Ignominiæ causa. ff. de his, qui not. infam. facit supra casus. cix.

Ducentesimo nonagesimo, occupati circa Principem, ut Consiliarii eius, susceptam Tutelam deponunt. not. text. in. l. uerum. §. ex facto. ff. de minor. uersic. cum susceptam Tutelam nõ alii soleant deponere &c. & ibi glo. not. in princi. et fine. l. Iurisperitos, in princ. ff. de excusat tut.

Ducentesimo nonagesimoprimo, reseruatum est Principi soli iubere sub Crimine læsæ Maiestatis, statuereue, id perduellionis Crimen esse, quod non sit, ut colligitur in not. q. de qua per Modernos Mediolanenses, in. l. quos nos hostes. in glos. i. ff. de uerb. signif. uersicul. sed quid si legatus. de qua. q. dixi infra, in. q. cxviii. numero. xvi. facit supra casus. cxxxv. &. clxxv. &. cli. quem uide, & casus. lxxx. Et facit, quia quãdo certa pœna est á Iure inducta, nõ est alia imponenda, nisi per habẽtem plenitudinem potestatis. c. bone. ii. iuncta glos. de elect. ubi Abb. & in. c. Venerabilis. viii. col. de except. uersi. circa primum. secundum Cassad. in not. q. aliás in titulo. de Iureiurand. ii. decis. q cadat. numero. v. & in titulo, de testam. decis. iii. col. vi. Et dixi in. d. casu. clxxv.

Ducentesimo nonagesimosecundo, licet aliás promittens defendere de Iure, & de facto, intelligatur in Iudicio, & nõ armata manu, ut per Bar. & Doct. in. l. stipulatio ista. ff. de uerb. obligat. in princi. circa finem. Id uerum in priuato, secus est in Principe, qui acciperet bona, uel aliquem sub eius protectione, & defensione, quia intelligitur q de facto, & armata manu. Pet. de Anch. consil. lxxxvii. omisso. cum quo Deci. in. l. nõ uidetur defendere, ad fin.

ad fin. ff. de Regul. Iur. Ioan. de Anan. in. c. olim. circa finem. de accus. Ias. autem, in dicta. l. stipulatio. ad finem principii., distinguit, an promissio sit de natura contractus, aut non. Primo casu, sine armis. Secundo cum eis tenebitur. post Alexan. ibi. & Bar. in procemio. ff. col. penul. Sed hoc proprie extra reseruata uidetur. De protectione Imperatoris, in Scholares, meminit tex. in Auct. habita. C. ne filius pro patre. Et de materia glos. & Doct. in. c. recoepimus. de priuileg. extra, per Bar. in. l. i. C. de excus. mun. libr. x. Deci, in. c. ad audientiam. de appellat. glo. & Ang. in Rubrica, C. de domest. & protect. lib. xii. Bar. in. §. omnem. in procemio. ff. Ang. in. l. si quis in graui. §. i. ff. ad Sylleia.

Ducentesimo nonagesimotertio, donare licet pater filio non possit, & si donat regulariter nõ ualet. l. i. §. i. & l. si pater. ff. p dona to. cum simil. concordan. Fallit tamen in Imperatore donante filio, prout & in Rege tenẽte locum Imperatoris in Terris suis. Ita not. uoluit Bal. in. c. i. §. item Sacramẽta. col. penult. in titulo, de pace tenẽd. & iuramento firm. uersic. ii. utrum Rex. per. l. pen. C. de donat. inter uir. & uxor. facit supra casus. cclxxxiiii. Alex. refert, & tenet in. l. Centurio. col. v. ff. de uulga. & pupilla. ad medium, declarans post Bal. dicto loco. id uerum, cum apparet eum uoluisse donare Autoritate Regia, per not. in. l. bonorum. in uerbo sciens. C. qui admitti. Et hæc declaratio Bal. & Alex. uidetur confirmari ex illa Regula, quæ est, quod Princeps in dubio non censetur uelle uti Suprema Potestate, nisi dicat, ut per Doctores, in. l. quãq. & in. l. in testamẽto. i. C. de Testam. Milit. & per Alex. in dicta. l. Centurio. col. vi. & seq. Et notat Hyppoll. notab. cxcvi. ante finem. confirmatio, post Felin. etiam. Sed tamen nõ uidetur tuta, quoniam cum donatio patris in filium, regulariter alias sit nulla, dictis. ll. supra primo allegatis, ubi alias Actus ualere non posset, uidetur uti plenitudine potestatis Princeps, ut per Paul. de Castro, not. in. l. ex imperfecto. C. de testam. Alex. in. d. l. Centurio. col. vii. in princ. numero. xxxiiii. Deci. in. d. l. in testamẽto. col. vi. ante finem. num. xii. & in. l. si donatione. col. ii. C. de collat. Item aduertendum est, quod Alex. in. d. l. Centurio. referẽs Bald. in dicto. §. Item Sacramẽta. uidetur loqui in Rege nõ recognoscẽte Superiorem in Terris suis, ut patet ex Alex. ante ibi, in uersicul. intellige tamen. prout loquitur. d. l. penult. Sed tamen alias Deci. impugnat Alex. ibi, in consilio. ccccxvi. quoniam causa. colũ. i. & seq. dicens quod sufficit, quod habeat Ius condendi Legem, licet recognoscat Superiorem, ut ibi per eum, in not. q. Et quæ supra dixi,

casu.lx.&.lxxiii.Et ad hoc priuilegiū Principis, uel Regis, ut supra. Addo bonum tex.not.in.l.filiusfam.ff.de donat. ubi in uers. pone eum filium esse &c.uidetur q idē sit in quolibet constituto in aliqua magna Dignitate, licet proprie in hac.q.nostra non loquatur, sed quādo filius talis alii donat &c. Et in terminis idem late cōgerit, (licet non prædicta Ant.)Sicul.in Tract.de Potest. Reg.q.vi.post Oldra.consil.ccxxxi.ut eius, de quo nec Bald.nec Rom.nec Salyc.nec Ioan.Andr.meminere. Et reperio, q Anto. Sicul.in.d.q.in terminis, reprobat dictam declarationem, de expressione qualitatis Regiæ.per dictam rationem meam, licet eadem nō alleget, de quo lætor, & glorior, & respondet ad illud, q quis uidetur uelle uti Iure Communi, non priuilegio.ll. uulgar. quia respondet, q cum hoc speciale priuilegium sit insertum in Corpore Iuris, censetur Ius Commune, nō priuilegium, iuxta gl. & Docto.in Auct.qua in Prouincia.C.ubi de crimine agi oportet. Sed nostra responsio supra tutior uidetur.

Ducentesimo nonagesimoquarto, quod Principi placuit, Legis habet uigorem.§.sed & quod Principi. Instit.de Iure Natur. Gent.& Ciuili.cum concord. Et sic etiam interloquutoria Principis, uim.l.habet, uel quod dicit, uel quod scribit.patet in inscriptione.l.cum sit.C.de usuc.per empt.in.l.in omni.C.qui bon.cedere poss.in.l.si Barsatorem.C.de fideiuss.in.l.Decurionum.C.de pœnis.& quæ supra, casu.cclv.Sed de hoc dicendum est, ut in.l. prima, ad finem.C.de.ll.ob illum tex.cum gl.& Scrib. Ad quod facit supra casus.xxix.&.xxxi.& infra.ccxcviii. Cui tamen dicto applicari debet id, qđ not.dixisse Antigonū Macedonū Regem Erasmus Doctissimus refert, lib.iiii. Apophteg.viii.loco, cuidam dicenti omnia Regibus, honesta, iusta, quód esse respondisse, scilicet, id uerum Barbarorum Regibus, sed nobis, inquit, ea duntaxat honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea tantum iusta, quæ iusta sunt. Non enim Rex est honesti, iustiq Regula, sed honesti, iustiq minister, exclamans Erasmus, contra eos, qui occinunt Auribus eorum, quod Principi placuit &c.Princeps.ll.non tenetur, qui tribuunt eis geminam potestatem ordinatam, & absolutam, quarum altera possit, quod.ll.postulant, & pacta, Altera quodcunq libuit. Ad quod facit etiam supra casus.ccxi. Et facit, quia uoluntas Principis talis esse præsumitur, qualis est Legis scriptæ, & rationis naturalis, not.Bal.in.c.i.col.ii.in titu.apud quos cōtrouers.in.l.ex facto.per illum tex.ff.de uulg.in.c.licet.de off. Ord.Deci.consil.dlxxx.qualiter.col.i.in fine.

Ducentesimo nonagesimoquinto, nõ licet condemnato appellare in causa fiscali, uel Principis. l. abstinendum. C. quorum appellat. nõ recip. & ibi Bal. Salyc. & Paul. de Castro. registrata. in §. quoties. ii. q. vi. not. Specul. in titulo, de appellat. §. ii. col. ii. iiii. casu. De quo dicto, an a sentẽtia lata pro fisco, possit appellari, ꝙ non, Romæ circũferuntur quædã particulares allegationes, per Reuerend. & Excellentissimũ, illum Curiæ Romanæ Aduocatum, olim Dñm Angelum Cæsium, impresse, ubi per. xiiii. rationes, & autoritates, &. l. fina. C. eod. id deducit, & de intellectu dictæ. l. abstinendum, Et ꝙ nõ potest supplicari nec officium Iudicis, nec restitutio etiam ꝯ minore implorari, contra Innoc. in. c. penult. de restitut. in integr. Specul. eod. titulo. iiii. parte. §. sciendum. uersicul. hoc etiam. Bal. in. l. unica. ad finem. C. si de momẽt. possess. Nõ est tamẽ præsentis indaginis, an id sit generaliter uerum. Et cum dicta. l. abstinẽdum, sit in causa fiscali, idem uidetur in causa Principis per consequẽs, cum solus Princeps, Fiscum habeat, ut supra late casu. cclxxi dictum fuit.

Ducentesimo nonagesimosexto, Principi soli licet, post sententiam dictam, de ampliãda, uel minuẽda pœna Damnatorum, statuere. l. Acta. §. i. ff. de re iudic. Facit casus supra. xxxvi. &. clxxv. Et dicit Bar. in dicto. §. i. ꝙ idem hodie putat in Ciuitatibus, quæ nõ recognoscũt Superiorem, quia Populus, & Consilium, posset minuere pœnam, & ad hunc casum, quæ supra casu. cxcviii. per l. i. §. fin. ff. de quæstionibus. Et ait Bar. in dicto. §. i. ꝙ hoc est uerum in pœna, secus in Mulcta. & ita intelligatur. l. illicitas. §. fin. ff. de offic. Præsid. &. l. eos. C. de mod. mulct. Et in dicto. §. fi. col. i. inquit Bar. ꝙ sicut mulcta remitti põt, ita & Bannum, quod ait notãdum, licet glo. in dicto. §. i. diceret, in. d. §. fi. esse speciale propter paupertatem. de quo aliter ibi Bar. & in. d. §. fin. ad finem, & ibi uidendũ alii ubi. De mulcta autem, & pœna, quid differant. l. penult. ff. de uerb. signif. ubi omnes, & Alex. in not. q. in. l. Imperium. col. iiii. ad finem. ff. de Iurisdict. omnium Iudic. post Bart. ubi ibi. Et huic casui adde infra seq. q. casu. lxxxiiii. quõ Imperator mutet pœnam post sententiam.

Ducentesimo nonagesimoseptimo, augere antiquam pensionem pro pascuis ipsius Principis antiquitus constitutam. Nam scilicet, augeri nõ debet inconsulto eo. Ang. not. in. l. i. per illum tex. C. de pascuis. lib. xi.

Ducentesimo nonagesimooctouo, iusta causa semper præsumitur in Principe. glos. singula. fin. in. l. Relegati. ff. de pœnis. secundum

Moder.in Tractatu,de iuramento.casu.lvii.in fine.facit glos.in Clem.fin.de appellat.in uerbo uelle.Ias.declarat,& limitat,in.l. si testamẽtum.C.de testam.Eam tamẽ conclusionem, Deci.cõtra communem,etiam declarauit ueram in his, quæ sunt Iuris positiui,sed q si Princeps aliquid faciat cõtra Ius Naturale, uel Diuinum,cã in dubio nõ præsumatur. ut late defendit in.c. quæ in ecclesiarum.de constitut.col.xiii.& seq.post Moder.ibi,ac cõsi. Fulg.& secum ibi,idem in consilio.dlxxvi. pro resolutione. col. penult.ante finem.Et ubiq; q tali casu nõ sit standum assertioni Principis de tali causa,sed q constare debet,et q ista opinio est fundata melioribus rationibus, & tenenda. in not.q. etiam Papæ legitimantis Spurium infantem,ut causa uera requiratur.Et cum dicta glo.post Bar.Deci.late in Papa,consil.cccxli.col.ii.& iiii.post principium,in his,quæ sunt Iuris positiui. Et q nõ procedit in Inferioribus à Principe, consil.ccxcii.col.ii.ante finem. Item in.d.consil.dlxxvi.ad finem,limitat, quando Princeps facit Actum ad instantiam partis,per.l.i.C.de petit.bono.subl.lib.x. & Rom.consilium ubi ibi,cui addo Hyppol.not.vi.in Principe. Et ad hunc casum facit supra casus.ccxciiii.

Ducentesimo nonagesimonono, disputare de principali Iudicio nõ licet,et Crimen Sacrilegii est,dubitare an Electus à Principe dignus sit.l.ii.C.de Crimine Sacrileg.l.Sacrilegii.C.de diuers. rescript. l.i.C.ut dign.ordo.libr.xii.registratur.in.c.si quis suadente.§.ii.xvii.q.iii.Martin.Lauden.in Tractatu,de Princip. not.ii.Lap.alleg.c.i.col.iiii.post medium.Card.I Clem.ii.iiii.q. de offic.Ordin.Deci.consil. cccxli.col.ii.in princip. &.dlxxxviii. uiso.in principio.q de potestate Imperatoris disputare, Sacrilegium est,quia potest quod uult,& nemo potest dicere ei, cur ita facis? Et quod quãdo sine causa facit, tunc est prærogatiua Supremi Principis,auferẽdo Ius tertii,ut notat Paul.de Castr.post Alb. in.l.quoties.C.de precib.Imper.offer.& Deci. d. loco. facit supra casus.cclxvi.&.xvi.& uide in casu.ccxciiii. Et supra.q.xcviii.& Idem Deci.consil.cclxix.col.iiii.Et Princeps nulli formæ ascribitur.Bal.in.l.fi.col.ii.C.sent.rescind.nõ poss. & quæ supra casu.xviii.Vnde Corn.consil.clii.in principio.lib.i. dicit not. q uertere in dubium potestatem Dominorum Temporalium,est reuangare Mundum,quod nõ licet.post Bal. ubi ibi. Præmissa tamen protestatione aliàs fit quãdoq; iure medio, & de eius licentia,ut facit Pet.de Anch.in consi.cccxiii.nisi.& Deci.cons.dxliiii. Serenissimus.col.ii.

Ducentesimo

Trecentesimo, Princeps rem iudicatam rescindit absq; appellatione. notat Bald. in. l. rescripta. col. ii. C. de precib. Imper. offer. per. l. i. §. si quis ultro. ff. de. qq. Deci. consi. dlxxxviii. uiso. col. i. & quæ supra casu. cxcviii. ccxxxiiii. &. ccxcvi. Et facit supra casus xviii. & casus. iiii. in fine.

Trecentesimo primo, transgreditur. ll. dispensando. Bal. in dicta. l. rescripta. colũ. ii. per. l. qui in prouincia. §. Diuus. ff. de titu Nupt. Deci. dicta colum. i. ad quod, quæ supra casu. xi. &. xxxvi. & sequenti.

Trecentesimo secundo, in Principe debet esse constans uoluntas, tanq̃ in Fonte Iustitiæ, & ei cõuenit illud, Quod scripsi, scripsi. Et debet habere unum Calamum, & unam Linguam, quia scriptum est, Quę procedunt de Labiis meis, non faciam irrita, & debet esse immobilis, sicut Lapis Angularis, & sicut Polus. Bal. not. ita tradit in consilio. cclxxix. pridie, libro. iii. secundum nouissimam impressionem. Deci. refert, & tenet in not. q. consil. dlxxxviii. uiso. col. final. generaliter firmãdo Regulam, q̃ prima concessio ea ratione, præualet secundæ contrariæ, & q̃ ideo Princeps pręsumitur circumuentus, ut ibi late, & not. post Iura, Rom. Paul. Alex. Abb. Anchar. Andr. Sicul. & idem alibi sępe in locis de quibus infra. q. seq. casu. lxxxi. c. cum olim. de re iud. l. prędia. C. de locat. præd. libro. xi. Sed hoc nonne unicuiq; conuenit Iure Naturali. l. i. ff. de pact.

Trecentesimo tertio, tenetur Vassallus Domino Principi dare Hospitia, & pro Familia Regis, Bal. in. l. obseruare. in principio, de offic. Proconsul. Andr. in. c. i. quæ sint Regal. in uerbo, exord. Et facit supra casus. cclvi. & specialiter cauetur in constitutione Regni, in Capitulis Regis Caroli, id est de Hospitio præstãdo. Et nouissime scribit, & tenet decisio Neapol. cclxv. Illustrissime. in fine. not. in. l. i. C. De Episcop. & Cleric. Quod nota in nostris Terris, pro Domino Papa. & ita obseruatur etiã contra perfidos, auaros, recordetur tamen Princeps nõ facere superfluam moram in Comitatu, ut est tex. & ibi Bald. in titulo, de pace constant. in uerbo moram. quam dicit esse, uel Iudicio Populi, uel ultra sex Menses, uel arbitrio boni uiri.

Trecentesimo quarto, corrumpẽs Imaginem eius, qui fuit depictus ad infamiã, puta ꝓditor Principis, ut quia pedibus suspẽsus, punitur pœna. d. Ducat. notat Martin. Laud. in tractat. Crimin. læsæ Maiestatis. not. xxvi. corrumpẽs. per. l. si quis id quod. ff. de Iurisdi. om. Iudic. & ibi per Doct. Sed & hoc potius priui

legium Principis concernit,q̃ poteſtatis reſeruationem,ut et ſupra tetigi.q.xcvi.ad finem.

Trecenteſimo quinto,reſeruatum eſt Principi, ut contra eum ſola ſcientia puniatur abſq; effectu.Bart.in.l.utrum.ff.de Parricid.de quo dicendum eſt,ut infra.q.cxviii.ſed & hoc quoq; eodẽ morbo laborat,quo præcedens reſeruatum.

Trecenteſimo ſexto,ut in inſtrumento apponatur nomẽ Principis,& in omnibus Actis,& documentis,& Anni ipſius,in Auctent.ut appon.nom.Imp.in Terris Eccleſiæ,nomen Papæ,ut fit Peruſiæ,ſecundum Bald.in Rubrica.C.de fide inſtru.ultima col. Anton.Sicul.not.in Tractatu,de Poteſt.Regia.q.xlvi. per Scribentes,in.c.i.extra,de fide inſtrumẽ.ubi Deci.late.iii.col.iiii.requiſito,limitãs niſi ſecus ſit de conſuetudine,quæ attẽditur, poſt Abb.Bar.Ang.& Dy.ubi ibi.dixi late i Rubr.ff.de op.no.nunc.

Trecenteſimo ſeptimo,reſeruatum eſt Principi, ut eius Statua quædã priuilegia habeat,de quo diximus late ſupra.q. xcvi. ubi uidendum.

Trecenteſimo octauo,quod Epiſcopi,& Prouinciæ Primates, uel Prouinciales(cũ Ordinarii Iudices, uel Præſides,quid iniuſtum apud Prouinciam egerint,uel damnis aliquibus,aut calumniis,ſubdãt collatores eius) dirigant preces Principi,exponẽtes delicta eorum,ut ea agnoſcens,dirigat in Prouinciam Examinaturum,& ſic in effectu dare Syndicatorem, reſeruatum uidetur Principi,tex.eſt not.in Auct.ut iud.ſine quoquo ſuffra.§.ſi quis autem.ante finem.

Trecenteſimo nono,Imperator eſt conſulendus,cũm quis Iudex Iudicium duxerit eſſe referendum, & nihil inter partes pronunciet.l.i.C.de relation.in principio.& quæ ſupra caſu.lvii.Romæ(ut audio)cum cauſam remittit quis ad Cancellariam,Papa dat alium Iudicem ſpeciali iuſſione,& reſcripto.

Trecenteſimo decimo,ſi Prẹſes prouinciẹ aliquẽ deportãdum in Inſulam putat,id annotare debet, & condemnare, & ſcribere principi,ut æſtimet,an eius ſententia ſit ſequenda,& interim ille ſtat in Carcere,not.tex.in.l.inter.ff.de interdict.& releg.§.i.gl. in.l.i.C.de relation.&.l.i.in princ.&.§.i.ff.quãdo appel.ſit.

Trecenteſimo undecimo,Venatio licet aliàs Iure Ciuili,cuilibet permiſſa uideatur,ut per gloſ. in.l. Diuus. ff.de ſeruit. ruſtico.prẹdio.& Iure Gentium.l.i.ii.&.iii.&.l.in Laqueum. ff. de rerum domin.§.fere.&.§.ſeq.Inſtit.de rerum diuiſ. Et arguendo ã ſpeciali,quia Clericis prohibetur,ergo aliis ſecus.c.i. &. ii.de Cleric.

Cleric.uenat.extra. Hodie tamen uidetur Venatio de reseruatis Principi, quia sicut sunt piscationes.c.i.qui sint Regalia, & supra dixi, casu.xxviii. Ita & Venationes, quoniam uidentur æquiparari, et paria esse, ut.ll.supra allegatis, et glos. in dicta.l. Diuus. Et specialiter uidetur tex.in titulo, de pace tenend. et eius uiol. §.nemo rethia.ubi tex.ait generaliter, nemo rethia, aut laqueos, &c.ad capiendas uenationes tendat, nisi ad Vrsos, Apros, uel Lupos &c. Et sic per illum tex.aliás in terminis arguit Deci. in cõs. cxcvii.in casu, in principio. Tandem col.ii.ante finem, contra tenet, et negat Ius uenandi esse de reseruatis Principi, immo per dicta Iura supra, dicit esse de Iure Gentium omnibus commune, in not.q. Et ad illud de piscationibus respondet, uerum de illis ex quibus Princeps percipit publicos redditus, imponendo Vectigalia, aliás nõ, post Aluarot.ibi, et supra tetigi dicto casu.xxviii. Dicens postea idem Deci.dicto loco, Præterea, posito q sit de reseruatis Principi ius uenandi &c. & transit ad aliam solutionem, et non respondet ad dictum.§.nemo, qui generaliter loquitur, nisi intelligat ut de piscatione supra. Ego dico q posset etiam respondéri, q ibi sit speciale in locis, ubi esset facta pax, et periculum esset uiolationis eius, ponderando Rubr.sub quá est. d.§.ut aliás Scribentes dicunt uno modo d.§.fi.seu penult.eodem titu. ubi furto.v.solidorum suspenditur, contra Auct. sed nouo Iure. C.de seruis fugit.et in corpore unde sumitur.ut per Iaf.late in.§. ex maleficiis.Instit.de action.col.i.ad finem, post Ange.et facit l.fin.in fine.ff.de re milit. Quid dicendum? Durum profecto uidetur dicta Iura (quæ Iure Gentiũ, Ius uenandi concedunt omnibus generaliter) restringi, et corrigi, per dictum.§.nemo.cum ll.correctio sit euitanda.et aliás notat Anto.de Butr.post Hosti. et Io.in.c.nõ est.de decim.col.i.q Princeps nõ potest prohibere Venationem, et q si facit statutum, q nullus possit uenari in tali loco, non ualet, quia dicitur inferre uiolentiam, quam decis.pro singul.ponit Deci.in dicto consilio.cxcvii.col.i. post Guid. pap. etiam ubi ibi, et bonus tex.in.l.iniuriarum.§.fin.ff.de Iniur.et tetigi infra seq.q.casu.xcii. (quæ notanda sunt cõtra Barones Romanos et Edicta Dominorum Ciuitatum, et locorũ.) Ob prædicta ergo cogitandum est. Bene uerum, q bonum esset omnibus abstinere a Venatione, tum quia Artem nequissimam Canones appellant. Et q quia Esau peccator erat, Venator erat, in.c. qui Venatoribus, cum capitulis seq.lxxxvi.distinct. Ideoq nũq̃ in Scripturis Sanctis, aliquem Sanctum Venatorem legimus, ut di

ctis capitulis. Et specialiter inueni in Veteri Testamento, Sacerdotibus prohibitum comedere omne Morticinum, & captum à Bestiis de Auibus, & de pecoribus, ut patet Ezechiel. xliiii. in fine. Tum etiam quia admonet nos Sapiens illa & moralis Podii Floren. Oratoris egregii Facetia, in suo Libello Facetiarum, Venationes huiusmodi nō priuatis, sed Maximis Viris conuenire, alioquin dementiæ signum esse, & leuitatis, stercoris, & urinæ, Balneis, & Piscina purgandæ, ut ille refert. De Iure tamen Ciuili, legatum Venatoribus, uel pro Venatione ad Ciuitatis honorem esse dicitur & ualet, tex. not. in. l. Ciuitatibus. cum gl. ff. de leg. i. licet ibi forte de Venatione publica in Ciuitate loquatur, ut Romæ fit in Tempore Carnispriuii, pro qualibet Regione, de Tauris, Vrsis, & Apris, & simil. quod facit pro Reuerendo Episcopo Cesenen. Christoph. Spirito Viterbiēsi Viro doctissimo, & summi ingenii, Referēdario Apostol. toti Curię notus, & comes.

Trecentesimo duodecimo, in arduis ad Principem recurri debet. l. cum de nouo. l. humanum. l. ll. iii. in fine. C. de. ll. & quæ supra dixi late, casu. lvii. Declaratur id uerum in subsidium, quādo Iudex causæ resolui non potest à se ipso, quia tunc secus, ut late Deci. in. l. fin. C. de pact. i. not. Et Bal. in dicta. l. cum de nouo. dicit ꝙ inter litigantes per Iudicem causæ, sed inter uniuersos debet dirimi per Conditorem, & tunc habet uim. l. generalis. Idem Deci. ut supra in. c. intimasti. de appellat. primo not. post tex. ibi, & tex. in dicta. l. cum de nouo. in fin. dicit, necessaria est tam suggestio iudicantis, ꝙ̄ sententiæ Principalis Autoritat. &c. Et in interpretatione constitutionis dubiæ. d. l. ll. iii. in fine. C. de. ll. facit. c. cum uenissent. de iudic. c. ordinarii. §. si uero. de offic. Ordinarii. in. vi. c. inter alia. de sent. excommu. l. ex facto. la grande, post principium. ff. de uulg. Alexan. in. l. quia personale. ff. solut. matr. Et in interpretatione gratię, uel concessionis, factę à Communitate, confirmatę à Principe, late, & not. per Deci. consilio. cclxii. colum. ii. in principio, & col. fi. ꝙ spectet ad Principem, nō ad Cōmunitatem amplius, & tetigi supra, in. d. casu. lvii. Et interpretatio Principis Ius facit quo ad omnes. gl. not. in. c. i. de postula. Prælat. in uerbo interpretatio. in fine. Et facit dicta. l. ll. iii. cum concord. & supra, casus. ccxciiii. & cclv.

Trecentesimo decimotertio ubicunq; est dissensio Dominorū, ad Principem spectat concordia, & pro ea se intromittere. gl. not. in. l. ll. iii. C. de. ll. in uerbo obscurius. in fine. Facit supra casus xli. dum ibi diximus reseruatum Principi, cogere ad pacem, uel

concordiam.

concordiam. Et ita obseruauit Sanctissimus Pont. Paul. III. præsens Opt. Max. Anno præterito Niceæ. ut dixi infra fin. q. & supra in procœmio huius Operis, sui summa bonitate, & prudentia, dando nobis eam (quam Mundus dare nõ potest) pacem.

Trecentesimo decimoquarto, creare Vicarium, reseruatum uř Principi de Iure Ciuili, alii enim Magistratus ab eo creati, non possunt. §. nulla. in Auct. de defens. Ciuit. §. eos. in Auct. de mand. Princip. §. nulli. in Auct. ut Iudic. sine quoquo suffrag. & in Auct. ut nulli Iudic. in principio. Alex. in Rubrica. ff. de offic. eius, cui mand. col. pen. Socy. secum pro communi in. l. i. ff. quis, & á quo. numero. iiii. De quo tamé, & quid in Præfecto, & aliis Iudicibus late per Alex. in dicta penul. col. & ibi alii Scribentes, ubi etiam dixi legendo Romæ, & quæ supra dixi. q. cvi. in principio. Episcopus autem, de Iure Canonico, de plano creat Vicarium, ut per Alex. dicto loco. & Iura uulgaria sunt de eo; & Vicarius Imperialis habet plenissimam potestatem, Cardi. consil. cxxv. respondeo. col. i. & dixi supra. q. cvi.

Trecentesimo decimoquinto, ꝙ Iudei dicantur serui Imperatoris, uel Regis, in Regno suo. Archydiac. not. in. c. qui sincera. xlv. distinction. unde trahitur ad not. q. ꝙ Infátes Iudeorum baptizari possunt á Principe, inuitis parentibus etiam, de quo late Rot. Neapol. decis. cli. Serenissimus. & tetigi supra. q. lviii. in fi. Item dicta ratione scribit Archyd. dicto loco, in princip. ꝙ Princeps dictos paruulos tanq̃ Mancipia sua potest aliis dare, uel uendere in seruitutem, inuitis parentibus, dum tamen id non faciat propter compellendos hoc modo parentes ad Fidem, et est notabile dictum, ac signandum, Legistis incognitum communiter, licet usu nunq̃ uiderim ego comprobatum, & Romę precipue Pontifex nõ uidetur id facere. Et ideo Card. Alex. in dicto. c. qui sincera. in Princip. dicit ꝙ Papa id nõ debet permittere fieri, sine iusta causa, et late de prædictis ponit, et an sint serui Iudei Principum Christianorum, quod uidetur sequutus Oldrad. consilio lxxxvii. queritur an Princeps. Alb. in Rubrica. C. de Iudeis, per c. et si Iudeos. de Iud. Et illud Genes. ix. c. Maledictus Chanaan seruus seruoꝝ, sit Fratrum suoꝝ. declarans Alex. d. loco, col. ii. in principio, ꝙ Iudei sunt Serui largo modo, respectu subiectionis, nõ seruitutis, de qua in. l. ex hoc Iure. ff. de Iusti. & Iure, quę priuat bonis, et omni statu. Non est tamen præsentis indaginis, et sunt dicta secundum Card. dicto loco, quæ solent multum á Doctoribus commẽdari, et multos in errorem deducere.

Trecentesimo decimosexto, reseruatum uidet Principi dicta ratiõe posse expellere Iudeos, & Saracenos de Regno suo, & eis bona auferre, uel aliam molestiam inferre (licet priuata persona non) secundum Oldrad. not. consil. lxxxvii. queritur, supra allegato. & refert mandatum executioni, per Constan. secundum Hostien. in. c. consuluit. eodem titulo. de quo late uidendum est etiã per Alex. in dicto. c. qui sincera. i. col. & seq. & Oldra. dicto loco, qui demum, uidetur declarare id uerum, cũ ex eis imminet Christianis periculum, uel scandalum, secundum Innocẽ. in. c. qui super his. de uoto. Sed ubi quiete uiuerent, & nõ esset scandalum, non uidetur q̃ Papa deberet id præcipere, nec suadere Principibus, per not. in dicto. c. q̃ super his. Et quia de his, quæ foris sunt nihil ad eum. c. gaudemus de Diuortiis. Et post Oldra. & Hosti. addo late Gemin. consil. xcvi. pro huius. col. penult. & seq. Et audio q̃ Annis præteritis per præsentem Christianissimum Imperatorem Carolum. V. cõtra Iudeos fuit executum in quadã eius Prouincia, in qua immoderate excrescebant, & extorquebant, & bene fecit, executus enim fuit uim, & effectum iuramenti, quod præstare deberet à principio contra Iudeos. cũm eligitur, ut supra dixi. q. xxxvi. ad fi. & utinam ita Romę, & ubiq; obseruaretur.

Trecentesimo decimoseptimo, inuestire de feudis Principum, & illis, quæ uulgariter apud eos van lhen uocantur, soli Imperatori, uel Regi Rom. in Imp. promouendo reseruatum est specialiter, ut specialiter cauetur in Bulla Aurea Carol. IIII. Rom. Imp. supra per me relata, in. q. viii. ante fin. cap. xxvi. & supra testigi. q. xc. ad finem.

Trecẽtesimo decimooctauo, reseruatum est Imperatori, q̃ ad eius Curiã duntaxat appelletur, denegata Iustitia in Curia triũ Archiepiscoporum electorum, Mogunt. Treuerien. & Colonien. ut statuit Carol. IIII. Rom. Imper. in eius Bulla Aurea, supra per me relata dicto loco cap. xlii. & facit supra casus. cliiii. per. l. præcipimus. §. sane. C. de appellat. Electores enim Illustres uocãtur, etiam per Carolum. IIII. in dicta Bulla sæpe, ut in ea uidere fas est.

Treecentesimo decimonono, inquisitio licet regulariter formari nõ possit, nisi præcedat infamia. c. qualiter, & quando. ii. de accusat. extra, Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo inquisitionem. & talis etiam quæ generet scandalum, ut per Deci. cõs. clxx. col. ii. & clxxxix. col. fin. Quando tamen emanat de Principis conscientia, non est necesse, q̃ constet de fama contra inquisitum.

 239

situm.not.Bal.in.l.nullus.C.ad.l.Iul.Maiest.post not.per Inno. in.c.cum oporteat.de accusat.quod Alex declarat uerum, quãdo affirmat ad notitiam sibi deuenisse, & assertiue dicat, in consilio clxxx.in causa.col.fin.in principio.lib.ii. Et Idem Deci.in dicto consilio.clxxxix.col.fi.in princ.& consil.cclvi.col.fi. Et facit ad hunc casum, quod supra dictum est, casu.xliii.ubi est, q; Imperator, & Princeps, iudicat secundum conscientiam. In Regno autẽ Franciæ, ait Luc.de Penna, in.l.final.C. de bon. uacant. libro.x. col.iiii.in nullo crimine priuato, posse procedi ad inquisitionem.

Trecentesimo uigesimo, serui regulariter non torquentur in criminalibus, etiam contra Dominos, fallit pro salute Principis, in Crimine Maiestatis, & fraudati Census.l.i. C.de. qq. canonizata.xii.q.ii.c.questionem.

Trecentesimo uigesimoprimo, dare Obsidibus usum Togæ Romanæ, ut Ciues se habeant, & ab eis possint hæredes institui. l.sed si.ff.de Iure Fisci. Et quæ supra, casu.cclxxx.&.clxxvii.

Trecentesimo uigesimosecundo, reseruatum uidetur Principi restituere Senatorem remotum ob turpitudinem, ad originalem patriam.tex.not.in.l.filii.§.Senator.ff.ad Municipales.cum glo. Ad quod, & quæ supra dixi not.casu.cxxv.& Bart. post Dyn. in dicto.§.filii.notat illum text.q; si aliquis Abbas eligitur in Episcopum, & postea remoueatur ab Episcopatu ob suam turpitudinem, non recuperat Abbatiam, nisi specialiter impetret, & est notabile dictum.

Trecentesimo uigesimotertio, Muros publicos reficere nõ licet, nec instaurare, sine licentia Principis.l.restaurationi.ubi gl. & Bar.C.de diuers.præd.libro.xi. Et quæ supra casu. xcii. Sed.l. Sacra.§.fi.ff.de rerum diuis.addit, uel Præsidis.

Trecentesimo uigesimoquarto, reseruatum est Principi concedere, q; Canon alicuius Fundi Dominici, uel Templorum, nõ sol uatur.l.fi.C.de fund.patrimon. l.fin.C.de fund.rei priu.libro.xi. & per glos.in.l.comperit.C.de.præscript. xxx. anno.quod dic, & declara, ut per Bar.in dicta.l.fin.ad fin.& infra dixi.q. sequenti. casu.xcviii.

Trecentesimo uigesimoquinto, quemadmodum Papa concurrit cum omnibus aliis Prælatis, in potestate, & iurisdictione, idẽ etiam in Imperatore, in quo sunt omnes Thesauri Dignitatum reconditi. Bal.in.c.i.in princ.quis dicatur Dux, uel Comes. Ideo potest infeudare res nõ solum sibi immediate subiectas, sed etiã omnes alias mediate tantum subiectas, prout in Papa alias not.

Bal.in.c.i.circa principium.qui feud.dare poss. Abb.consil. lxxxiiii.i.libro.& tradit Curt.Iunior late consil.clvii.difficultas.col. iii.ad finem, & seq.ubi uidendum. Et confirmat, quoniam apud Cæsarem sunt omnes Iurisdictiones, ut supra late, casu.xvii. Et refert Hyppol.a's in Libello suo, De Dignitate Imp.col.penul. Imperatorem posse infeudare Castra Lombardiæ, allegat solum Car.Alexand.in.c.ii.de natura feud. Quodq; ibi respondet ad quædam cōtraria, quæ adduci possent.& uide infra ad fin.h.q.

Trecentesimo uigesimosexto, reseruatum est Principi cognoscere, & esse Iudex in causa propria.l.proxime.ff. de his, quæ in testam.delentur.de quo dicendum est, ut supra late.q. xci. & supra casu.vi.

Trecentesimo uigesimoseptimo, licet scriptura una de alia faciens mentionem nō probet, nisi illa relata exhibeatur, Auctẽn.si quis in aliquo.C. de ædendo. cum simil. Tamē fallit in scriptura Principis, quæ facit fidem de alia scriptura, ad quam se refert, licet illa non exhibeatur.glos.in.c.si Romanorum.xix.dist. Vnde si Papa firmat priuilegia alicui aliās data, probantur ea priuilegia, dato q; originalia non producantur, de quo per Deci.not.in dicta Auct.si quis in aliquo.in fi.ubi uidendum, quoniam istud dictum uidetur inclusum cum illo, q; dicta Auct. nō habet locū, ubi persona quæ refert, habet Autoritatem de nouo disponendi, ut per Scrib.in dicta Auct.Et Deci.d.loco ubi & alii notant.

Trecētesimo uigesimooctauo, uidetur etiam reseruatum Principi non recognoscenti Superiorem, posse prohibere Exercitus non Hostium, uel alicui sibi odioso forte, ingressum, & meatum in Regnum suum.notat, & tenet Luc.de Penna in Rubrica.C.de Litt.& Itin.custodia.in principio, libro.xii.post Andr. de Isern. in lib.feud.quæ sint Regal.in Rubrica, quod notandum est, quia sæpe isti Duces, & Principes, negant transitum (quem dicunt passum) Militibus cōgregatis, odio, uel amore, precibus, uel precio, ut notum est. Et ideo de more uidemus licentiam peti.

Trecentesimo uigesimonono, Terminus prorogatus in odiosis, non uidetur idem cum primo, ut not.Bald.in.l.si a te.C. de pact. inter empt.& uendi.licet secus in fauorabilibus.l.sed si manēte. ff.de precario.cum simili.de quibus late Deci.& Moder. ubi infra. Declaratur tamen id uerum, quando à partibus fit prorogatio, secus si á Principe, quia tunc etiam in odiosis Terminus prorogatus non dicitur proprie nouus.ita in not.q.tradunt Moder. Hisp.Gomes.in Comment.super Regulis Cancel.in Regula, de

Trientali.

Trientali.q.xxii.ad finem.post not.per Aret. in. l. filius a patre. §.i.iiii.not.ff.de lib.& posthum.qui dicit, ꝙ Actus alteratus per Superiorem sine facto hominis, etiam in odiosis, nõ facit nouum Actum, & addo Deci. de illo. d.Bal. dubitare per rationes Aret. dicto loco, in.c.de causis.iiii.col.iii.limitat.de offic.Delegat.ubi late etiam post alios de materia prorogationis, & late dixi in.d. l.sed si manente. Et etiam dictæ rationes forte nõ magis concludunt in Principe, ꝙ in quolibet Ordinario, licet dicti Moderni in Principe loquantur.

Trecentesimo trigesimo, reseruatum uidetur Principi, & Imperatori, ꝙ licet omnimodã supremam Iurisdictionem alicui de aliquo Castro, Terra, uel loco, concedat, maiorem tamen semper apud se Iurisdictionem, & potestatem, retinet, ut in Papa, in not. q.tradit Cald.consil.iii.titulo, de præbend.argumẽto.c. dudum. de præbend.&.c.quamuis.ii.eodem titulo, in.vi.Franc.Curt.consilio.lxiiii.col.v.& per ea in not.q.de Imperatore infeudante alteri, loca de Corrigio Ducis Mediolani, & ab eo totaliter eximẽte ꝙ possit. Rot.Rom.aliãs determinauit, ut dixi infra, ad fin. huius quęstionis, uersicu.illam tamen.ubi uidendum. Et si etiam hodie in huiusmodi concessionibus semper soleat ad Cautelam apponi clausula, saluo Iure Imperii, seu Imperialis Culminis, & simil.ut sæpe uidi. In aliis autẽ inferioribus secus uidetur forte, argum.c.super.ii.§.uerum.&.§.seq.de offic.Deleg.&.c. quamuis. eod.titul.in.vi.& per Bar.& Scribentes in.l.i.ff.de damn. infect. cum similibus.& quæ supra casu.cccxxv.

Sciendum tamen est circa iam dicta, ꝙ licet ea sint reseruata Imperatori, & Principi, ut supra. Idem tamen generaliter uidetur dici posse in Regibus, ac omnibus aliis Dominis tenentibus locum Imperatoris in Terris suis, nec recognoscentibus Superiorem. In quibus, quæ in Imperatore traduntur, locum habere uidentur, ut colligitur ex late cumulatis per Alexã.in. l. Centurio. col.vi.ff.de uulg.& pupil.in not.q. Et supra dixi, casu. xiiii.in fi. & Curt.Iunior consil.i.col.ix.libro.ii. Et in Ciuitatibus talibus pro communi opinione ꝙ habeant Iura Principis, Deci.consilio cccliii.col.ii. Et ibi in specie, in Ciuitate Florentiæ, post Bar.& Abb.ac Felyn.& in eadem, & Pisis, Bar.in.l. Hostes.ante finem. ff.de Captiuis.& generaliter in Ciuitate nõ recognoscẽte Superiorem, ut habeat locum Principis. Deci.arguit cõs.ccccüii. quod est primum consilium, libr.iii.in principio. Idem consil. dxxviii. pro resolutione, in princip, arguendo in Lucana Ciuitate, Et in

Ciuitate Ianuæ late, consil. dxxxiiii. col. ii. in principio. post Bar. Rom. & Abb. Et in Terris Tusciæ, quæ de facto Imperatorem nõ recognoscunt, in materia legitimationis. Idem consil. lv. col. ii. in princi. & cccvii. col. iii. ut etiam late dixi supra. q. liii. ubi uidendum de Ciuitate Senarum, & aliis. & Bar. in l. acta. §. i. ff. de re iudic. in not. q. & Deci. consil. dlxxx. queritur. colũ. i. in Ciuitate Senarum, & eius consilio generali. Et in Rege in Regno suo, & in quolibet nõ recognoscente Superiorem, latissime Ant. Sicul. per multa not. dicta, in Tractat. de Potest. Reg. q. xlv. q. scilicet, sint Monarcha in Regno suo, & idem. q. xlviii. & in seq. multis, ac præcedentibus questionibus ibidem, & q. xxii. ubi etiam de Duce Venetorum, & q. xxi. ad finem. De Duce Mediolanensi dixi supra. q. liiii. ¶ Illam tamẽ plenitudinẽ potestatis, ac supremam præeminentiam, nemo habet, nisi ipse Princeps uere, ut not. dixi supra, in. d. q. liiii. ad finem. uersicul. unde ad rem. Vbi uidendum est, & illa his addenda, & e' contra. Et ideo Dux Mediolani, licet dicatur Supremus Princeps, & non recognoscat Superiorem, nõ potest tamẽ Decretum condere, in derogationem Imperialis potestatis, ut not. Curt. Senior, consil. clvii. numero. xxxii. lib. i. facit etiam, quia Reges in Regnis suis successerunt loco Præfect. prætor. Et sic nõ in locum Imperatoris omnino, per not. in. l. i. ff. de offic. Præfect. prætor. Curt. Iunior in not. q. consil. clxxiiii. in causa. col. penult. & consil. clxxxv. col. penult. lib. i. Princeps enim licet alicui plenam potestatem concedat in aliquo loco, multo tamen maiorem penes se retinet, ut aliás tradit in Papa Cald. consf. iii. in titulo, de præbend. argumento. c. dudum. & c. quamuis. de præbend. in. vi. ii. & Franc. Curt. consil. lxiiii. col. v. Per quam rationem uoluerunt aliás Domini de Rota Rom. Imp. Vinsilaum, (qui primus omnium Ducatũ Mediolani erexit, & omnimodam infeudandi Iurisdictionem Duci tradidit) maiorem apud se Iurisdictionem, & potestatem sicut in Papa, retinuisse. Adeo q. potuit Federicus Imp. eius Successor, loca de Corrigio Duci subiecta, alteri infeudare, & illa á Iurisdictione Ducis totaliter eximere, prout fecit. Vnde potest cum quolibet concurrere, ut post multa consilia per Brun. Astensf. consil. xlvii. post Bal. in. c. i. quis dicatur Dux. Testatur Episcopus Gomes. in Tractat. Expectatiuarũ, nu. x. quę notãd. sunt, & tetigi supra, casu. dxxv. & cccxxx. Et facit not. dictum Bald. de quo dixi supra. q. ci. numero. iiii. Vltimo tradit Felyn. pro not. in. c. cum nobis. iii. col. in princ. de pręscrip. extra, post Bar. Bal. & Alex. qd' signũ ad cognoscẽdum,

quæ

quæ sunt de reseruatis Principi, est quando sunt talia super quibus, inferior Statutum non potest condere. Item dici potest generaliter etiam, q. omnia quæ sunt reseruata Papæ, sint in Temporalibus reseruata Imperatori, quoniam dicta in Pontifice, eadem ratione habent locum in Temporalibus in Imperatore, & not. Bal. in. l. rescripta. C. de precib. Imp. off. col. ii. refert Deci. & tenet cõs. dlxxxviii. uiso puncto. col. i. Et dixi supra. q. xci. nu. iii. q. cxv. ad fin. De reseruatis autem Papæ, multa uide per Moder. in Tractat. de Beneficio. iiii. parte. q. viii. in glos. in. c. sicut. de excess. Prælat. & in. c. quod translationem. de offic. Legat. & Rota decis. lviii. in nouis, &. cclxxxv. Et alibi in locis uulg. quæ nota sunt. Et nouissime quędam in materia Beneficiorum, per Episcopum Sarnens. in Commẽt. super Regulis Cancell. in Regula, de Triennali. q. xxxi. col. ii. &. iii. ¶ Scire autẽ reseruata Principi, utile est propter multa, precipue, quia in generali legatione non ueniunt. c. quod translationem. de offic. Legat. Ang. in. l. si queramus. ff. de testam. Martin. Laudens. in Tractat. de legat. Princip. not. ultimo. l. i. &. ii. cum glos. & Doct. ff. de officio eius. cum similib. quæ multa sunt. Quod declara ut in dicto. c. quod. & per Rom. not. consil. lix. ad discutiendam. ii. dubio. & per Deci. in. c. pastoralis. col. ii. de appel. & in cons. cxcvii. in casu, in princ.

CENTESIMA VNDECIMA QVAESTIO.

In quibus casibus Imperator ligauerit sibi manus, adeo ut etiam proprium rescriptum reijciat, & non admittat, notanter plenissimè ultra omnes ex toto Iuris ordine cumulati Casus, & quidam, in quibus etiam si vellet nequiret. Casus. CV.

Reuerendissimus. D. D. Hieronimus de Ghinutiis, Cardinalis Senensis Sapientissimus, Vir omni laude dignus, & quo tempore, & cur creatus Cardinalis: post Casum. xxxvi.

Reuerendissimus. D. D. Io. Maria Card. de Monte Similis, eodem loco.

Clausula, non obstante tali lege, tollit illam legem derogatoriam in contrarium plena, & ultra oẽs notabilis cumulatio ad fin. q. uers. notandũ tñ est, nu. 2.

In reliquis, quilibet Casus sit pro Summario.

CENTESIMO VNDECIMO Quero, in quibus casibus Imperator liget sibiipsi manus, adeo ut etiam

proprium rescriptum reiiciat, et non admittat, & quidem aliquo studio, & labore pariter, ex toto Corpore Iuris, & etiam de his, quæ non possit, si uellet. Aliquos Casus quandoq; obseruaui, ligat enim sibi manus, & reiicit suum proprium rescriptum quandoq; Imperator.

Primo, in casu. l. Arriani. in fine. C. de Hæretic. ut scilicet, non ualeat Beneficium aliquod impetratum ab Hæreticis, ut possint uel in loco publico conuenire, uel in Curiis, uel ędificare Ecclesias, uel militare, ut ibi patet. facit infra casus. lxxxviii.

Secundo, prohibet rescriptum contra formam Statutorum, per Senatuscõsulta, sub pœna tertiæ partis patrimonii, ambitus, & infamiæ, not. text. in. l. unica. C. de Senatuscons. quod nota contra nostros Procuratores Perusinos, qui semper supplicant contra Statuta Perusina.

Tertio, prohibet in dilationibus dandis debitoribus, nõ præstito Fideiussore de soluendo in termino, not. text. in. l. uniuersa. C. de precib. Imper. offer. De quo dicendum est, ut ibi per glo. & Scribentes, & Bonon. not. cccxli. ille.

Quarto, supplicare plusq̃ semel, aduersus sententias Præfecti Prætorio. l. si quis. C. de prec. Imp. off.

Quinto, reiicit rescripta contra ius, alterum lædentia. l. rescripta. C. eod. & infra casu. lxiiii. cum seq. & lxxxvi.

Sexto, de Iure Ciuili prohibet supplicari, lite pendente. l. ii. C. ut lite penden. & in Auctẽ. in medio litis non fieri Sacras Ius. in rubro & nigro, præcipue. §. i. De qua tamẽ Regula dicendum est, ut aliás late, per. D. Deci. in. c. ut debitus. de appellat. v. col. & consilium Collegii nostri Perusini, in notab. casu, in allegation. lapi. lxxxviii. col. fi. c. causam quę. i. de testib. cum glos. in uerbo, nouiter. c. fi. extra, ut lite pendente. & quæ not. in. c. nõ ita. ii. q. vi. & per Rot. decis. cix. si Reus. post princ. in nouis. in not. q. & declaratione. Bal. in. l. i. in fi. C. de relation. Curt. Iunior consi. clxxiiii. col. ii. in causa uertente, ubi ait communẽ ualere rescriptum, lite nondum contestata, nõ facta mentione de litis pendẽtia.

Septimo, prohibet, & reiicit rescriptum, post appellationem omissam, & sic contra rem iudicatam, sub pœna nullitatis, & infamiæ, ut in rubr. & nigro. & l. fi. C. ut lite pend. l. fin. in princip. de error. Aduocar. l. causas, uel lites. C. de transact. l. fi. C. sententiam rescindi nõ poss. Paul. de Castro, pro not. signat in. d. l. fi. C. ut lite pendent. Et pro nunq̃ obliuiscendo, & de eo cum quadam noua limitatiõe, scribit Petr. Gerard. not. xx. sicut. facit casus. lxi.

infra,

infra,bon.tex.in.c.exposita.de arbitr.limitat not.Deci.in regula' res iudicata.ff.de Reg.Iur.nisi præcise aliter constaret de mente Principis, nam posset ét rem iudicatam tollere,quia est Ius quæsitum de Iure Ciuili,ut ibi late.Et Abb.in.c.qualiter, & quãdo. de accusat.ii.col.& quæ supra dixi.q.xcviii.

Octauo,ubi est mendacium.l.& si legibus.C.si contra Ius uel utilit.public.& infra.xi.casu.

Nono,ubi est contra Ius Generale,& utilitatem publicam.l. fin.C.si contra Ius.

Decimo,reiicit rescriptum sine Die,& Consule.tex.gl.& Doc. in.l.si qua.C.de diuers.rescript.canonizata.in.c.si qua.xxv.q.ii.

XI.si non habet clausulam,si preces ueritate nitantur.l. fi.C. de diuers.rescript.licet de Iure Canonico secus, quia subintelligitur,ut ibi per glo.&.Doct.ubi uidendum est.

XII.si tollat transactionem legitimam.l.causas. C.de transaction.& quæ supra.vii.casu.& infra. lxiiii. & seq. & not. in.l.si quis maior.C.eod.post tex.ibi.

XIII. rescriptum impetratum pro uenia ætatis, á masculo minore.xx.annis,uel fœmina minore. xviii. non seruata dispositione.l.ii.C.de his, qui ueniam ætatis impetr. ut ibi not. in fine illius.l.

XIIII.si rescinderet gesta in minore ætate, ratificata post xxv.annum.l.ii.C.si maior factus.

XV.si concederet Monopolium.l.unica.in princ.C. de Monopol.quod limita not.ut per Scriben.& Deci.in.c.significante. de appellat.ad finem. ubi omnino uidendum, ad declarationem d.l.i.Et per Bar.in.l.fi.col.pen.ff.de Colleg.illici.& Bal.in.d.l.i.

XVI. si Nuptias concedat,quia Nuptiæ rescripto peti non debent,sed á consensu puellæ,sub magnis pœnis, de quibus in.l. i.C.si Nupt.ex rescript.glo.i.in.c.insinuantur.extra, qui Cleric. uel uouen. Mart.Laudé.in Tract.de Principibus.not. dxlv.non debent.Et facit infra casus.ciiii.

XVII.si incæstas Nuptias permittat.l.ii.C.eod.& ibi Saly. tex.& glo.in.c.nullus.xxxvi.q.ii.

XVIII.si concederet tempus ad deliberandũ super adeunda hæreditate,ultra annum unum,non ualet rescriptum. not.tex. in.l.fi.§.sed quia quidam.C.de Iure delib.

XVIIII.si sæpius dictam dilationem ad deliberandũ con cederet,quia semel,& nõ sæpius eam peti,concedit Imperator.dicta.l.final.§.semel enim.

XX. reiicitur si quis in initio causę impetraret rescriptum, ut mitteretur in possessionē rei alicuius, iuris ordine prætermisso, sub pœna de qua ibi in not. tex. l. meminerint. C. unde ui. secundum unum intellectum, uel ꝙ aliquis deberet statim restituere possessionem, secundum alium, ut per glo. & Scrib. in. d. l. & facit c. i. extra, ut lit. penden. & not. per glo. & Scribentes, in. l. iuste. ff. de acquirenda possessione.

XXI. si confirmaret alicui uiolentam possessionem, tex. multum notabilis in. l autoritate. C. unde ui. qui tex. est declarādus, ut ibi notanter per Saly. & D. Deci. post eum, consilio. clxxxv. in ultimis allegationibus. col. ii.

XXII. si innouaret possessionis statum, eo qui rem tenet absente, nō conuento, scilicet, nec citato, not. tex. in. l. si. C. si per uim uel alio modo. Quæ lex, qualiter á dicta. l. meminerint, differat, ibi Bar. uide, & not. per glo. in Rubrica. C. si per uim.

XXIII. si concederet, ꝙ unus ex Correis insolidum obligatis, conueniatur tantum pro parte. l. ii. C. de duobus Reis. & ratio, ut ibi glo. si, quia per id tolleretur Ius alterius, iuxta. l. quotiens. C. de precib. Imp. off. Sed cauendum est, quia tex. in. d. l. ii. dicit, nō debeat, nō autem dicit nō possit. Vnde est materia. q. de qua supra uidimus late. q. xcviii.

XXIIII. si concederet facultatem cudendi pecuniam priuato uiro. not. tex. secūdum unam lecturam. C. de fals. mon. & ibi Bar. & Ias. in. l. ex hoc iure. ultimo not. ff. de Iustic. & Iur. Et dixi supra. q. præcedenti. casu. xxviii. ad finem.

XXV. si denuó alicui munus reiteraret, sub pœna etiam. l. Iul. de ambitu. l. unica. ii. responso. C. ad. l. Iul. de ambitu.

XXVI. prohibet supplicare illos, qui rumpunt, uel usurpāt, Aggeres Nili præter fas, prætereꝗ morem Antiquitatis, uel qui fuerunt cōscii, & consortes, ut in. l. unica. C. de Nili Agger. non rump. & ibi glos. fin. not. dicit, ꝙ de aliis fluminibus de æquitate idem posset dici, & cum ea pro not. Anto. Sicul. in not. in uerbo, frequentia, post medium.

XXVII. reiicit rescriptum, nec prodest si accusantibus per calumniam & fallaciter, daret abolitionem, siue simpliciter, siue generaliter not. tex. & ibi Saly. in. l. pen. C. de calumniat.

XXVIII. si rescinderet testamentum iure perfectum. text. not. in. l. si testamentum. C. de testamēt. Mart. Laud. in Tract. de priuilegio. not. xxii. priuilegium. post Archyd. Facit. §. disponat. in Auctent. de Nupt. & casus supra. xxiiii. & de dicta. l. si testamentum.

mentum. quia tex. ibi dicit nō oportet. An possēt tamen, uidenda sunt quæ late scribit, post Scribentes ibi. D. Deci. consil. ccclvii. ii. & iii. col. & consil. cccciii. iii. col. in fine, & seq. post Fulg. in d. l. si testamētum. Et facit casus. lxiiii. infra, in hac. q. Et Deci. per d. l. si testamētum. in not. q. an possit iuri fideicommissi præiudicare legitimādo, ꝙ nō sine causa. cons. dlvii. accurate. col. ii. subscribens Hormanotio deto. & alii, dixi supra. q. xcviii. Et per dictam. l. si testamētum. Calcan. consil. viii. in causa. col. viii. in fine. c. non liceat. xi. q. iii.

XXVIII. reiicitur rescriptum, si daret immunitatē Naui capaci duorum millium Modiorum, quā eā excusaret, & subtraheret à publicis utilitatibus, pœna publicationis Nauigii. Iiubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. la prima. Quæ lex de uerbo ad uerbum est etiam, in. l. ii. C. de nauibus non excusan. libro xi. & quæ infra casu. xlvi. & ci. Et Ias. per illum tex. in dicta. l. iubemus. in. l. si ex toto. de legat. i. in principio. col. penult. numero xi. ꝙ priuilegium immunitatis, non includit casum Guerræ, uel publicæ utilitatis, & si includeret, non ualeret, per illum tex. post Bal. & quæ Verō. Cautela. lxiii. quia priuilegium.

XXX. si Episcopo repulso ab Episcopatu ob delictum commissum in Rempublicam, rursus daret ipsum Episcopatum. not. tex. in. l. quicunq;. C. de Episc. & Cler. & quę infra casu. xlv.

XXXI. si concederet alicui ex Agentibus in rebus, peruertere ordinem Militiæ, atq; stipendia. not. tex. in. l. ii. C. de officio Magist. officiorũ. quod nota contra hodiernos Milites nostros.

XXXII. reiicitur rescriptum Principis etiā motu proprio factum, quod obligato adhuc Cohortalibus obsequiis, regimen Prouinciæ, uel cingulum Militiæ, dignitatis ue concederet. not. tex. in. l. si quis. C. de offic. Rector. Prouinc. Et ualde notab. est ille tex. in quo sumi uidetur argumentum, motum propriū nō habere uim clausulæ specialis derogationis legis, id prohibentis. Et tamen cū tali clausula, specialiter illi legi derogāte, rescriptum teneret, ut infra uidebimus, in fine istorum Casuum. facit glo. singul. in. l. unica. C. de collat. donat. libro. x. & not. glos. iii. in. l. omnis. C. de Aquęduct. Sed nō est præsentis indagationis, facit tamen & tex. sing. in. l. prędia. ibi, etiam si Imperator sponte donauerit. C. de locat. prædiorum. lib. xi. Et quæ de illo tex. infra dicam, casu. lvii. Qui aūt essent Cohartales, ponit gl. in rubr. & nigro. C. de Cohartal. lib. x. & ibi nouissime Moderni Mediolanēs. Scilicet, hi qui in domestica Militia alicuius Cohortis essent, &

q̧ á re militari sumpta fuere nomina inter Palatina Officia, uel uti Decani.

XXXIII. prohibetur supplicari, q̧ Referendarii Sacri Palatii sint ultra octo, ut in Auct. de Referendar. Sacri Palatii. §. i. ante finem. Hodie de Referẽdariis, nouissime scribit Episcopus Gomes. super Regulis Cancell. in Compend. utriusq; signaturæ. nu. xxvi. & sequenti. Et qua de causa primo institutos, & quot, in gratia, & iustitia, & de obligationibus eorum, ubi uidendum est de eis late.

XXXIIII. reiicitur ubi traheretur causa ad aliam Prouinciam, q̄ in qua Actor, & Reus sint, & in qua facta est obligatio: §. si igitur fuerint. in Auct. ut omnes obediant Iud. de quo tex. dicendum est, ut ibi per glo. & Bar. & in. §. si uero quisq;. eod. tit. Et in Rubrica illius tituli, ibi nullo excepto per priuilegium.

XXXV. si permitteret Milites, aut Fœderatos aliquos, alicui habere in suis domibus, aut possessionibus, pro propriis utilitatibus, pœna grauissima, & habentibus, & Militibus adiecta, ut in. §. i. & §. nemo. in Aucten. ut neq; Miles, neq; Fœderatus &c. Sed uide quæ supra diximus præcedenti. q. casu. cxxi. per. l. fi. C. de erogat. milit. ann. lib. xii. post medium.

XXXVI. si esset rescriptum sine annotatione Quęstoris, & secundum formam. not. tex. & communiter ignorati, in Aucten. ut Diuinæ Iussiones subscript. hab. gloriosi. quęsto. in rubro, & nigro. & glo. not. ibi, in uerbo, iussionibus. dicit. i. priuilegium, in quo aliquod iubet, uel cõcedit in fauorem. Sed in commissionibus causarum, forte aliud, ut obseruari in Curiis uidemus. Bar. tamen ibidem aliter tenet, ut ibi per eum, scilicet, ut de Iure idem sit per illum tex. in rescripto causarum commissarum. Mart. tamẽ Laudẽ. aliás in Tractat. de priuilegio, not. xxxiii. incaustro. post Specul. ubi ibi, dicit hoc non seruari de consuetudine. Et apud S. D. N. Paulum Tertium, pręsentem Pontificem Optimum, Maximum, in priuilegiis, & gratiis, tale officium uidetur tenere Reuerendiss. Dñs, Dñs Hieronymus, Cardinalis de Ghinutiis, Senensis, Iustitia, Prudentia, Integritate, omni deniq; Virtute præditus, ac exornatus, qui profectó æternitate magis scriptorũ aliorum, q̄ meorũ, illustrari mirum immodum mereret̃, propria enim Virtute, suiq; proprio splendore, ita nitescit, radiisq; coruscat in illo Sacrosancto. S. R. E. Senatu, ut eó dignissimus, sub Paulo. III. Pont. habitus fuerit anno præterito. Hic connumerari potest & Reuerẽdiss. Dominus Dominus Io. Maria de

Monte,

Monte, Archyepiscopus Sypont. S.R.E. Cardinalis, qui locum V. Cancellarii quandoq; tenens, Vtriusq; Iuris Consultiss. Eloquentia, Liberalitate, ac corporis dotibus Illustris, Sacrosancti Collegii Cardinalium Splendor est, potens opere, & sermone.

XXXVII. si concedat Ciuitatibus bona uacantia. l. i. C. de bonis uacāt. Dominus Benedict. cap. consil. xlii, pen. col. in fi. & quæ supra diximus praeced. q. casu. ciii.

XXXVIII. si innouaret Canonem taxatum, & solitum, in releuatis, donatis, trāslatis, uel aderatis possessionibus, ut est tex. & glo. fi. in. l. unica. C. de collat. donat. libro. x. ubi not. glos. fin. nō ualere rescriptum, etiam proprio motu. & glo. & Doct. in. d. l. unica. qui sint supra dicti termini.

XXXIX. si rescriptum concederet immunitatem, Imperator reprobat. l. uacuatis. C. de Decurion. libro. x. &. l. quicquid. C. de Vectigal. & commis. cum simil. Facit tex. not. in. l. munerū. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hono. ad finem ibi. qui priuilegio aliquo subnixus est, nec Pontifex excusatur. Et quæ in præced. q. casu. cclii. & seq. & casu. cxl.

XL. si aggregaret Curiales ex origine, scilicet quia sint ex patre, uel auo, Curiales diuersis Officiorum, & Actuum priuilegiis, Curiæ præiudicantibus, notab. tex. in. l. omnes. C. de Decurion. libro. x.

XLI. reiicitur rescriptum Principis, quod obnoxios Curiæ liberaret. not. tex. in. l. quotiensc unq;. C. de Decurion. eod. libro. & facit. l. Curiales, qui se se. eod. titulo.

XLII. si daret immunitatem à comparatione, uel transuectione specierum ad necessitates Illiricanas, id est, quādo Imperator. dicit ibi gl. Exercitum ducit in Prouinciam Illirici, id est in Sclauoniam. Idem & si alibi text. cum glos. in. l. i. C. de quibus muneribus. libro. x.

XLIII. si daret excusationem ab Angariis, perangariis, uel plaustris, uel quolibet munere, uel á solitis ministeriis, in fœlicissima expeditione Principis. not. tex. in. l. ii. C. de quibus mune. eodem libro.

XLIIII. si daret excusationem á Murorum constructione, seu comparatione frumēti, uel aliarum specierum, ubicunq; opus exigeret. not. tex. in. l. fi. C. eodem. quod nota pro tempore Penuriæ, quando Ciuitates faciunt abundantias, ut Annis præteritis prudentissimé obseruatum fuit Perusiæ, precipue in sterilissimo Anno. M. D. XXXIII. & Romæ, & Bononiæ.

X L V. si permittat alicui exercere officium, in quo semel deliquit. not. text. in. l. si aliquid. C. de suscepto. & Archa. libro. x. & facit casus supra. xxxi. post. l. quicunq;. C. de Episcop. & Cleric. Et per Regulam. d. l. si aliquid. Bar. ibi, in not. Ant. Sicul. in not. in uerbo, Tabellio. & Moder. Bonoñ. not. dxciii. tu scis. Et quæ in Apparitore. tex. not. in. l. quicunq;. C. de diuers. offi. lib. xii. Et quæ casu. lvi. infra, & quę supra casu. xxx. & infra. lxii.

X L V I. si Nauem Tyberinam habenti, daret priuilegium, ut nõ agnosceret onus Reipublicæ necessarium in competentibus, & solitis obsequiis. l. unica. C. de Nautis Tyber. libro. xi. & quæ casu. xxx. supra.

X L V I I. si originario Colono priuilegium daret, quia eo nõ obstante, Domino, uel Feudo, est reddendus. l. originarius. C. de Agric. & Censit. eod. lib.

X L V I I I. si concederet alicui loca ad Sacrum Dominium pertinentia, quoad proprietatem, quæ censum soluebant. l. ii. C. de fund. & salt. rei domi. libro. xi. Sed bene uisus tex. ibi, uidetur submouere, quando per obreptionem impetraretur, ut ibi in tex. patet. Aliás sequeretur, q; donare etiam leuia patrimonialia non posset Imperator, contra conclusa supra suo loco. q. ciii. Nisi dicas, ibi ita pręsumi, quia aliás, cui dubium subreptionẽ uitiaret l. fin. C. de diuers. rescript. l. & si. ll. C. si contra ius uel util. l. cum uerò. §. proinde. ff. de fideicom. liber. cum simil.

X L I X. si permitteret alicui transferre Fundos Patrimoniales, limitrophos, uel saltuenses, qui per tractum Orientis sint positi, siue dempto, siue saluo canone, sub pœna librarum centum Auri. tex. in. l. nulli. C. de fund. patrim. lib. xi. & gl. ibi notat illã l. esse localem, quia alia Dominia, & possessiones saluo Canone, possunt alienari, secundum gl. ibi late. dic ut infra casu. xcviii.

L. si permittat Ascriptitiis militare. l. final. C. de fugit. colon. eodem libro.

L I. si concederet alicui uendere Dominicam possessionem, dempto Canone, uel ipsum Canonem, pœna celebrãti talem cõtractum palatino scilicet officio. l. pondo Auri. l. fin. C. de fund. rei priuatæ. libro. xi.

L I I. si remitteret dicto casu. d. pœnam incursam, dicto Palatino officio, ut in dicta. l. fina. in fine. ibi uel pœnam Palatino remittat officio.

L I I I. si excusaret á functionibus, in superindictis titulis. l. fi. C. de priuileg. dom Aug. libro. xi. Et superindictum quid sit,

per

per glo.& Scribentes,in Rubr.C.de superindicto.lib.x.& supra q.præcedenti,casu.xx.

LIIII. si concederet,q. Agentes in rebus sub nō suo Princípe,conuenirent,uel Actus cōsuetos tractari á Sacratissimo Cętu Senatus,sub nō suo Iudice.l.ii.cum glo.C.de Princip. agent. in rebus.libro.xii.

LV.si remoueret priuilegia concessa Castrensianis,& Ministerianis Principis.in.l.fi.in fi.C.eod.libro eo.qui quales essent, ibi Moder.Mediol.declarant,restituentes magis latine dici, de Castrensibus Ministris.

LVI. si permitteret Apparitori ob culpam,uel negligentiā, in officio commissam damnato,ad aliquam Militiā aspirare.not. tex.in.l.quicunq.C.de diuers. offic.libro.xii.Et quæ supra casu xlv.quod facit contra istos Balios,nuncios,seu cursores damnatos quandoq,& quæ infra casu.lxii.

LVII. si prędia Domus ipsius Principis, semel Iure perpetuo,alicui collata,ad alium transferret, etiam motu proprio, ut est text.not.in.l.prædia.C. de locat.præd.ciuil.libro.xi. Et quæ supra dixi,casu.xxxii.& per dictum tex.in.d.l.prędia.not.dictū Bal.q. quādo Princeps reuocat etiam motu droprio, illud quod seruare tenetur,fingitur circumuētus. Ita q. contrarium probari nō potest,ut late,& not.in not.casu refert,& scribit.D.Deci.cōs. cclxxxvi.in cāCōmunitatis.col.fi.bo.t.in.c.cū olim.de re iud.& idē in cōs.xcccii.Et pro tenui ad fi.eo.lib. & quę late idē scribit in.l.nemo potest mutare.ff.de Regul.Iur.ad fi.Quæ notāda sunt pro declaratione,& materia.c.si motu proprio.de prębē.in.vi.

LVIII. si permitteret Ius aquæ ducendæ ad priuata loca, ex Aquæductu Palatii Adriani.l.omnis.C. de Aquæduct. libro xi.post principium.

LIX. reiicitur rescriptum Principis,in quo Militibus procuratorio nomine experiri concederet.§.fi.Insti.de exception.

LX. si concederet patribus in Dignitate constitutis,Spurios filios ex Cōcubinis uilissimis,pro legitimis habere.l.i.post principium.C.de natural.lib.De quo dicendum,ut in.§.fin.in Auct. quib.mod.natur.eff.sui.& glo.iii.in dicta.l.i.

LXI. si concederet appellare á literis relationis, factæ ipsi Principi,quibus semel qs consensit,nō appellādo.not.tex.in.l.fi. ff.quādo appel.sit.in fi.Et faciūt dicta supra in.vii.casu.

LXII. si Militi,qui ob cōtractum conductionis alienarum rerum prohibitum,sub pœna priuatiōis Militiæ,ipso Iure(ut in

infra allegandа.L.) concederet regressum ad pristinum statum, seu gradum. Quia scilicet ad eum, nec Beneficio Imperiali, est regressus. not. tex. in. l. fin. C. de locat. §. scituros. & facit supra casus lvi. xlv. & xxx.

LXIII. reiicitur etiam rescriptum Principis, & Sacri Apices, permittētes Moderātibus Prouincias, donationes recipere, uel emptiones quarumcunq; rerum mobilium, uel nō, praeter eas, quae ad alimoniam, uel uestes pertinent, & ędificationes. not. tex. in. l. unica. ad medium. C. de contractibus iudic. & not. in. l. nō licet. ff. de contrahen. empt. Existentibus autem in Vrbe, secus, ut supra praecedenti. q. casu. clxxi.

LXIIII. si rescinderet donationem ritē factam. l. si donationem. C. de reuocand. donat. Et per eum, Deci. in not. q. consil. cccclxviii. superiore anno. iii. col. lib. iii. facit casus. xxviii. supra. & quae ibi dixi, & infra seq. casu. & l. cū te. C. de donat. ante nupt. quae supra casu. xii.

LXV. si rescinderet emptionem perfectam, re tradita, ob precium nō solutum. l. Inciuile. C. de rei uendic. Et quae supra dixi proximo casu. & l. de contractu. C. de rescind. uendit. Et Deci. per illum tex. cons. dlviii. in causa, in princ. & cons. dxcii. in causa. ad finem. sentiens, q; idem in datione in solutum.

LXVI. si cogeret aliquem liberare, ā potestate sua, sibi constitutum in potestate. l. nec auus. C. de emancipation. liber. facit supra casus. v.

LXVII. solum rescriptum Imperatoris nō sufficit, in quo infamiam remitteret transeunti mulieri ad secunda uota, infra annum, si fuerint filii ex prioribus Nuptiis, quia ulterius requiritur, q; ultra hanc impetrationem rescripti, ut ex eo utilitatem consequatur, & aliis poenis liberetur, filiis ex priore matrimonio mediam suae substantiae partem donet pure, sine aliqua conditione, ut late, & not. legitur in. §. quae uero. uers. dicimus. in Auct. de nupt. Aliās si nō fuerint filii ex primo matrimonio, solum rescriptum sufficit, ut in. d. §. legitur. Et dixi supra in pręcedēti. q. casu clxxxi. post dictum tex. not.

LXVIII. non ualet rescriptum, quo Ascriptitio Colono, si Clericus efficeretur, inuito Domino, prorsus exemptio, & immunitas concederetur, nisi iuxta formam. l. quisquis censibus. in fin. C. de Episc. & Cleric.

LXIX. nō ualet rescriptum, uel priuilegium Principis, licet eius sit Suprema Autoritas, quo concederet credi testi, qui non uidit,

uidit, uel non audiuit, uel malam rationem dicti sui reddat, nisi exponat malam, nō concludentem de necessitate, uerisimiliter tamen, ut egregie notat Bal. in. l. si nō speciali. C. de testam. ante fi. illa clara ratione, quia naturalis ratio per Imperatorem mutari nō potest, licet possit fingere, & præsumere.

LXX. non ualet rescriptum, nec mandatum Principis, nec aliquo modo ualere potest, quo statueret iudici, q faceret iniustitiam, etiam si Papa esset, qui mandaret, nedum Imperator, quoniam continet peccatum, cui etiam Papa subiicitur. Bart. not. in extrauag. qui sint Rebelles. in glo. penult. ad finem, et per eam in Papa, ita in not. q. tradit Deci. consil. clxxv. in causa falsitatis. col. ii. ad finem. Immo nec Lex, nec Statutum ualeret, id continēs, notat Ang. in. l. final. C. sent. rescindi nō posse. allegat Innoc. in. c. quæ in ecclesiarum. de constitut. refert, & tenet Deci. cons. ccclxi. omissa. col. penult. post principium. Etiam si adesset clausula nō obstante, ut idem tradit consilio. cccclx. in causa mota. col. iii. seu iiii. ad finem. Et in consil. dxxviii. pro resolutione col. ii. in fine, post Bar. in. l. fi. C. si cōtra ius, uel util. publ. ad fi. post Ang. & Inn. ubi Deci. dicto loco. Et idem q. l. iniusta, & nutritiua peccati nō ualet, & de ratione, late Eps Gomes. in Commentar. super Regulis Cancell. in Regula de Triennali. q. xi. numero. x. post Bal. Hosti. Aug. S. Thom. Hisp. & Esay. x. Cap. Vnde q talem. l. ita latam fraudibus, & dolis, licet circumuenire. post Paul. Bald. & Modern. in. l. i. in principio. post illum tex. C. de caduc. tollend. Et idem Deci. ut supra cons. dxliiii. Serenissimus. col. iii. ad finē. Anton. Sicul. in not. in uerbo Princeps in fine. post Innoc. Bald. Ioan. Andr. Barba. ubi ibi. Martin. Laudens. in Tractat. de priuileg. not. xliiii. non ualet. Et q idem si rescriberet, q non reddatur iustitia.

LXXI. Imperator non potest committendo causam suspecto Iudici tollere recusationem, saltem si est suspectus propter inimicitiam illa ratione, quia in effectu committere causam inimico, est q faciat iniustitiam. ita not. consuluit Deci. cons. clxxv. in causa falsitatis. col. ii. ad finem. libro. i. post Abba. & Dom. ubi ibi, et seipsum. in. c. cum inter. de except. & quę supra dixi præcedenti casu. Et in Papa, ut supra post Abb. & rationes, idem Moderni de Selua galli, in Tract. de Beneficio. iii. parte. q. viii. casu xxi. in causis, scilicet precipue, in quibus non haberet plenariam potestatem.

LXXII. non ualet rescriptum, seu ordinatio, q ipse non sit

animal rationale,uel ꝙ sit solutus legibus Naturæ.Bal.in.l.ii.x. col.C.de seruit.& aqua.Fely.in.c.i.de constitut.ix.col. v.declaratione.ubi not.decis.& alleg.comprobat,& Deci.in.c.i.de probat.in principio.& hoc casu non ualet,nec potest, si uellet. facit, quia Naturalis Iustitia eradicari non potest.notat Bal.in.c.quæ in ecclesiarum.de constitut.col.iii.uersiculo, sed nunquid Statutum.Deci.refert,& tenet,in dicto consilio.dxxviii.col.fi.in principio: Et in dicto consil.dxliiii.col.iii.in fine.

LXXIII. nō ualet rescriptum,uel ordinatio, qua Princeps hodie(cùm eligatur ab Electoribus,ut supra suo loco uisum est) eligeret sibi successorem,quia illa Electio,refertur ad tempus,in quo non est amplius Imperator,prout in Papa aliàs notat Abb. in.c.accœpimus.ff.de pactis.ubi ait ita esse communem opinionem.post glo.not.in.c.his omnibus.seu.§.sub.c.Apostolica.viii. q.i.Et eam ait singula.Andr.Sicul.in Rubrica,de testam. col.i. extra,Fely.in.c.i.de constitut.vii.col.& tetigi supra.q.cvi. Et faciunt quæ infra.q.cxiiii.numero.iiii.& quæ infra casu.xciii. Et Imperium hodie successione nō deferri Bal.not.in titulo,de pac. constant.in uerbo,diuina.respondendo ad tex.ibi,qui contra uidebatur.Vnde nec filius primogenitus Imperatoris est Imperator eo defuncto,dicto.c.uenerabilem.§.eos.de elect.ubi Cardin. iii.not.Anch.ii.Immo nec per electionem de eadem stirpe,plures eligi deberent,ne successio hæreditaria uideretur, secundum Anchar.not.dicto loco,& col.v.licet bene olim successione Imperium deferretur,ut late scribit,& enumerat.D.Ioannes,in Tract. de primogenitura.lib.ii.q.xii.in principio.Volum.viii.Tract.& uide supra.q.cv.

LXXIIII. Princeps non potest dare fidem parti,uel scripturæ non Auctenticæ,in præiudicium alterius.c.i.& ibi Abb. notat de fide instrum.facit tex.in.c.indicas.iii.q.ix. ubi dicitur, nos uni parti,ad discrimen alterius,credere proculdubio nō possumus.Rom.not.dccvii.an Papa, uel Imperator. Quod dictum D.Deci.in.d.c.i.ii.not.declarat,nisi Princeps id faceret per uiã Legis,quia ualet consuetudo,uel statutnm tribuēs Autoritatem scripturæ priuatæ,ut ibi per eum late,& quæ in.c.ii.col.vi.de probat.Item declarat nisi de absoluta porestate uellet,ꝙ crederetur exemplo,quia hoc uidetur de iure positiuo,ut exemplo non creditur,ergo tolli potest &c.ut ibi per eum,post Modern. respondēdo ad illũ tex. in uerbo,nō possumus.ut referatur ad ordinariã potestatē.De quo ultimo tetigi supra.q.præce.casu.ccxxviii.

Et

Et per dictum.c.i.in Imperatore, & Papa, ut supra notat Rom. pro singul.not.dccviii.an Papa.cum not.addit. ad eum.Ias. in.l. Gallus.in principio.iiii.col.ff.de liber.& posthum.in principio. Et Rota decis.dcxxxvii.in antiquis.dic ꝙ sumptum. per dictum c.i.ꝙ sumptum ex originali non facit fidem.& ꝙ ita seruat Rota quæ nota,& adde ultra Deci.in.d.c.i.& facit infra casus. lxxvi. &.lxxxiii.Et per dictum.c.indicas.post Rom.Hypoll.in consil. xxxiii.in causa.numero.xxxv.in not.q. de qua infra casu. lxxvi. Et facit supra.q.xcviii.

L X X V. non potest Princeps facere,ꝙ testi omni exceptione maiori,non tribuatur fides.Rom.in not.decl.domini.per tex. singul.in.c.talia.viii.q.iii.Et dicit Rom.ꝙ rescripto contrarium concedi nõ potest.Sed est aduertendum, quia probationes sunt arbitrariæ,ut per Bar.in.l.lucius.in fin.ff.de infamibus.cum cõcordantiis,quæ nota sunt.Vnde et Iudex potest non credere instrumento,& contra ipsum ferre sententiam, & ualet, per.c. suborta.de re iudic.cum glos.nor.Imol.Alex. & Aret. ubi per Modernos de Monteferrat.Croth.in.l.qui Romæ.§.duo fratres. ff. de uerb.oblig.num.xiiii.nisi diceres,ꝙ tunc fit,quia nõ uidentur omni exceptione maiores &c.

L X X V I. non ualet rescriptum, quo concederet credi uni testi soli,quia esset contra Ius Diuinum,In ore duorũ &c.Rom. not.cccl vi.tu scis. Et facit supra casus.lxxiiii.Fely.in.c.cũ olim. x.col.de re iud.& in.c.sicut.de sent.excommun. Notant quidam Moderni Hisp.in.§.item si quis postulante.de.action.Instit.col. xii.in principio.numero.xxiii.in not.q.Sed(pace eorum) non uidetur uerum,tum ob dicta in præcedenti casu.lxxiiii. cum scilicet Princeps uellet ex certa scientia,tum ob tex.in. c. Nobilissimus.xcvii.distinct.nisi dicas, ꝙ id est ibi per uiam Legis. Quo casu magis licet secundum ea,quæ supra dicta sunt,casu.lxxiiii. post Deci.& Abbat.in dicto.c.i.de probat.in notab.Tum etiam quia testibus singularibus uidetur, ꝙ Iudex possit fidem adhibere,si inducatur ad credulitatem,ut not.tradit Deci.(licet in testibus singularibus loquatur) non in uno tantum,consil. clxiii. in causa.col.i.in fine.post Paul.de Castro.Ioã. Bapt. de Sancto Seuerino. & Socyn. consilium ubi ibi. nisi replices tantum esse mille testes singulares,quantum unus,ut not.tradit Bal. in.l. Iurisiurandi.C.de testib.Deci.consi.cxxxiii.iii.col.in princip. uiso processu.Immo ꝙ singularitas operatur, ut minus credatur eis, ꝗ uni.Et per eundem consil.clxxxix.lætatus sum. col. iiii.ad fin.

&.cccx.ad finem.&.clix.penult.col. Sed idem Deci.aliás consil. cccclxiii.in causa.col.fin.dixit,in not.casu,Reuerendissimo Cardinali,de Puccis,ac Magnifico Domino Iacobo Saluiato, Viris summa fide,& integritate,fidem se adhibuisse. Sed ꝙ rigor Iudiciorum id non patitur,tamé non loquitur de Autoritate Principis. Vnde per supra dicta crederem,ꝙ ex certa scientia, & plenitudine potestatis, Princeps posset, ut supra, præcipue iunctis his,quæ dixi supra præcedéti.q.cx.casu.xliii. ubi diximus Principem ex sola conscientia iudicare &c. Et in Terminis, Principem posse statuere,ꝙ uni testi plene credatur in præiudicium alterius,in certis tamen causis non generaliter,tenet Ias.in.l.admonendi.in.ii.repet.col. lxxvii.numer.clviii.ff.de Iureiurando.post Abb.& Innoc.in.c.nuper.de testib.& alibi.Sed dici potest, ut supra dixi loqui,cum per uiam Legis id facit, uel Statuti, nos loquimur cum per uiam rescripti,in casu particulari. Sed nouissime.D.Deci.(licet nõ ita ut supra per nos)in.c.ueniens. col.fin. de testibus.extra,contra Rom.tenet,& arguit, Principem posse facere,ꝙ stetur dicto unius.Et ꝙ tale priuilegium etiam ualeret contra Modernos ibi,respondendo ad contraria.Vnde dicẽdum uidetur,ut supra,& cogitandum.Rom.tamen in dicto. not. ccclvi.tu scis.ad finem,dicit,ꝙ Communitas tamen nõ recognoscẽs Superiorem,potest statuere,ut Testimonio solius Episcopi, uel Marchionis,quelibet causa decidi possit,prędictis non obstant. supra primo relatis,per tex.singul. secundum unum intellectum Innocẽ.in.c.quicunꝙ.xi.q.i.De quo scribit Ant.Sicul. in Tract. de Potest.Reg.q.lxxxviii.ad medium,licet corrupte citet Rom. in dicto not.alio scilicet,numer.cclxv. Aliás Hyppol. in consilio xxxiii.in causa.consuluit per multa,ꝙ Princeps nõ potest facere ꝙ stetur dicto partis,in præiudicium alterius partis,in notab.q. Statuti Bonon. ꝙ probetur Furtum iuramento damnum passi non ualeat,& quæ supra casu.lxxiiii.

LXXVII. nõ ualeret rescriptum,quo aliquem priuilegiaret,ut non teneatur uenire ad eum, aut esset exemptus á sua Curia,cum sibi subesset,argumento eius ꝙ in Papa habetur idem, ut notat Io.Andr.& Abb.in.c.cum instantia.ii. col. de censibus. & dixi supra.q.xxxv.numero.v.declarando ut ibidem, nume.xii. quia quó ad tẽporalia,non uidetur uerum, ut ibi dixi,post Fely. in.c.cum nõ liceat.ad fi.de præscript.& uide supra.q.l.nu.xxxii. ante fin.q.& quæ infra casu.c.

LXXVIII. Princeps non potest facere,ut facta habeantur

pro

pro infectis. Abb. in. c. cum te. col. ii. de re iudi. ubi dicit, ꝙ Papa non poteſt tollere infamiam facti. per. l. in Bella. §. factæ. ff. de Captiuis, & poſtliminio. facit text. not. in. c. ſi Paulus. xxii. q. v. ubi Hieron. Audacter dicam, cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare Virginem non poteſt, poſt ruinam &c. Iaſ. in. l. i. §. ſi uir. ff. de acquir. poſſeſſ. ii. col. quia implicaret contradictionem. poſt Doct. glo. & Diuum Thom. etiam. uide tex not. in. l. Imperialis. §. præſenti. C. de Nupt. ibi. Nam omni macula penitus direpta.

LXXIX. non poteſt animos hominum mutare, nec uoluntates, licet bene manus comprimere. tex. notab. in. c. ſicut. in fine. xlvii. diſtinct. Facit. l. cum proponas. ad finem. C. de hæred. Inſti.

LXXX. multa quæ etiam Papæ non ſunt permiſſa, ſed prohibita, de quibus late, & ordinate, ultra. xxx. caſus, per. D. Ioã. de Seluagalli, in Tractatu, de Beneficio. iii. parte. q. viii. colum. ii. & ſeq. Proportionabiliter quędam in Temporalibus aptari poſſent ad Imperatorem, quæ, quia de facili uideri poſſunt in Fonte, (ne ex Libro, Librum facerem) omitto eó Diligentem Lectorem, remittendo.

LXXXI. Princeps nõ poteſt etiam de plenitudine poteſtatis, contrauenire contractui proprio. Paul. de Caſtro in. l. digna uox. C. de. ll. Calcan. conſilio. li. licet, col. penult. Illa not. ratione quia nullus uellet contrahere cum Principe, & ſic hominum conſortio priuaretur, quod eſt ualde graue. l. hi qui. C. de apoſtat. Rom. Bal. & alii, ubi Deci. qui etiam deducit rationem ob utilitatem priuatorum. in. c. i. de probat. i. not. & in. c. i. de conſtitu. ii. lectura, numero. xii. De quo dixi in. q. lv. ſupra. ubi uidẽdum eſt. & infra. q. cxiiii. Et cum Paul. in dicta. l. digna uox. poſt Bal. etiã Deci. conſil. dxxviii. pro reſolutione. col. ii. ante medium. & conſi. dc. col. i. & conſilio. ccccx. in cauſa. col. penult. &. dlxxx. queritur an petitio. col. i. poſt Bal. etiam & Rom. ubi ibi. in not. q. Ciuitatis Senarum, quæ non recognoſcit Superiorem, ut ex contractu cum Subdito obligetur, & conuenire nõ poſſit, conuentionibus ab ea, cum Hębreis firmatis. Immo ꝙ cum Princeps reuocat etiã motu proprio, ꝙ obſeruare tenetur, fingitur circumuentus, adeó ꝙ contrarium probari non poteſt. Notat Bald. conſilio. cclxxix. pridie. col. x. libro. iii. per bonum tex. in. l. prędia. C. de locat. prædiorum ciuil. lib. xi. Facit. c. cum olim. de re iudic. Deci. tradit dicto conſil. dlxxx. col. ii. & in not. q. conſil. cclxxxvi. col. fin. poſt Paul. Rom. Alex. & in conſil. cclxxxii. col. ii. & ſeq. Rot. in not. q. reſeruationis. contra primam deciſ. dccclviii. Dominus Papa. col.

vi.post medium.in antiquis.facit.c.ex parte.i.de offic. Delegat. ibi quoniam.& Deci.ut supra.post Bal.cons.dlxxxviii. uiso.col. fi.in not.q.priuilegii.contra priuilegium de testando de feudis.

LXXXII. non ualet rescriptum, uel priuilegium, quo permitteretur in alienis locis, & terris, perquirere Thesauros,l.i.C. de Thesaur.libro.x. Et si supplicatum fuerit id, & scrutatus in alieno loco inuenerit, totum reddit Domino loci, & ut Temerator Legis, punitur, ut in dicta.l.unica. Romæ autem in Camera Apostolica, uidi passim hæc priuilegia concedi, & a Pontifice.

LXXXIII. Princeps non potest ferre sententiam diffinitiuam, sine citatione, & parte non audita.l.fin.ubi Bald. C.de.ll. c.i.de caus.poss.Rom.not.dclxiiii.tu scis. Anto.Sicul.notab.ccxxv.Princeps.c.indicas.iii.q.ix.ubi bonus tex.& quæ supra casu lxxiiii.Ias.in.l.Gallus.in principio.col.iii.ad finem.ff.de liber.& posthum.Deci.consil.cccc.x.col.ii.&.dxliiii.col.iii. post Bald. Ang.Abb.& tex.in dicta.l.fin.& in Clem.pastoralis.§.cæterum.de re iud.(de quo dixi, quid de plenitudine potestatis)supra q. præcedenti, casu.ccxxix.ubi uidendum,& late congerit loca, addi tio ad Rom.not.dclxiiii.tu scis.Fallit in notorio, quia sup eo sententia Principis non requirit citationem.glo.singul.in.c.cum olim.de re iud.secundum Rom.not.dcclxviii.communis.facit.c.ad nostram.iii.de Iureiurando. Quod saltem uidetur habere locum, cum notorium inficiari non potest, ut tradit Abb. in dicto c.ad nostram.col.ii.Et scribit Deci.consil.dxliiii.Serenissimus. col.i.ad finem.c.quanto.in principio. de transl. Prælato.& ibi Abb.q in notorio citatio nō requiritur. Alias tamē tradit Deci. consilio.ccccl xxiii.col.penult.ad finem, q in declaratione notorii, pars debet citari.post Aret.ubi ibi.& idem Deci.etiam post Alex.consil.dxliiii.col.penult. supra allegato, quod uidetur uerum ante declarationem,post uero non, ut supra. Item fallit, nisi ferat Princeps sententiam contra illos, qui existentes Rebelles Ecclesiæ uel Imperio, retinerent eorum Terras, uel Castra, quia tunc posset, etiam absq; citatione.singul.dictum Ioā.Andr.in.c. cum olim.de re iud.in nouell. Bal. facit festum secundum Rom. notab.dclxiiii.tu scis.ad finem.Quod dictum suadetur etiam ex præcedenti.Item fallit quando uellet cassare,& pronunciare cōtra statuta facta cōtra Ecclesiam, & Ius Diuinum, quia nec tunc citatio requiritur.sing.d.Archy.pro perpetuo not.ubi per Rom. not.dclxviii.seculares.post Bal.& dixi late in.d.l.fin.C. de.ll. & in.l.de unoquoq;.ff.de re iud.ubi uidendum post Moder.

LXXXIII

LXXXIIII. non ualet Principis rescriptum, impetratum super mutatione pœnæ, ampliando, uel minuendo, post sententiã damnati, nec ei creditur, nisi dicat nõ obstante tali. l. uel. ll. glos. not. in l. Acta. §. i. ff. de re iudic. cum qua Bar. ibi uidetur transire, sed alii uidentur impugnare, per. l. ii. C. de precib. Imper. offer. & l. rescripta. C. eod. in fine, ut per Andr. Sicul. in addit. ad Bart. in dicto. §. i. ubi uidendum. Et de dicto. §. i. dixi supra. q. præcedẽti, casu. ccxcvi.

LXXXV. nõ ualet rescriptum, quo uiolaret Legem factã, qua statuerentur quædam possessiones, ex quibus Militibus custodientibus Limina Imperii, deferebantur frumenta. l. i. & ibi Bar. C. de fund. limitroph. lib. xi. ubi Bar. notat, & Anto. Sicul. de illo tex. in not. in uerbo, rescriptum. Et ex d. l. i. Bar. infert ibi.

LXXXVI. non ualet rescriptum, quod impetraretur a Potentioribus existentibus in Curia Romana, quãdo infert alicui præiudicium, per dictam. l. i. C. de fund. limitroph. libro. xi. ubi Bar. post And. de Barulo, & Ant. Sicul. in dicto notab. in uerbo, rescriptum. facit. l. rescripta. C. de precib. Imp. offerend. & supra casu. v.

LXXXVII. non ualet rescriptum, q quis non syndicetur. Mart. Laud. in Tractat. de priuilegio, & rescript. not. xxxvii. non ualet. per. l. i. C. ut omnes, tam Cur. ibi, diuinæ uocis copia. Immo dicit illum text. etiam probare, q nec potest minui Tempus. L. dicitur, ad id constitutor, ut ante scilicet, discedere Iudex possit de locis, quæ rexit. Sed tñ hodie communiter statuta sunt tempora particularibus Statutis locorum aliter, quæ pariter minui rescripto nõ possent, per dictum tex.

LXXXVIII. nõ ualet rescriptum, quo priuilegium daret Saracenis, uel Iudeis, in his quæ sunt uerecunda, & opprobriosa Fidei Christianæ. Mar. Laud. in Tractat. de priuileg. & rescript. not. lv. Princeps, per tex. & glos. in clem i. de testib.

LXXXIX. Imperator non potest tollere ea, quæ sunt Iuris Naturalis. tex. ad literam dicit, in Clem. pastoralis. §. cæterũ. de re iud. facit. §. penult. Institut. de Iure natur. l. eas. ff. de capit. diminut. l. Ius ciuile. cum glos. ff. de Iust. & Iure. Quæ id uerum declarat in suo genere, secus in aliquibus capitulis, uel aliter, ut ibi not. per eam, & Doct. & in. d. §. penult. &. in. c. i. v. distinct. & c. fin. vi. dist. Et in §. fin. Instit. de legitt. agnat. tut. Marsil. in not. q. consil. xxxiii. Incausa. ad medium. cum uulg. quæ nota sunt, & quæ infra casu. xcii. Sic etiam licet sit Vicarius Dei in Tempo-

ralibus, & Papa, non potest dispensare contra. l. diuinam, nisi ex magna causa, Bal. in. l. i. uersi. sed dubitatur nunquid Statutum. C. de Iure Aureo. Annul. & in. l. rescripta. uers. quarto queritur. C. de precib. Imper. offer. Curt. Senior, in not. q. consil. lxiiii. col. penult. ante finem, seriosa, ex causa autem sic, ut idem consil. xx. numero. vi. post Doct. in. c. quę in ecclesiarū. de constitut.

XC. non potest tollere Ius primogenituræ alicui Princeps. Mart. Lauden. in Tractat. de primogenitura. vii. pagina. in fine, scilicet sine cā. per tex. & Bal. in. c. i. de nat. feud. Sed ista quęstio depēdet à dictis supra in. q. xcviii. & q. cx. casu. xvi. Et specialiter in primogenitura late examinat Io. Lecirier, in eodem Tractat. de primogen. vii. q. iii. libri. viii. Vol. Tract. per. iiii. col. & ultra.

XCI. nō ualet rescriptum Principis, quo remitteret pœnam Defensori Ciuitatis, uel loci Administratori, qui sollicitus non fuerit in requirendo, & reuocando Seruum, uel Mancipium loci fugitiuum, pœna enim talis est, ut ad duo similia Mancipia teneatur negligens officialis. tex. est notab. & ibi Bal. notat in. l. Mancipia. in fine. C. de seruis fugit.

XCII. Princeps non potest prohibere Venationes. singul. decisio Anto. de Butr. Hosty. & Io. in. c. non est. de Decim. extra. col. i. Deci. in not. q. consilio. cxcvii. in casu. col. i. post Guid. pap. ubi ibi. & l. iniuriarū. §. si. ff. de Iniur. Et ea uidetur ratio, quoniā uenandi Ius, de Iure Gentium uidetur, ut supra late diximus. q. præcedēti, casu. cccxi. Et ideo Veritas huius decis. pendet a casu supra. lxxxix. in hac. q. & supra. q. xcviii. et. q. cx. casu. xvi. An scilicet, & quando Princeps tollere possit ea, quæ sunt de Iure Gentium, (quod Ius Naturale dicitur. §. singulorum. & §. uenditę. Institut. de rerum diuis.)

XCIII. Imperator non potest sibi Consortem in Imperio eligere, etiam nec de plenitudine potestatis, ut not. Cardi. Alen. in. c. nunc autem. xxi. distinct. col. v. dixi supra. q. cvi. & in hac. q. casu. lxxiii. limitando nisi Papa id permitteret.

XCIIII. non potest se intromittere in Electione Papæ, de quo supra. q. xcix.

XCV. non habet Ius conferendi Beneficia Ecclesiastica, de quo supra. q. c.

XCVI. nō potest in Clericos aliquam potestatem exercere, de quo supra late. q. ci.

XCVII. non potest legitimare in Terris Ecclesiæ. de quo supra. q. cii. dic ut ibi.

XCVIII. nõ alienatur prędium Dominicum, uel Templorum, etiam cum Beneficio Principis cum pacto, ne Canon soluatur. tex. est in. l. final. C. de fund. patrimo. i. Et clare in. l. fin. C. de fund. rei priu. lib. xi. Et per glo. in. l. cõperit. C. de præscript. xxx. ann. nisi tale Beneficium sit confirmatum spacio. xl. annorum. ut dictis. ll. not. & Bar. not. in. d. l. fin. C. de fund. patr. ad fin. declarando not. ut ibi per eum & alios, post glos. notab. quæ adde ad q. præced. supra casu. cccxxiiii. & in hac q. casu. xlix.

XCIX. non ualet. l. nec constitutio, aut decretum, quo Princeps caueret á Baronibus suis posse deponi, uel puniri, aut á Populo, ut late probat, & q. nec etiam consuetudo in contrarium, Episcopus Zamoreñ. in Libello suo, De Origine Principatus, ii. parte. char. lxxv. & seq. per multas rationes precipue, quia tale decretum faceret Barones, & Subditos promptiores ad seditiones, & ad insurgendum contra eum. Item inuitaret ad delinquẽdum. Item quia Regnum est Ius publicum. Itẽ quia esset usurpatio, non consuetudo. Item minor maiorem iudicaret. Item onerosum esset Reipubl. impeditiuum obediẽtiæ. Item esset subdere priuatis principatum, quod maius est Imperio. l. digna. C. de. ll. Et quia Papa debet priuare, & deponere, ut supra. q. lxxxi. Et ille d. loco respondet etiã late quibusdam contrariis, precipue limitat Philosoph. iii. Polit. Et precipue quando Rex esset talis, quẽ ipsi Populi eligerent principaliter á seipsis, ut sunt Veneti, & Ianuenses, qui eligunt sibi Ducem, quia tunc si contra Rempublicam delinquerent, Communitas bene ordinata, posset deponere eum, secus de Rege, qui naturaliter regnat. post. Alb. & Viridarium, in cõcl. super polit. iii. polit. xi. q. i. Et supra tetigi. q. lxxxiii.

C. non ualet priuilegium. l. aut consuetudo, q. Princeps aliquis, etiam non recognoscens aliás Superiorem, non possit a Romano Pont. puniri, & deponi, ut supra dixi late. q. l. ad finẽ. & q. lxxxi. & quę supra casu. lxxvii.

CI. non ualet priuilegium contra Principem, siue Rempub. sed est ipso iure nullum. l. iubemus. la. f. ubi Bald. & Doct. not. C. de sacrosanct. eccles. Et ille in. d. lib. de origine princip. in not. q. præcedenti char. lxxx. col. ii. in princip. & quæ supra per dictam l. casu. xxii. & xcix.

CII. non ualet gratia facta de aliquo excessu, uel delicto, si specialiter. l. prohibeat Indulgentiam concedi. Signo. cons. cliiii. in. q. col. ii. facit. l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. Ideo C. aute la inoleuit, ut dicatur non obstant. &c. ut infra proxime dicam, als

non ualeret, ut supra dixi præced. q. casu. clxxii.

C I I I. non ualeret forte, si continentiam causæ diuideret. l. nulli. C. de iudic.

C I I I I. Princeps non potest supplere consensum, ubi nõ est. Io. Andr. & Abb. in. c. per uenerabilem, qui filii sint legit. ubi dicunt, quod Papa non potest inducere Matrimonium, ubi deest consensus, quia est de Iure Naturali. Et notat Episcopus Sarnens. in Commentar. Regul. Cancell. in Compendio, utriusque signaturæ, numero. lxxii. Facit supra casus. xvi.

C V. nõ ualerent forte gratiæ, priuilegia, uel cõcessiones, factæ, uel facta in Conclaui per eligendum, in Imp. promouendũ, etiam si iurata essent, prout aľs in simili. In Papa plures Doct. tenuerunt, ut Anton. de Butr. in. c. i. de constit. Andr. Sicul. in. c. in pręsentia. xxiiii. col. de probat. Et in. c. i. ii. col. de iuramento calum. Tangit Episcopus Gomes. in. d. Commentar. in Regula, de impetr. Benef. uac. per obitum famil. Cardin. q. xv. numero. viii. licet dicat plura super id dici posse, ob ea, quę scribunt Moderni in Tractat. de iuramento, & Deci. cons. cl.

¶ Notandum tamen est in prędictis Casibus unum, ac menti tenendum regulariter, scilicet, quod licet in eis, & similibus (si qui reperiantur) Imperator ligauerit sibi manus, & rescripta impetrari prohibeat, & impetrata uacuet, & reiiciat. Tamen si uult tollere, uel uenire contra aliquam. l. prohibẽtem iure positiuo, ut supra, Consilium, & Remedium est, ut in casu prohibito per. l. dicat nõ obstante tali. l. & tunc tenebit cõcessio, & gratia, ut per Bar. not. in. l. i. C. de petit. bon. sublat. libro. x. post gl. ibi, quod pro singul. notandum pro Cautela tradit Veroneñ. Cautela. lvi. incipiente, Et est Cautela pulchra, & in Cautela. cxvi. nonnulli, post mediũ. & in Cautela. ccxx. supplicatur, post medium. Et ego ultra eum, addo ad hoc glo. in. §. fin. in Auct. quibus modis natur. effic. sui. in glo. magna ad medium, uersic. Quero tamen an Princeps. glo. iii. in. l. i. C. de natur. liber. glo. in. l. quominus. ff. de fluminibus. glo. not. in. §. si uero quisque. in uerbo, infime. in Aucten. ut omnes obed. Iud. & Bald. in not. dicto in fine. l. Rubric. ff. ueter. Bart. in not. q. in Auct. quas actiones. col. fin. de sacrosanct. eccl. in princ. & post glos. not. in. l. pen. C. de calumniat. in uerbo Indulgentia. Bar. in. l. uacuatis. C. de Decurion. libro. x. glos. not. & ibi Corn. & Rom. in. l. si non speciali. C. de testam. in glo. i. glos. magna. ad finem. in. l. fi. C. si contra ius, uel util. public. & ibi Scribentes. gl. in. l. Diuus. §. licet. ff. de iure codic. c. pen. cum gl. de cap. monac.

glo.not.in.l.omnis.C.de Aquæductu.lib.x.in uerbo, per usurpationem.celebris secundum Bart.ibi.& Anton.Sicul.in notab. in uerbo,rescriptum.glos.in.§.& siquidem.in Auchen. de testam. imperfe.in uerbo expressum.glos.in.l.Acta.§.i.ff. de re iudic.Et per Bar.in extrauag.ad reprimēdum.in uerbo, non obstantibus. Vbi tamen nec aliquis alius alibi,hanc glosarum obseruationem (quod uiderimus)hactenus in hac cōclusione fecit, & ita in Practica seruatur. Aliàs autem,an clausula non obstante,generaliter prolata,tollat clausulam derogatoriam, ultra Scribētes in locis uulg.nouissime,late scribit Dominus Deci.consil.clxviii.uiso tenore.Et ibi precipue,an clausula etiam si talia sint,de quibus debeat fieri mentio specialis,sit sufficiens ad ea, quæ specialiter requirunt derogationem.& in consil.clxviii.Reuerende Pater.iii. col.post mediū.& cons.ccclxxiii.uiso cons.ad fin.& cons.cccxcii. querit,ante fi.Cassad.sup Reg.Cancel.decis.x. Et pdictis adde ēt,ꝙ qñ lex nō solū prohiberet impetrari rescriptū,sed ēt prohibet Iudices admittere,uel aliter iudicare,Cautela est, ꝙ non solum dicatur nō obstante &c.ut supra,sed etiam,mandantes Iudicibus ꝙ debeant admittere,aliàs non sufficeret.text. not. sing.in l.fi.C.de canon.fru.lib.xi. Anto.Sicul.in not.in uerbo rescriptū, Cassad.d.loco,de quo dixi in.§.minus.ad fi.in Institut.de hæred. quæ ab intest.in scriptis iam impressis Perusiæ,considerando scilicet, ꝙ cum dicta Clausula in quolibet rescripto contra legem sit.l.rescripta.in principio.C.de precib.Imper.offe. ergo semper d.Cautela erit opus.

CENTESIMA DVODECIMA QVAESTIO.

1 *Quibus Cibis,seu Epulis,uesci debet Imperator.*

2 *Bestiæ sunt creatæ.vi.die,& cum eis orta edendi potestas.*

3 *Princeps suo Tempore vesci debet ad reficiendum,non ad Luxuriam. & Beata Terra,si eius Rex est Nobilis.*

4 *Delitiæ exquisitæ,& affectatæ sordes,Laudem non pariunt,*

5 *Salomon Sapientior omnibus,quo Cibo vteretur,& Delitijs. Suppellex ei. Idem Vasorum:ibidem.*

9 *Thronus Salomonis qualis fuerit.*

7 *Turcarum Principis hodie Cibus quolibet die.*

CENTESIMO DVODECIMO Quero, † quibus Cibis,seu Epulis,uesci debet Imperator. Hieronymus

in Micheã,not.dicebat,Ecclesię Principes,qui delitiis affluunt, & inter Epulas,atq; Lasciuias,Pudicitiã seruare se credunt Propheticus sermo describit,q; eiiciẽdi sunt de Spaciosis Domibus, Lautisq; Conuiuiis,& multo labore Epulis conquisitis. Registratur in.c.Ecclesiæ Principes.xxxv. distinct. Et licet ibi glos. Principes,id est Prælati exponat,tamen ratio,& tex. generaliter loqui uidetur,& Imperator etiam Princeps Ecclesiæ in Temporalibus dicitur,ut late supra uidimus.ii.q. & tex. in.c. duo sunt. xcvi.distinct.cum similib.Et notanter aliâs Diuus Ambrosius, in Sermone,de Ieiunio,registratus in.c.sexto. xxxv. distinct.di-
2 cebat, † Sexto die Bestiæ sunt creatæ,& cũ Bestiis,orta est edẽdi potestas,& usus Escarum ubi cibus cœpit, ibi finis factus est Mundi,& declaratum est,q; per cibos, Mundus haberet minui, per quos desiit augeri,& culpa p cibum,latebra post cibũ. Itaq; Gula à Paradiso regnantem expulit, Abstinentia ad Paradisum reuocauit Errantem. Et late contra Abundantiam,delitiasq; ciborum,& de eorum pernicie,in.c.nihil enim.&.c.ne tales.de cõsecrat.distin.v.Etiam Autoritate Hipochratis Doctissimi Viri, Galeni,necnon Horatii dicentis.

Sperne uoluptates,nocet empta dolore uoluptas.
Et alibi.
Me pinguem,& nitidum,bene curata cute uises,
Cum redire uoles Epicuri de Grege Porcum.

3 Vnde dicebat aliâs Sapiens Ecclesiastes.x.cap.ante fin. † Beata Terra,cuius Rex est Nobilis,& cuius Principes uescuntur in tẽpore suo,ad reficiendum,& non ad Luxuriam. Et Ecclesiastic. cap.xxxi.B. &.C.Ne comprimaris in Cõuiuio uino,utere quasi homo frugi his,quæ tibi apponuntur, ut non cum multum manducas,multum odio habearis,& quàm sufficiens est homini erudito uinum exiguum,& ibidem post.Sanitas est animæ, & corpori,sobrius potus.& cap.xxxii. in fine,In multis Escis, erit infirmitas,& auiditas appropinquabit usq; ad coleram,propter crapulam multi obierunt.Qui autem abstinens est,adiiciet uitam.
4 † Resoluendo dici potest,q; nec affectatæ sordes, nec exquisitæ delitiæ,Laudes pariunt.Sic dicente Beato Hieronymo,relato in c.i.xli.distinct.quod tam de uestibus,q̃ de cibis, intelligendum, ibi declaratur,&.c.seq.post August.in Libro,De Doctrina Christiana,refertur,secundum metas consuetudinis bonorum uiuentium.& in cibis non usum rerum,sed Libidinem in culpa esse, & q; locis,& temporibus,& personis conueniat, diligenter aduertendum

tendum esse, quia fieri potest, ut sine aliquo uitio Cupidinis, uel uoracitatis, preciosissimo cibo Sapiens utatur, Insipiens autem, fedissima Gulæ flamma, in uilissimum plus ardescat. Subdens, non enim propterea continentiores nobis sunt pleræq; Bestiæ, quia uilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum Natura, quibus utimur, sed ex causa utendi, & modo appetendi, uel probandum uel improbādum est, quod facimus. Ideo Augustinus super Epistola Ioannis dicebat, Delitiæ quælibet, si absq; desiderio percipiantur, non officiunt. Et idem in Libro de uerbis Domini notanter scribit, Nō cogantur diuites, pauperum cibis uesci, utantur cōsuetudine infirmitatis suæ, sed doleant aliter se non posse sustentare, si consuetudinem mutant ægrotant, utantur superfluis, dent inopibus
5 necessaria, utantur preciosis, dent pauperibus uilia. Registratur in. c. delitię. & c. seq. eadem. xli. distinct. † Et de Salomone, qui Sapientior cunctis hominibus regnauit, super omnem Israel, legitur, q; Cibus eius erat per singulos dies, triginta Chori similę, & sexaginta Chori farinæ, decem Boues pingues, & uiginti Boues pascuales, & centum Arietes, excepta Venatione Ceruorum, Caprearum, atq; Bubulorum, & Auium altilium, ut scribitur. iii. Regum cap. iiii. C. Immo & omnia Vasa, de quibus potabat Rex Solomon, erant Aurea, & uniuersa Supellex Domus, saltus Libani de Auro purissimo, non erat Argentum, nec alicuius precii
6 putabatur in Diebus eius, ut legitur. iii. Regum cap. x. D. † Et ibi ante, de Trono suo excelso, ex Ebore facto, & de Auro, super gradibus, & singulari fama eius, & bonus tex. in. l. iii. §. fina. ff. de supell. leg. ibi, propter usum Imperatorum, in Argēto &c. Quam Supellectilem, quasq; Impensas Ciborum, hodie nō habet Papa,
7 nec Imperator simul, nec Rex (ut credo.) † Turcarū uero præsentis Imperatoris, seu Regis, (cum in Ciuitate Cōstātinopoli est, solitus Cibus Curiæ eius, est quolibet die quadraginta Verueces, quatuor Boues, ultra Venationes, Aues, & Altilia, ut legi in quodam Libello cuiusdam Theodori Spandorini Constantinopolitani, cap. xvi. qui in lingua nostra materna, scribit de origine, uita, & moribus ipsorum eleganter, multum, & ordinate, ut legi in eo, quē penes me habeo, & cōseruo manu scriptū, & habui a bon. meo Reuerēdo Gregorio Magalotio Romano, Epō Clusino, Bononiæ, dum ibi (me legente, ordinariū de sero) erat Gubernator Iustissimus, & Integerrimus.

CENTESIMA DECIMATERTIA QVAESTIO.

An Papa Imperatorem iuuare teneatur, & é contra, & quando.

CENTESIMO DECIMOTERTIO Quero, an Papa Imperatorem, uel é contra, iuuare teneatur. Ioan. Vgo in dicto libro, Quadruuii Ecclesiæ. char. xxxv. col. ii. §. sunt autem generaliter. dicit, ꝗ Principes, Comites, & alii Nobiles, sustentandi sunt ab Ecclesia, inquantum protegunt eam, cúm in Ecclesia propriis stipendiis, nemo cogatur militare, extra de præbendis. c. cum secundum. facit. c. Tributum. xxiii. q. viii. cum glo. Et etiam cum ad inopiam uergunt, per. c. nobis. de Iure patron. c. cum in officiis. de testam. & gl. in. c. pie. xvi. q. vii. & specialiter ex his, quæ supra late scripta sunt, generaliter & adducta. q. vi. quales esse debent partes Imperatoris. & in. q. xxxvi. de iuramẽto, quod Papæ, & Ecclesiæ præstat. Et quia est Aduocatus, & Defensor, ac Procurator Ecclesiæ, ut in Clem. unica. de Iureiurand. per totam, cum concord. & simil. supra sępe suo loco citatis. Constat Imperatorem, Ecclesiam, & Papam, teneri iuuare, ubi opus est, & identitate rationis, é contra, Papam, ipsum Imperatorem, etiam naturali ratione, ut Regulis Iur. uulg. quæ notę sunt, & in terminis ꝗ alter alterum iuuare teneatur, tenet Abb. in. c. nouit. in principio. de iudic. allegando Innoc. in. c. licet ex suscepto. de foro compet. & refert, & tenet. D. Deci. in. d. c. nouit. i. col. ii. not. post Abb. etiam in. c. i. col. final. de offic. Ordin. Declarat tamen Deci. dicto loco, not. id uerum, quando quis ex seipso facere non potest, quia tunc in subsidium, ad alterum recurritur. per. c. ii. de Cleric. excom. min. in fine. & Oldrad. Bal. Petr. de Anchar. Paul. de Castro. Ant. de But. & Hostiens. plene, ubi ibi notanter. & in c. cum non ab homine. ii. colũ. ad finem. vii. not. eodem titulo, de Iudiciis. bonus. t. in. c. Principes. xxiii. q. v. Principes Sœculi, nõ nunq̃ intra Ecclesiam, potestatis Culmina tenent, ut per eandem disciplinam Ecclesiam muniant, & citat Bald. in. c. cum olim. de rescript. Et scribit Gurgens. in. d. suo Libello, de Coronatione, alterum alteri opem ferre, ubi necesse est. char. xix. ii. col. sub. §. in hac. post Io. Andr. & Bal. & d. c. principes. quem corrupte citat. xviii. q. v. & est. xxiii. q. v. & bonus tex. in. c. dicat aliquis. eadẽ causa. & q. in fine. Ibi sicut Principibus, & potestatibus, fidem, & reuerentiam, exhibere cogimur, ita Sœcularium Dignitatum Administratoribus, defendẽdarum Ecclesiarum, necessitates incumbit. Quod si facere contempserint, á communione sunt repellendi.

lendi. Et quando Papa, Imperatorem, uel é contra, iuuare teneretur ex promissione, uel Cófœderatione, uel aliter, non tenetur, nisi requisitus. ita not. tradit Bal. post illum tex. pro menti tenendo ad Ligas Terrarum, in titulo, de noua forma fidelit. colū. ii. in uerbo, requisitus.

CENTESIMA DECIMAQVARTA QVAESTIO.

1 *An Imperator possit tollere, vel reuocare factum, gratiam, vel priuilegium prædecessoris sui, & quando per totam: & supra. q. lv.*

3 *Officio vno concesso alicui ad vitam suam, mortuo Imperatore concedente, an Successor concedat alteri dictum officium.*

4 *Imperator, vel alius non administrat futura, sed præsentia tantum.*

5 *Concessio Cameræ est inuiolabilis.*

6 *Camera Imperatoris.*

7 *Camera Apostolica, & Camerarius.*

8 *Camera quid sit.*

9 *Camerarius. S. R. E. hodie est Reuerendissimus, & Illustrissimus. D. D. Guido Ascanius Sfor, Cardinalis Sanctæ Floræ Dignissimus. D. meus obseruandissimus.*

Pax facta ab Imperatore, an sit perpetua, ibidem, in fine.

10 *Priuilegium quando possit reuocari. & seq. & num. 20.*

14 *Dispensatio an possit reuocari.*

15 *Decretum Antecessoris, an reuocetur.*

16 *Vicarius perpetuus, an reuocetur.*

17 *Priuilegium legitimandi, an reuocari possit.*

18 *Successor de honestate, debet seruare factum Prædecessoris.*

19 *Successor, pœna, vel contractu irrationabili, non ligatur.*

CENTESIMO DECIMOQVARTO Quero, † an Imperator, Imperatoris Prædecessoris factum, gratiam, uel priuilegium, tollere, uel reuocare possit? Et quidem hęc quæstio, considerata illa regula uniuersali, quæ est, par in parem non habet Imperium. l. iiii. ff. de arbitr. c. Inferior. cum seq. xxi. distinct. c. fin. de præsumpt. in. vi. Bar. not. in. l. fin. ff. de rerum diuision. Clem. ne Romana. in principio. de elect. Et illa, Papa Papam ligare nō potest. c. fi. cum gl. de rescript. in. vi. &. c. innotuit.

de elect.extra,glo.fin.in.c.fi.de ſent.excom.in.vi.Difficultatem habere non uidetur,ſcilicet q̄ poſſit tollere, & reuocare. Et quia poteſt proprium factum,etiam ac priuilegium,reuocare, de quo dicendum eſt,in hoc de proprio,ut ſupra.q.lv. In facto autē Anteceſſoris,Bal.q̄ ſic,in.l.qui ſe patris.penult.col.C.unde lib.Sed pro reſolutione recurrēdum eſt ad illud, An Succeſſor teneatur ſeruare factum Prędeceſſoris? de quo,loca ſunt uulgaria, Et per Bal.in conſil cclxxvi.Rex Rom.iii.libro.in dubio , utrum quod legitime Prędeceſſor fecit,Succeſſor poſſit reuocare. Abb.in ſua iii.q.princip.v.dubio.glo.& Doct.in.c.fin.ne prælat.Et per Ioā. Andr.& Dyn.in Regula,ratihabitio.in.vi. Et per Bald.q̄ non,in titulo,de pac.conſtant.in uerbo,amplius,ſeu in uerbo,Succeſſorum.In præiudicium ſcilicet,ſuorum Succeſſorum,Regalia concedere nō poſſe. Et illud precipuum eſt , q̄ ubi obligatio eſt facta, ſeu contracta nomine Dignitatis , Succeſſor etiam ligatur. Abb.in.c.i.de probat.& ibi Deci.ii.not. Vnde poſt Bal.in ſpecie infert,q̄ pacta facta inter Imperatorem Federicum,& Ciuitates Lombardiæ, debent per Succeſſores in Imperio obſeruari. poſt Bal.& Oldrad.etiam ubi ibi late. Et quando Dignitas cenſeatur conſiderata,nō perſona tantum,uidenda ſunt not.per Doct.in.c. quoniam Abbas.de offi.Delegat.Et Rota in not.q. de locatione per Prælatum,in ſimili deciſ.ccxxxii.ſi prælatus.in nouis. & per
2 Doct.in.c.i. de ſolut.& deciſ.ccclxxvii.ex hoc,in eiſdem. † Et in hac materia conſiderandum eſt,an quod fecit Princeps prędeceſſor,fuerit reale,uel perſonale. An ſit contra ſtatum, & utilitatem Imperii legitime,uel ne. Abb.conſilio. xli,lib.i.col.i.in fine, in not.q.q̄ Papa reuocat geſta prædeceſſoris,ubi eſt iuſta cauſa, etiam in alienatione bon.Eccleſ.poſt tex.& Doct.bonus tex.in.l. quāmuis.cum gloſ.ff.de rebus eorum.c.ii.de precar. An ſit conceſſum non Subdito,uel ſic. An precium interueniat , uel ne. An ſit conuentio,uel ne. Et ſeptem not.declarationes , in quibus reuocatur factum prædeceſſoris per Felyn.magiſtraliter.in dicto c.i.de probat.ii.col.& ſeq.ubi uidendum omnino, ne alienis ordinatis ſcriptis,noſtra impleamus, ſubdens col.iiii.in principio, Hæc bene nota,ad infringendas promiſſiones factas per Principes,in principio creationū ſuarū &c.quia ſi ſunt pręiudiciales, non tenētur obſeruare.et q̄ ita alias diffuſe conſuluit, quæ dicta locum uidentur habere identitate rationis in ſucceſſore,niſi alia ratio obſtet. Et cum eo ſimpliciter tranſit Rota,in deciſ.Neapol. in not.q.cccxcii.Rex,col.iiii. Et per Abb.not.an Succeſſor Pręlatus

latus teneatur stare contractui Prædecessoris, & respectu contractus, & respectu solutionis anticipatę, not. & late, in.q. sua in
3 cip. Sempronius Clericus, v.q. † Et si Imperator concessit unũ officium alicui ad uitam eius, cui conceditur, mortuo tali Imperatore, an Successor concedat alteri dictum officiũ. Decisio Neapol.ci. Archiepiscopus arguit. Primo, ꝙ nõ, quia de Iure, gratia, seu contractus, nõ expirat per mortem concessoris, in not.q. Archiepiscopi Salernitani. Tandẽ cõcludit post Bal. ubi ibi, ꝙ Successor potest reuocare priuilegium prædecessoris. Et ꝙ non potest quis cõcedere futura in præiudicium Successoris, nec habet potestatem disponendi de futuro. Dicit tamen id fallere, nisi concessio ad uitam sit facta, cũ consensu Capituli, & sic Cameræ Regiæ, uel Consilii Regii, in.q. nostra, quia tunc ipsum Imperium uidetur contrahere, quod nunq̃ moritur. post Ioan. Andr. Card. Abb. & Alex. in consilio, ubi ibi. † Aliás quis non administrat
4 futura, sed pręsentia tantum, nõ post mortem, quia facultas nõ se habet in futuris. post Innoc. in.c.i. de Maior. & Obed. & Bald. in c.i. qui succes. ten. Et consumatum nõ consumandum, successor, nõ hæres, tenetur ratificare. d.c.i. qui success. ten. Rot. Neap. cxxviii. fuit. col.ii. ad finem. Er quæ supra notaui.q.cxi. casu.lxxiii. ꝙ Princeps nõ eligit Successorem. Et si prædecessor concessit priuilegium gratiæ, successor reuocare potest illam gratiam. Alb. in.l. digna uox. C. de ll. per.c. si is cui. de præbend. in.vi. Nisi priuilegium fuisset suum effectum consequutum, puta legitimasset Spurium, uel fecisset quendam Notarium, quia tunc non reuocat, nisi ex causa. Alb. in.d.l. digna. tradit Rot. Neapol. decis. cccxcii. Rex. iiii. col.ii. dubio, in not.q. cõcessionis lanternæ in mole magna Neapolis, quod uerum uidetur respectu præteriti, nõ futuri. † Concessum autem, seu factum á Camera Regia, est in
5 uiolabile, & perpetuo seruari debet, ut aliás in Camera Papæ, etiam post mortem Papæ. Deci. tradit in not.q. consilio. ccccīiii. libro.iii. in principio. post consilium. D. Hormannotii, quiá Camera d rat perpetuo, nec extinguitur etiam post mortem Papæ. post tex. & Cardin. in Clemen.ii. de elect. facit.c.i.§.i. de alienat. feud. Et text. & glos. in.c. ubi periculum. §. prouisionis. de elect. in.vi. Et idem Deci. ut supra, consilio. cccevii. iiii. colum. libro.iii. † Et de Camera Imperatoris meminit tex. in titulo, quid sit In
6 uestit. §. si uero. Et in titulo, de notis feud. in principio. † De Camera Apostolica, & Camerario Apostolico Cardinali, ꝙ idẽ
7 sit, quod Papa. tex. notab. in.c. ad audientiam. de præscript. Et id,

quod dicimus de Camera Papæ, eadem ratione uidetur dicen- dum in Camera Regis Imperatoris, ut de se patet, & ex his, quæ supra diximus. q. cx. in fi. Et quoniam pariter nec Imperium mo- ritur, sed semper durat, ut notat Bal. in Rubrica. ff. colum. iiii. in
8 principio. Et quæ supra allegantur. q. lxvii. † Et Camera, capi- tur pro ipsis Officialibus, qui habent administrationem Cameræ,
6 ut per. D. Deci. in dictis cons. † Et nunc in Camera Apostolica Romana, est Camerarius Reuerẽdissimus, & Illustrissimus Do- minus, Dominus meus obseruantissimus, Dominus GVIDO ASCAN. Sfortia, Sanctę Marię in Cosmedin Diaconus, Car dinalis de Sancta Flora. S. D. N. Paulo. III. Pontifici Opti- mo, Maximo, ex carne Nepos, Iuuenis, prudentia, literis, ac mo- ribus, singularis, & admirabilis, crescens, gratus Deo, & homini- bus, ut aliàs de Samuele legitur, in Libro Vitę. i. Reg. ii. cap. E.
10 † Et Pax facta ab Imperatore nomine Sedis, non nomine pro- prio, in perpetuum durat, quia Imperium non moritur. Bald. not. in titulo, de pace constant. in principio, in uerbo, in perpetuum.
11 col. ii. ad finẽ. † Priuilegium ergo regulariter potest reuocari, ut supra, & in. q. lv. glo. in. c. decet. de Regul. Iur. in. vi. Præsertim concessum Subdito, ut supra dixi. & Deci. late consil. cclxxxvi. in causa. colum. ii. ad finem. ubi limitat not. quando gratia, uel Capitula essent in executionem eorum, quæ promissa essent, uel nisi recepto precio. post nor. dictum Bal. in. l. qui se patris. colũ. penult. & antepenult. C. unde lib. Matt. Laudens. not. xxxiiii. pri uilegium. in Tractat. de priuileg. pro communi sententia. ꝙ pri- uilegium Prædecessorum, Princeps tollere potest, nisi sit in re- compensationem seruitii, uel per uiam conuentionis. post Nicol. Alb. & Bal. Et idem, ꝙ quãdo precio, uel ob seruitia. Rota Nea- polit. decis. cxxviii. fuit. col. final. in principio, quia scilicet, tunc transiuisset in uim contractus. post Bald. d. loco. Andr. de Isern. & Alex. cõs. Idem si Princeps habuisset aliquam donationem, uel aliud commensuratum cum re concessa, quia tunc Dolum com- mitteret, si reuocaret. Deci. not. dicto consil. cclxxxvi. col. iii. post tex. Rom. & Abb. cons. Et ibidem de priuilegio dato quibusdam Bannitis, ꝙ possint secure morari, eo ꝙ eorum opera habuerit quoddam Castrum, quod sit irreuocabile. post Bal. Innoc. Ioan.
12 And. & Alex. consilia late. † Quando est concessio per uiã con- tractus, nõ potest reuocare, etiam nec de plenitudine potestatis. Deci. cons. cli. ii. dubio. in not. q. ꝙ nec potest absoluere seipsum à iuramento quod fecit. Et quæ supra. q. cxi. casu. lxxxi. Et idem

Deci.

Deci.in dicto cosil.cclxxxvi.etiam col.fin. post Paul. de Castro, & Bal.not.in not.q.q Communitas Florentiæ, non potest contrauenire, nec reuocare Capitula concessa Castro Ripomaranci ei cōcessa in recompensationem subiectionis, quam fecit dictum Castrum dictæ Ciuitati Florentiæ. Et q quando sunt Capitula in recompensationem Subiectionis, dicitur contractus, nō gratia, nec priuilegium, etiam q uerba dicerēt, gratiis, immunitati
12 bus, fauoribus, & priuilegiis. † Et etiam si Capitula continerent aliquid gratiæ, quia præponderat qualitas, ut dicatur potius cōtractus. Deci.not.dicto loco.iii.col. post Bal. in simili de feudo, ubi ibi. Et Princeps dicto casu, ueniens contra factum suum, uidetur deceptus, oblitus, & circumuentus, etiam si adest motus proprius. post Rom. Paul. Alex. & Bal. & c.cum olim.de re iudic. Et per Deci.ut supra cum Bald.in dicta.l.qui se patris.in not.q. concessionis Salinarum, à Florentinis Volateranis pro mille florenis, consilio.ccxcii. & pro tenui.i.col.in fine. & seq. q nō possit reuocari, ut contractus, etiam si adest motus proprius. & col. fin. per totam late. Facit, quia princeps etiam ciuiliter obligatur, secundum multos, ut infra.q.cxvi. Et de materia etiam, quādo priuilegium reuocari possit, per Deci. & Modernos, in.c. nouit. de iudic.viii.col. & seq.post Abbat. & Felyn. Et late per Modernos Purp.cum limitationibus, in.l. Imperium, numero.clxiiii. ff. de Iurisdict.omnium iudic. Et ibi notanter quid, quando magis concessio de gratia, q̄ de contractu participat, col. xxvii. post Aret.
13 singulariter, in.c.ii. col.ii. de constitut. † Item priuilegium, uel gratia, facta ob publicam utilitatem, non transit in tempus successoris, unde reuocatur, ut infra dixi sequenti. q. post.d. Bald.
14 not.in.c.quoniam Apostolica.de offi.Delegat. † Priuilegium concessum per uiam dispensationis. Et sic dispensatio facta etiā per Inferiorem à Principe, non potest per eundem absq causa reuocari. Rom.notab.dxvii.an dispensatio, ubi dicit se nouiter de eo fuisse consultum, post Ioan. Andr. & glos. singul. in.c. cum ex eo.de elect.in.vi. Et notab. additio ad Rom.post Oldrad.consil. cci. maxime scilicet, quādo reuocaret, re nō integra. Et quædam
15 Iura ubiq, in Rom. & in addit. † Reuocat Decretum Antecessoris iniustum, uel nullum. not.tex.cum glos.in.l. quāmuis. ff. de rebus eorum.cum Scribent. Abb. in not.q. in Papa, consilio.xli.
16 libro.i.col.i.in fine. † Aliâs Vicarium perpetuum Successor non reuocat, c.ad hæc. de offic. Vicar. Et etiam Imperator Vicarios creat in Terris, ut supra dixi. q.cvi. ad fin. dixi infra seq.q.

17 † Priuilegium legitimandi, quando reuocari possit.not. & late Decis.Neapol.decis.cxxviii.fuit.col.fin.in principio. Regulariter tamen, si Princeps primo uni concedit unum, & postea idem alteri in contrarium, prima gratia praeualet, & praesumitur circumuentus.late Deci.post Rom.Paul.Alexand.Abb.Bal.Andr. Sicul.ubi Deci.consil.dlxxxviii.uiso.col.final.post.c. cum olim. de re iudic.&.l.praedia.C.de locat. praediorum. libro. xi.& alibi saepe.ut dixi supra.q.cxi.casu.lxxxi.& ibi dicta, hic addeda sunt.

18 † Sciendum tamen est, q in omnibus his casibus, in quibus Successor potest si uult, reuocare factum Praedecessoris, ut supra, & alibi, De honestate tamen deberet semper seruare, suadente equitate.not.in.c.fin.ne praelat. uic.extra. per Abb.in sua.iii.q.principali.v.dubio. Et ita decens, & honestum esset, ut ratificet factum Praedecessoris, licet nō teneatur. Rota not.decis.ccxxxiii. de locato.in nouis.in not.q. Vnde aliās contra Praelatos, & Religiosos, qui ab eorum contractibus longo tempore factis, recedere non uerentur.late inuehit Marian.in consilio.ubi per Deci. consil.cccxxix.ad finem.qui sub praetextu, & colore, ne Ecclesia

19 damnum patiatur, aliorum Iura uolunt usurpare. † Contractu tamen, uel poena irrationabili, Successor nō ligatur.c. ii.de prescar.l.quāmuis.cum glo.& Doct.ff. de rebus eorum. Aliās decet seruare, ut supra, disposita Praedecessoris, & ita praesumitur, nisi constet de contraria uolnntate. Cardin.consil.x.in titulo, de priuileg. Tradit Deci.consilio.clxv.col. penult.in fine; uiso tenore. Et haec addenda sunt supra.q.lv.& ibi dicta hic, cum promiscue altera alteram respiciat, Communionemq; ad inuicem habeant hae questiones. Et Principem posse reuocare priuilegia, patet in c. Adrianus.lxiii.distinct.ubi reuocauit Papa Imperatori priuilegium de eligendo Papam. Et not. in.c.cum inter uniuersas.&

20 in.c. q sicut.de elect. † Aliās Deci. notab. consilio. dlxxxviii. uiso.col.final.consuluit.pro Dominis.de Corrigia.in not.q. q indultum semel concessum ab Imperatore, de testando de bonis feudalibus, etiam in praeiudicium Agnatorum, facto testamēto, & re nō integra, non posset contrario priuilegio reuocari, & reuocatio non attendatur.per not.per Bart. in.l. omnes populi.ix. col.uers.statuto cauetur.ff.de Iust.& Iure.& Abb.in.c.nouit.col. viii.de iudic.cum simil.& quę supra.q.cxi.casu.lxxxi.

CENTESIMA DECIMA QVINTA QVAESTIO.

An mortuo Imperatore, eius concessiones, vel priuilegia, durent.

1 *Priuilegium in futuris nondum inceptis, non operatur.*

2 *Exequutor gratiæ, mortuo Imperatore, an exequatur.*

Officiales Cameræ Apostolicæ sunt perpetui. num. eodem.

3 *Expectatiua ad officium vacaturum, an expiret morte concedentis.*

4 *Mandatum quando expiret, & quando non, morte.*

5 *Mandatum Vicarii Imperatoris, an expiret morte Imperatoris.*

6 *Licentia data à Papa celebrandi in domo, an morte Papæ expiret.*

7 *Licentia data Episcopo de non residendo, an expiret morte Papæ.*

8 *Quid in literis Imperatoris in facultate aliquid faciendi.*

9 *Priuilegium Indulgentiæ, an morte concedentis extinguatur.*

10 *Priuilegium legitimandi, vel doctorandi, an expiret morte concedentis.*

11 *Priuilegium, vel concessio, ob publicam vtilitatem, an transeat in Successorem dantis, vel recipientis.*

Regulæ Cancell. an durent Sede vacante. ibidem.

12 *Rescriptum Principis perpetuum est.*

13 *Priuilegium concessum ad beneplacitum Principis, vel donec duxerit reuocandum, quando expiret, & an morte?*

CENTESIMO DECIMOQVINTO Quæro, † an priuilegia, & concessiones Imperatoris, eo mortuo
1 durent, uel magis expirent ipso iure? Aliquid de hac quæstione, quid scilicet, in eius Legibus, & Constitutionibus, uisum est supra. At priuilegia quædem, expirant morte Imperatoris concedentis, ut priuilegium in futuris nondum consumatis, nec inceptis, in quibus priuilegium, uel gratia Prædecessoris, nõ operatur. Cyn. in. l. fin. C. in quibus caus. Bal. in. c. i. quo temp. mili. quod nota pro istis expectatiuis, quæ ad loca, uel officia, in Breuibus conceduntur, ut in Decis. Neapol. ci. limitando nisi sit facta cum consensu Cameræ, ut ibi, & supra dixi. x. q. post principium, & decis. cccxcii. Rex. col. final. numero. xvi. in eisdem. Facit Regula. l. mandatum. C. mandati. cum concordantiis. † Fallit in
2 in Exequutore gratiæ, qui mortuo etiam Imperatore, exequitur. argumento. c. si super gratia. de offic. Deleg. in. vi. Vnde Officiales Cameræ Apostolicæ, sunt perpetui, & nõ expirat eorum offi-

cium,per mortem Papæ.Clem.ii.§.eo tamen.de elect.Deci.conf. ccccliiii.post principium.libro.iii.&.ccccvii.col.iii.in not.q.contractus initi per eos.Et.d.c.si super. extenditur, quia fundatur super æquitate,secundum Lap.in notab.q.allegat. xvii.de offic.
3 Delegat.iunctis his,quæ dixi supra.q.cx.in fine. † Et ideo gratia,ad locum,uel officium uacaturum, per mortem alicuius,non expirat morte mandantis(datis certis exequutoribus.)Rot.not.
4 decis.dccxlv.in antiquis.nota, quód si Dominus. † Item forte dari possent limitationes,quæ assignantur ad dictam Regulam l.mandatum.de quibus ibi per Doct.Vt fauore pacis,piæ causę, & quando mandans tenebatur id facere, quod mandauit, ut per Modernos Bononienses,not.xliiii.mandatum.Socy.in Regula, priuilegia piæ causæ.xix.priuilegio. tex. singul.in. l. si ergo.§.i. ff.de iur. dot. licet posset dici forte non esse paritatem terminorum,cum Principe concedente ea,quę ad Imperatorem spectant, cum in Imperio hęredem non habeat, per notata signanter alias per Deci.in consilio.cccexli.col.ii.& seq.post Ang. Rom. Alex.
5 & Socy.Et in Cautel.mea inter uiuos.xxxviii.mandatũ. † Mandatũ uero Vicarii Imperatoris,per mortẽ eius expirat,sicut per mortem Papæ.Rota decis.dlxxx.Camerarius. in antiquis.Deci. consilio.ccccliiii.col. fina.licet argumentum contra.in.c. ad hæc.
6 de officio.Vicar. (solutio patet.) † Licentia data á Papa cele-
7 brandi in domo,non expirat morte Papæ. † Sic nec licentia data ab Episcopo,de nõ residendo ad tempus,post mortem.n.Episcopi,non tollitur,quia durat causa.Deci.not.in dicta col.fin.d.
8 consil.post Archyd.Et est decis.Rot.supra alleg.dlxxx. † Quæ dicta,& decisiones(quatenus in simili possent adaptari)licẽtiis Imperatoris,puta faciendi aliquid in Regno,extrahendi,uel colligendi &c.deseruire possent,& sunt notanda.Item fauore Fidei, (ut contra Hęreticos)mandatũ,uel concessio alicui facta,durat etiam mortuo Principe.argumento.c.ne aliqui.de accus.in.vi.
9 † Priuilegium Indulgentiæ extinguitur per mortem eius, qui concessit,secundum quosdam,nisi sit datum cum causę cognitione.glo.in. c.penult,de Cleric.non resident.quia tunc etiam ualet infra tempus successoris,ut ibi Imol.tenet pro communi,secundum Rot.Neapol.decis.cxxviii.fuit.col.i. quę citat etiam Rot. Rom.in.d.decis.dlxxx.licet secundum alium numerum, de quo
10 tamen dicendum est,ut per doct.in dicto.c.pen. † Priuilegium legitimandi,uel doctorandi,& simile,an expiret morte concedẽtis? Rota Neapolit.dicta decis.cxxviii.disputat.& ait dubiam.q. inclinat.

inclinat.i col.consiliū esse ꝙ confirmetur.post Cyn.in.l.priuile-
11 gia.C.de sacrosanct.eccles.Bal.consilio.xcvi.iii.libro. † Con-
cessio, seu priuilegium, ob publicam utilitatē, non transit ad Suc
cessorem, tam dantis, q̄ recipientis, sed reuocat.Rota Neapolit.
decis.cccxcii.Rex.colū.penult.& final.in not.q.Regis, qui con-
cessit Lanternam Neapolis cuidam, & hæredibus &c. post Bal.
not.in.c.quoniam Apostolica.de offic. Delegat. Addo idem per
Modernos. Bononienses.not.dxxxi. utilitas. ad finem. post.l.ꝙ
semel.ff.de decret.ab ord.& ibi Dyn.& Bart.& Alex.consilium,
licet non dicant ipso iure extingui, & non transire, sed ꝙ possit
reuocari ob publicam utilitatem, etiam ꝙ in contractum transi-
uerit, declarando ut ibi, in Subdito aliás non. Et Rota Neapol.
decis. ccclxi.Monasterium.colū.ii.& dixi supra.q.xcviii.&.q.lv.
Regulæ autem Cancell.an durent, uel expirent, sede uacante, su-
12 pra diximus.q.xciii.ubi uidendum. † Aliás regulariter rescri-
ptum Principis, est perpetuum.l.falso.C.de diuers.rescript.not.
tex.in.§.illud.in Auct.Constitutio quæ.de dignitat.ibi, quoniam
omne bonum, quod siue á Deo, siue ab Imperio, sequente Deum,
decet esse mansurum, & omnis malitiæ, ac diminutionis extra-
neum.c.decet.cum gl.& Doct.de Regul.Iur.in.vi.Et per dictam
l.falso.glo.in not.q.in.l.i.in glo.final.C.in quibus cas. restitut.
13 & per dictum.§.illud. † Si autem aliqua gratia, uel aliquid, cō
cessum esset ad Beneplacitum Principis (ut sæpe concedere so-
lent, Priuilegia, uel Beneficia) ad nutū reuocari potest. in dubio
tamen perpetuum reputatur. Bar.ubi Deci.consi.fin. lib.i.ante fi.
Expirat tamen morte, cum ad beneplacitū alicuius nomine pro-
prio, factum, uel concessum est.c.si gratiose. de rescriptis. in.vi.
Ang.in not.q.ubi Deci.in pulchro casu.Illu. Domini de Plum-
bino conducti, ab Illustrissimo Mediolani Duce, & Dominis Flo
rentinis, pro duobus Annis firmis, & uno, ad beneplacitum con-
ductorum.in consilio.cviii.ista uidetur.col.i.& seq. Secus si be-
neplacitum ad Dignitatem referatur, Sed si gratia esset concessa
donec reuocaretur, morte non finitur, quia per mortem non dici-
tur uoluntas reuocari, nec actus.c. si delegatus.de offi. Delegat.
in.vi.communis opinio, ut per Deci.in.l.eius est uelle.ad finem,
ff.de Regul.Iur.post Alex. Innoc.& Ang. & idem in dicto con-
silio.cviii.i.col.Et in suspēsione facta ad beneplacitum, ꝙ morte
expiret.Deci.consilio.ccccliiii.col.iii.arguendo, tradit.

CENTESIMA DECIMASEXTA QVAESTIO.

1 *An Imperator obligetur ciuiliter.*

2 *Obligatio proprié non est, vbi Libertas esse potest.*

1 CENTESIMO DECIMOSEXTO Quero, an Imperator obligetur ciuiliter? Fely. in.c.i. colum.iii.de probat.& seq.post multa, pro & contra, cōcludit uerius esse Principem obligari ciuiliter, & naturaliter, precipue per.l.ii.§.i.cum l.seq.ff.de offic.Procur.Cæsar.& per.l.bene.C.de quadrien.præscript.inducendo fortissime, ut ibi per eum.D.Deci.in dicto.c.i. col.i.dicit communiter teneri, Principem ciuiliter non obligari, & hanc opinionē late defendit. Itemq;, & contrariam q̄ sic, &.iii. col.ante finem, ait articulum esse disputabilem.in.ii.ad finem cō cludit (ut cessent contraria) Principem, ex naturali sola astringi efficaciter. Ego alias in questionibus meis examinaui latissime hanc questionem ad utramq;, per plura, & multa fundamēta, ubi uidendū forte fas erit qñq;, & ultra multas rōnes, & argumenta. Pro parte affirmatiua stando in Iuribus, solū est.l.digna uox.C. de.ll.ibi legibus alligatum profitetur.l.cum heredes.C.qui test. fac.possunt.ibi, Ius commune cum cæteris habet Imperator, cū hæres instituitur, uel Augusta. &.l. ex hoc Iure Gentium.ff. de Iust.& Iure.iuncto.§.q uero naturalis.Instit.de Iure natur.&.§. singulorum.Instit.de rerum diuis.iuncto eo, quod notat Ias.in.l. final.in principio.C.de Iure delib.cum his, quæ supra, q. Fiscus, & Imperator, æquiparantur, supra. q. cx.casu. clxxi. Item per.c. pro illorum.de præbēd.&.c.ideo.xxv.q.i.&.c.iustum. ix.distin. Item, quia pœna esset, si non posset obligari ciuiliter cum uult. argumento.l.hi qui.C.de apostat.&.l.moris. ff. de pœnis.&.l.si mulier.i.ff.ad Velleia.ibi, alioquin nemo cum fœminis contraheret. Pro parte negatiua tex.in.c.ideo.§.his ita respondetur.scilicet Sancta Rom.Ecclesia, Ius, & Autoritatē canonibus impartitur, sed eis non alligatur. Item differentia debet esse, inter obligatum, & Ius, quo quis obligatur.ll.uulg.Sed Imperator est lex ipsa ciuilis animata in Terris.§.fin.in Auct.de Consul.ergo &c. Item Deus Leges ipsas subiecit Imperatori, dicto.§.fin. quomodo ergo ipse eis subiacet? & per multa alia, de quibus in dicta q.latissime dixi, defendendo utramq; partem. Tandem in solutione post multas declarationes, ciuilis obligationis, qualiter, & quomodo, consideretur, & quot modis, tenui Principem.ll.ciui

liter

liter non obligari præcise, sed in contractibus sic, et ita communiter ait seruari Paul. de Castro, in dicta. l. Princeps. de. ll. ff. præcipue illa ratione, quia cum contrahit Princeps, uidetur considerari ut priuatus, nō ut Princeps. Et dum Princeps dicit. ll. sumus alligati &c. respondetur quod non proprie, & præcise, quia rumpit si uult. c. proposuit. de conceß. præbend. cum concordan. & dicta l. Princeps. & l. digna uox. de. ll. ff. & cod. & §. fi. in Auct. de Con
2 sulib. † Vnde nō est proprie obligatio, ubi Libertas esse potest, & non præcisa necessitas. Instit. de obligat. in principio, Bal. not. in diuino suo consilio Scismat. colum. i. ad finem. Vbi etiam subtiliter declarat obligationem, pluribus modis capi posse. & tex. in dicto. c. ideo. penul. col. ad finem. ibi. Oportet ergo primā Sedem (ut diximus) obseruare ea, quæ decernenda mandauit, nō necessitate obsequendi, sed autoritate impartiēdi, & hęc pro nūc in hac. q. breuiter perstringendo, sufficiant.

CENTESIMA DECIMASEPTIMA QVAESTIO.

1 *De priuilegiis Imperatricis, seu Augustæ Coniugis.*
2 *Imperatrix Augusta, varijs modis vocatur.*
3 *Imperatrix quomodo incedat in Processionibus.*

CENTESIMO DECIMOSEPTIMO Quæ-
1 ro, † de priuilegiis Imperatricis, seu Augustæ Coniugis, dic ut habetur in. l. Princeps. ff. de legi. & in. l. quod principi. cum l. sequenti. ff. de legat. ii. Iacob. Aluarot. in titulo, quis dicatur Dux, uel Comes. in principio. viii. colū. ad medium, in usib. feud. Et aliās tex. not. in. l. Fiscus. i. in fine. ff. de Iure Fisci. dicit, quodcunque igitur priuilegium Fisco competit, hoc idem Cæsaris ra-
2 tio habere solet, & Augustæ. † Aīs appellatur Regina piissima, in. l. penult. C. de donat. inter uir. & uxor. Venerabilem Augustā uocat. in. l. ii. C. quibus numer. libro. x. & §. fin. Instit. de usucap. Serenissima Augusta in inscriptione. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. Et tetigi supra. q. ii. Piissima Augusta. l. neminem. in principio. C. de Decurion. libro. x. Domina, an uocetur ab
3 Imperatore, supra uidimus. q. lxiii. in principio. † In Processionibus incedit post Imperatorem, secundum quod supra diximus q. lxvi. in fi. Nobis autem pro nunc hic de Imperatore ipso, hæc uidisse, & tractasse sufficiat

CENTESIMA DECIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 *In quibus Casibus, & quando, & qualiter, & á quibus committatur Crimen læsæ Maiestatis.*
2 *Hostis, Infidelis, & Rebellis Imperii, qui dicantur.*
3 *Officiales Imperatoris offendens, an incurrat Crimen læsæ Maiestatis & quã do. & seq.*
5 *Scientia sola, an puniatur in Crimine læsæ Maiestatis, & quando, & nouiter. sustinetur opinio Bar. & seq.*
7 *Accusare, & prodere Crimen, differunt.*
8 *Crimen læsæ Maiestatis non incurrit non Subditus, & quid si solùm est Subditus ratione Feudi, & seq. & . 11.*
10 *Clericus Episcopus, quando incurrit Crimen læsæ Maiestatis Imperatoris.*
12 *Hostis Principis potest esse Subditus, vel non.*
13 *Filij in Crimine læsæ Maiestatis puniuntur in bonis, sed an in Beneficijs Ecclesiasticis.*
14 *Frater pro fratre, nec Nepos pro Auo, nec Pater pro Filio, in Crimine læsæ Maiestatis tenentur.*
15 *Iussus á Principe vt suspectus, discedere à Ciuitate, & certa Cõfinia seruare, si non seruat, an læsæ Maiestatis teneatur.*
16 *Legatus Cæsaris, an possit iubere alicui sub pœna læsæ Maiestatis, quod non est.*
17 *Crimen læsæ Maiestatis, & perduellionis, quid differant.*
18 *Falsificans Monetam, committit Crimen læsæ Maiestatis.*
19 *Magi, idem.*
Strigæ, & Incantatores, qua pœna, tenentur.
20 *Syndicatus. l. violans, Reus est læsæ Maiestatis.*
Crimen læsæ Maiestatis committitur contra Papam Legatum de latere, vel eius Rectorem. nu. 4.
21 *Electores Imperij, faciunt Reos læsæ Maiestatis Conspirantes in eos.*
22 *Iudex negligens vindicare Crimen priuati carceris, vel Paganos, incidit in lesam Maiestatem. & seq.*

1 CENTESIMO DECIMOOCTAVO Quæro, † in quibus Casibus dicatur offendi Imperator, & quã do dicatur committi Crimen læsæ Maiestatis. primo dic ut. ff. &.

C, ad

C.ad.l.Iul.Maiestat.per totum precipue.l.i.ii.iii.& seq. & Insti. de public.Iudic.§.publica.Et ubiq; late Doct.& ordinate. Circa xxi.casus,& ultra per Dominum Franciscum Luccanum, de Parma,in Tractat.suo,de priuilegio Fisci.In Capite qualiter,& quo modo,committatur Crimen læsæ Maiestatis, ubi uidendum. & in tex.& glossis,Bar.in extrauag.ad reprimendum. ubi declaratur etiam quomodo in Crimine læsæ Maiestatis procedatur. Et per Alex.in notab.questionibus, consilio.xiii. consideratis his. libro.vi.& per Modernos Bononienses,in.l.i.C.ad.l. Cornel. de Sicar.numero.v. & sequentibus.& in.l. de minore. in principio. col.i.&.ii.ff.de question.per Deci.in notab.q.Ducis Mediolani. consilio.cccc x.iuxta.col.penult.ad finem,libr.iii.Benedict.Capr. consilio. cvii. in fine. Et per Veronens.consilio penult. post medium.Deci.consil.lxiiii.in principio.&.lv.not. ponit, in materia Criminis læsæ Maiestatis.Mar.Laud.in Libello suo,de Crimine læsę Maiestat.per Hyppol.in not.q.consilio.i. †

2 Et generaliter quis dicat Hostis, Infidelis, & Rebellis, dictis locis & reassumit Deci.post Abb.& alios,in.c.sanc.iiii.nor.de offi.Delegat. el.ii.Bal.in.l.nihil.C.de uind.libert.Et in.l.ii.C. de fals. monet. Moderni Hispani in.§.rursus.numero.xxii. Institut.de Act.col. xvi.post Ias.ibi.Deci.consilio.dxliiii.col.i.Series. Hic tantum

3 tangēdo,magis quotidiana,& utilia.† Principaliter illud frequenter dubitari potest,an si Officiales,& Ministri,per ipsum Imperatorem positi in locis,offendantur,incurratur Crimen læsę Maiestatis?siue contra eos molliatur aliquis, uel machinetur Dolo malo &c.tex.uidetur q; sic,in.l.i.ff.ad.l.Iul.Maiestatis. ibi, quo quis Magistratus Populi Ro.n.qui ue Imperium,potestatem ue habeat,occidatur.&.l. quisquis.in principio. C. eodem. canonizata.vi.q.i.& glo.dicit,siue militent in armata Militia,siue inermi,ad latus Principis.Et bonus rext.in extrauagan. qui sint Rebelles.Ibi,contra nos,uel Officiales nostros,in his, quę ad commissum eis officium pertinent,rebellando.Et ibi glo.Bar.in uerbo,rebellando.post princip.not.declarat intelligi de illis Officialibus Imperatoris,qui principaliter,& directo,pro eo sunt Legati uel Vicarii.Sic,q; si quis rebellat contra Rectores per Ecclesiam Romanam positos in partibus suis sit locus illi constitutioni.Et cum Bar.ibi Deci.consilio.cccc x.in causa. col. fin.libro iii.in notab.q.ubi etiam q; non omnis, qui non obedit Principi, Reus est læsæ Maiestat.sed tunc demum si insurgit contra eum. post Bald.consilium not.ubi ibi.Et quæ dixi infra nu.xvi. Et in

